Verf. Werner Rolevinck

Voull. 1045.

Sign. Th. IV. 260.
2 ee

Capitula libri ſeq̄ntis· Hẜ aūt q̄tuor ptes pn̄cipales· pma ē de caritate i gn̄ali· ſc̄da de caritate icipiēte· t̄cia de caritate pficiēte· q̄rta de caritate pfc̄ā·


Prologus de titulo libri ſcẜ padiſo conſciencie

Qualit̄ hoies aſſumūt̄ ad conſorcia angelorū Ca·J.
De ſtudio hn̄di caritatē Ca·2·
Qualiter p oppoſitā viā maloꝝ angeloꝝ pueniat̄ ad ꝯſorcia bonoꝝ· 3·
De diſtinctione caritatis· ca·4·
De celeſti iherarchia· ca·5·
De pfectu caritatis ·ca·6·
An caritatis augmentū eodē modo fiat in omnibus ca·7·
De religione ca·8

DE caritate incipiente ca·J·
De caritate angelica ca·2·
De caritate archangelica ca·3·
De caritate virtuali ca·4·

DE caritate pficiente ca·J·
De caritate ptātiua ca·2·
De caritate pn̄cipatiua 3·
De caritate dominatiua 4
De tēpta· in generali ex dn̄s ſcōꝝ·5·
De tēptacōne huilit̄ ſuſcipiēda 6·
De tēptatoris multiplici inſtācia·7
De diuina ptectione in quolibet tēptacionis congreſſu 8
De tēptacōis neccitate oim viatoꝝ·9
Qꝫ boni tātūmodo dicūt̄ tēptari ·10·
De vtilitate tēptacionis 11·
De cuſtodia āgeloꝝ et auxilio 12·
De remedio tēptacōnū in gn̄ali 13·
Contra tēptacōnē infidelitatis 14
Contra tēptacōnē deſperacōnis 15·
Contra tēptacōnem blaſphemie·16
Cōt̄ tēptacōꝫ iprudēcie pcipitacōis 17
Contra temptacōnē iniquitatis aut iniuſticie 18
Contra tēptacōnē puſillanimitatis et preſumpcionis 19·
Contra tēptacōnes intēperancie ac petulancie 20·
Contra temptaciones ſupbie ac vane glorie 21·
Contra tēptacōes ire inuidie ipaciē indignacōnis et amaritudinis· 22
Contra temptacōnes diſcordie iplacabilitatis diſſenſionis que pacem pturbare ſolent 23
Cont̄ tēpta· gule ⁊ caſtrimargie 24·
Coñ tēpta· luxurie et fornicacōis 25
Contra temptaciones auaricie et tenacitatis 26
Contra temptaciones accidie tepiditatis ac diffidencie 27
Contra temptaciones inobediencie immanſionis et pertinacie 28·
Cōtra tēptaciones ꝓprietatis 29
Cōt̄ tēp· v̄boſitatis et loq̄citatis 30
Contra tēptacōes ariditatis et indeuocionis 31·
Contra temptacōes ꝯſciencie erronee dubietatis vacillacōnis ⁊c̄· 32
Contra temptaciones indiſcrecōnis et ſtulticie ⁊c̄ 33
Contra tēptacōnes multiplicitatis et diuerſitatis ⁊c̄ 34
Contra temptaciones inpſeuerācie inconſtancie· laſſitudinis 35·
Formulā breuis de vita ſecuriori ſtatus preſentis 36·

De caritate pfcā ſiu ꝯtēplatiā J·
DE ca· tronica ſiu iudiciaria·2
De caritate cherubica ſiu ſciētifica 3
De caritate ſeraphica 4·


Paradiſus ꝯſcie incipit feliciter

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Caritas igni cōpat̃ q̄ igneas aīas
fācit.ipa ē ſic ūgula fūi ex aroātibȝ
mirre et thuris et vniūſi pulueis
pigmētarij.aſcēdēs p deſētū h9 ſcl̄i
vſȝ ad cōſpectū dei. Sacrarū nāqȝ
virtutū puluis ſurſū nō aſcēderet.
n̄ ipm caritatis ardor inflāmaret.

Caritas ē aīcīa fundata ſup dei cōtē
tiōe btītudīs etne. Et ideo ea ſūt dili
gēda ex caritate.ſ.deus āgeli et hoīes
Vel alit̃ dicit̃ q̄ q̄tuor ſūt ex caritate
diligēda.ſcȝ de9.prim9.corp9 nr̄m.et
noſipi. Et tūc āgeli cōphendūt̃ ſub
noīe primi. Ex tribus eī pficit̃ ſo
cietas eterne btītudīs. Ex deo q̄
ē pncipiū influēs btītudinē Ex
āgelis et hoībȝ.q̄ ſūt directe
pncipātes btītudinē

Nulla ūtus ita delecābilit̃
opat̃ ſic caritas fortit̃.mei
torie.pſeuerāt̃.Ecce igit̃ i
ea tota9 nr̄e ſalutis pōdus
collocatū eſſe gaudemus.

Caritas angelica — Hec me ret̃ aſſo ciacōez cū ange lis

Caritas incipiens

Caritas archange lica. — Hec me ret̃ aſſo ciacōez cū archā gel̃

Caritas virtuoſa — Hec mer̃ aſſocia cōez cū v̄ tutibȝ p̄ q̄q̄ et b nardū.

Hec corrn̄det infime i
celeſtibȝ ierarchie.c9
p̄cipu9 act9 ē purgaē.
Et hȝ t̄s gdus corrn̄de
tes t̄bȝ choris eiuſdem
ierarchie

Caritas poteſtati ua — Hec mer̃ aſſociacō nē cū po teſtatibȝ

Actus e ius p̄cipu9 ē diligere
Caritas
Unica ac legitīa ples et̃ne vite

Caritas proficiens

Caritas principa tiā — Hec mer̃ aſſociacō nē cū pn cipatibȝ

Hec virtus theoloica
ſiue dīna oīm virtutū ē
forī.vita.lux.et finis Et
habet tres ſtatus.et nouē
gradus principales corrū
dentes tribus ierarchijs et no
uem choris angeloꝝ in celeſti
bus

Hec corrn̄det medie
ierarchie i celeſtibȝ.
cui9 p̄cipu9 act9 ē illu
minare Et hȝ tres gra
d9 corrn̄detes t̄bȝ choīs
eiuſde

Caritas domina tiua — Hec mer̃ aſſociacō nē cū dn̄a cionibus

Caritas troical'. Iu dicaria — Hec mer̃ aſſociacō nem cū thronis

Caritas cōpat̃ delicate ſpōſe ⁊ p̄cioſe
margarete.q̄ diligēt̃ oȝ cuſtodiri.ne
corrūpāt̃ aut pdant̃ Hinc ei adiūgēde
ſūt ūtutes morales.ſicut pncipi milites.
alioqn cito pſternit̃.hoc ē q8 ap9 dicit
i.cor.13. Caritas paciens ē.benigna.nō
emulat̃.nō agit pperā.non iſlat̃.non
ē ābitioſa.nō q̄rit q̄ ſua ſūt.nō irrita
tur.nō cogitat malum.non gaudet
ſup iniquitate ꝛc̄

Caritas perfecta

Caritas cherubica — Hec mer̃ aſſociacō nē cū che rubyn

Hec corrn̄det ſupme ie
rarchie i celeſtibȝ.c9 p̄ci
pu9 act9 ē iſlāmare Et
hȝ tres grad9 corrn̄detes
t̄bȝ choris eiuſde ierarchie

Caritas ſeraphica — Hec me ret̃ aſſo ciacōem cum ſera phyn

Incipit ꝓlogus in librũ ſequẽtẽ: qui dicit paradiſus cõſcĩetie.

Tulit dominus deus ho-
minem ⁊ poſuit eũ in pa
diſo voluptatis. vt opa
retur et cuſtodiret illum:
ſcribitur gen. 2°. Sicut ex venerabi
liũ prm̃ doctrinis accepim⁹ ac cotidi
ana didici⁹ experiẽcia: ſeminarium
qddã toci⁹ voluptatis ineſt homini
cũ grãdi deſiderio earũdem: licz ipãs
ꝑ libitu in hac erũpnoſa vita nemo
ad plenũ adipiſci queat. Conat̃ tñ
⁊ deficit. ⁊ ipſo ſuo defectu ad ãplius
conãdũ ſe recipit: nõ quaſi poſſibile
ſibi credat qd̾ querit conſeq̃: ſꝫ ut hoc
conatu deſꝑabilibz deſiderijs ſuis ſa
tiſfaciat: paulqz a ſe moleſtũ tediũ di
moueat. Quid hoc tã vano labore in
dicat: n̄i q ſe in exilio cõſtitutũ. ac a
ſua patria pulſum euidẽſcius demõ
ſtrat: Poſitus eĩ ĩ padiſo p̃mus pa
rẽs oim voluptatũ copiã delectabilit̃
poſſedit: ſꝫ inde eiectus cũ varijs miſe
rijs ãgeret̃. hoc cepit feruẽci⁹ appe
tere: q̃ ſe ãqñ dotatũ meminerãt. iãqz
cotidie indigẽ pſenſit. Actũ ẽ igit̃ ut
hũc appetitũ cũ merore ad poſteros
trãſmitteret: cũctaſqz ſui generis ꝓ
les ad recuꝑandas deꝑditi padiſi de
licias iamit̃ ĩflãmaret. Sequit̃ hĩc ĩ
vniũſo gnẽ huãno n̄ ꝑua ſollicitudo:
dũ q̃ſꝫ ꝓ viribz id apprehẽdẽ nitit̃. ad
qd̾ ipz trahit ſua voluptas: q̃i h° ſibi
ꝓ padiſo ſufficeret. ĩ quo ſe magis de
lctãri ſentiret. Fuerunt ergo nõnlli q̃
ad extnaꝝ reꝝ ãbitũ ſe tradiderũt: a
lij voluptatibz carnis ĩſeruierũt̃: alij
põpoſis hui⁹ ſcli p̃ncipatib⁹ ĩhiabãt:
q̃ oẽs ſuis ſtudijs decepti. ceteris exẽ
plũ veſaĩe ſue rliq̃rũt. Tãta em̃ ĩmũ
dialiũ reꝝ iocũditate ĩſtabilitas ſem

per apparuit. vt de ipi⁹ diut̃nitate ne
mo ſenſatus nunq̃ ꝯfidẽ audẽt. Hoc
ipm̃ q̃z et poete ſompniaſſe vidẽt̃: qñ
dixerũt. q inuida fata ſcd̾as res diu
ĩ flore nõ ſinãt pmanere. Veꝝ de hoc
nos ſpectabilis ille rex ſalomõ. q̃ pre
ceteris mortalibz in t̃renis bonis ãpli⁹
dotatus legit̃. pleni⁹ auiſauit: dicẽs.
Vidi cũcta q̃ fiũt ſub ſole: ⁊ ecce vniũ
ſa vanitas et afflictio ſpiritus. Nõ ſa
turat̃ ocl̃s viſu: nec auris auditu im
plet̃. Trãſeunt cũcta ſub ſole: ⁊ nichil
ſtabile pſeuerat. Fuerũt deniqz alij e
ciã ĩter gentiles. q̃ xpi⁹ accedentes. dix
erũt delicias diciaſqz cõtẽpnẽdas: ac
aĩm ad v̾tutes et ſapiaz trãſferendũ.
Et in hoc q̃dem rcẽ ſenſerũt: ſꝫ ꝓpe ig
nauie et ĩfirmitatis neſcij. dũ ſe alioſ
qz iuuare conarẽt̃. mltiplicit̃ defecerẽt.
Siq̃ de licet q̃dã utilia repiſſẽt. pluri
bus tñ erroibz pmixta pmanſerũt:
nec ea q̃ vtilit̃ dixerẽt aut fecerũt ad
debitũ finẽ referre ſciuerũt. Reſtabat
ergo t̃cia via: q̃ hoiẽz pegñũ infallibi
lit̃ ad deſid̾atũ padiſũ reduceret: ſi ĩ
ea fidelit̃ pſeuerãtqz ãbulaẽt. Hec ẽ
via aõris. nõ q̃liſcũqz ſꝫ diui. q̃ nõ hũa
na curioſitas ſu ſtudioſitas adĩuenit:
neri ĩ ea ãbulare potuit: ſꝫ cõditor ipẽ q̃
p̃mũ eam ĩ padiſo hoĩ cuſtodiendam
cũ reꝝ oim habundancia tradidit. ip
ſã rurſũ eidẽ in pñti exilio cũ reꝝ oim
penuria ſeruãdam reuelauit g̃tuito
dicẽs. Si uis ad uitã ingredi: ſerua
mãdata. Hoc ẽ. Diliges dñm deũ tuũ
ex toto corde tuo: ⁊ proximũ tuũ ſicut te
ipm̃. Hanc viã btũs paul⁹ apl̃s vo
cat caritatẽ: ⁊ dt eã cũctis donis ſu na
turalib⁹ ſu g̃tuitis excellẽciorẽ. Non
igit̃ incongrue p̃aſſumptũ v̾bũ huic

applicari pōt: ꝙ ſicut olim dn̄s deus
hoīem tulit ⁊ poſuit eū in padiſo vo-
luptatis: ſic nūc poſuit eū in padiſo
volūtatis. vt opet̄ et cuſtodiat illū:
vicȝ de bono in meli⁹ iugit̄ ꝓficiēdo.
Nec obſtat ꝙ padiſū viā dicim⁹: ꝙ
padiſus incēptat̄ q̄i pans dei viſū:
qd̄ ꝑ oībȝ caritas facit. q̄ eciā excellē-
tior via dr̄. Et q̄mq̄ȝ iſta vnica via
ſit ad celū p̄ q̄m oēs elā ambulare
hn̄t: tn̄ ita diu̇ſimode ī ea ābulat̄. vt
merito plures vie eē dicāt̄ q̄ ad ce-
lū ducūt: licet oēs ī eadē caritate ꝯp̄-
hēdāt̄. Quicq̄d em̄ extra illā ē: iuuū
dr̄. Sic g⁹ apud catholicos pr̄es
vna ecc̄ia ē et plures ecc̄ie: ſic vna
via ⁊ plurēs vie. Hinc reor actū vt
iīdē pr̄es ⁊ oēs ſimul vnā viā ābula-
rēt. et nichilomin⁹ ſinguli ſingl̄as:
ali⁹ ſic. ali⁹ ſic. Pbāt hoc diu̇ſa ſtu-
dia ipſoꝝ q̄n vicȝ q̄ſq̄ȝ virtuoſū ali-
qd̄ exercitiū delegerat: in quo velut
in padiſo delectabiliter ꝯſenuerit. Glat̄
btūs Bern̄: meliorē ſe in xp̄o padiſū
repiſſe. q̄m in adā pdiderat: cū fon-
tibȝ q̄tuor ex eod̄ manātibus. Btūs
ieronim⁹. ī ſolitudine et ſacrarum
ſcripturaꝝ lectōe ſibi padiſum collo-
cauerat. Scūs aug⁹. in ꝓpria ani-
ma ſua ſe padiſū repiſſe gaudebat:
in q̄ dn̄m deū crebro loq̄ntem audi-
uit. In hūc modū et alij plures feciſ-
ſe legūtur: q̄dam in ꝯtēplacōne. q̄d
in actione. q̄dam in religione. q̄dā i
lectioē. q̄dam in humilitate. q̄dam
in paupꝑtate. q̄dam in pac̄ia. q̄dam
ī clemētia. q̄dam in ſtrēnuitate. qui-
dā in benignitate. q̄dā in iuſticia. q̄-
dā in mīa. aut aliq̄ virtute alia ſpe-
cialit̄ ſe exercuerūt: et in ea velut in

padiſo bone ꝯſcīe gl̄abātur. Hoc de-
ſiderio venerabilis q̄dā frat̄ afflat⁹
obnixe ⁊ diu me rogauit: q̄ten⁹ tan-
tis exēplis ac doctrinis adiut⁹ eciā
padiſū ſibi pit̄er et michi extruerē.
aut poci⁹ extructū oſn̄derem: in quo
varijs tedijs hui⁹ miſerābilis exilij
paruꝑ mitigatis. ſaltem ex parte
nonnūq̄ȝ ꝯſolaremur. Placuit ec̄
ita ordinare vt ſibi nedū q̄ in ſubli-
mi q̄dam religione ſtrēnue ꝯu̇ſat̄
ꝯueniret: ſȝ eciā quibuſdā alijs ai-
cis ſuis tā ſclaribȝ q̄ȝ ſpūalibȝ: vt q̄
habundātior fructus excreſcēt: eo ma-
ior ſcā voluptas deſiderati padiſi co-
pioſi⁹ ad ſe redirȝ. Res ardua vere
ac lōge ſup̄ paucitas vires meas
ercā: ſȝ vti iā dixi. depcāti h⁹ gen⁹
mēdicitatis mee negare nō potui.
Propria q̄dem ignauia ꝯſcius. m̄
cū qd̄ ꝓmerē nō hrēm. auid⁹ hinc in-
de diſcurri: foliacā mēdicando q̄bus
eguiādqȝ qd̄ ꝑmū pēna repit. folijs
applican. Vn̄ ⁊ ob h⁹ rudis collectari-
us iſte padiſi titulū me iudice non
meruit: q̄ forte ſemel ā bis lect⁹ nō
dico voluptatē nō afferȝ. q̄n poti⁹ fa-
ſtidiū gñabit: tā ⁊ ſi originalia ipa
ex q̄b⁹ īcultē ꝓceſſit. haut meito. pa-
diſus fidel' ꝯſcīe nūcupai potuiſſent.
Ceteꝝ ꝙ diffuſi⁹ in eo de variaꝝ tēp-
tacōnū materia ꝓſecut⁹ ſū. idcirco q̄-
ſi vtile videbat̄: ꝙ h⁹ pene ſolū picu-
lū erat qd̄ de padiſo voluptatis ꝓ-
thoplaſtū eiecit: qd̄ ne nob̄ ī h⁹ pa-
diſo volūtatis ꝯtigat. multiformes
machīas ꝯtr̄ multiformes īcurſus
p̄ giꝝ ſollicit⁹ euacuaui. Preterea
ꝙ nulli ad hec fabcāda ex nc̄citate
debitor fui. hīc neqȝ ab āq̄ de idebite

ſactis veniã p̄cari habeo: licet oēs in
cõi pios correctores rogauerĩ:ut ſi q̃
ſcõrũ dcã minꝰ rcē adducta. ꝗ aliq̃
dictis ipoꝝ mīꝰ ꝯſona reperĩt. ad li
neã rãtudīs reformēt. In dĩ igiẗ no
mine materiã hãc vē p̄cioſam incho
ando: occurrit p̃mũ magſſica ſmã be
ati pauli apli dicentis. Glã nrã hec
ē: teſtimoniũ cõſciēcie nrē. Cui allu
dit eq̃ȝ preclara ſmã ſapiētis: q̃ ait.
Secura mēs q̃i iuge cõuiuiũ. His
quid delicioſius in hac vita poſſideri
poterit: nõ inuenio. Ne autē in diuſa
abeamus: idē apls plane oñdit. in q̃
teſtiõniũ iſtud ꝯſiſtat. dicēs. Carita
tē ſi non habuero: michil ſũ. Igiẗ glã
pauli et iuge cõuiuiũ ſapientis: cari
tas ē. Qui ſibi de ipã bene conſcius
ē: in padiſo hĩtat. Nichil ea ſecuriꝰ.
michil ſuauiꝰ. michil iocũdius. michil
pulchriꝰ. michil forciꝰ. michil deſidera
biliꝰ: michil deo g̃tiꝰ. michil hoĩ vtiliꝰ.
Iuſte ergo hanc caritatē padiſũ ſcē
cõſcīe dixerĩ. q̃ ſuos cultoēs oĩ ſpũa
li voluptate ditat. ab hoſtibus defē
ſat. ãgelis coequat: ac ad deũ viden
dũ p̄parat. Btũs igiẗ eſt hõ ille quē
ad hunc padiſũ dñs deus transfert
⁊ ipm̃ in eo collocat ut operẽ ⁊ cuſto
diat illũ: donec eũ ad superni regni de
licioſam ſempiternãq̃ȝ voluptatē ſe
cure pducat. btĩs ſpiritibus ſociãdũ.

¶ Incipit de caritate ĩ generali. ca. I.

Erunt ſicut angeli
dei in celis: ſcribiẗ
marci xij. ¶ Hoc
vbũ ſaluator nr̄
rſpõdit ſaduceis:
q̃ñ queſierunt de
ſtatu hoĩuũ pꝰ hanc vitã. et p̄cipue

Qualit' hoĩes aſſumunt' ad ꝯſortia ãgeloꝝ.

de nuptijs. Vñ ſic euãgeliſta teſta
tur. Saduceorũ ſecta nĩs erronea
fuit: in tm̃ ꝙ nec ãgelos nec ſpũs ꝗ
reſurrectionē futurã crederēt. Meri
to ergo audire debuerũt p increpa
cionē ſeuerã. Erratis neſciētes ſcp
turas: ⁊c̄. Audire eciã debuerũt p in
formacõnē miſericordē. In futurã re
ſurrectione nõ nubēt etc̄: ſ; erũt ſic
angeli in celis. In q̃bus vbis mag̃
apparet dignitas huãne condicõnis:
p eo ꝙ ſimilitudo ãgeloꝝ hoĩbȝ pro
mittiẗ: illis dũtaxat q̃ in hac fragili
carne p graciã coadiuuãtē labora
re nõ ceſſant. ut ad hãc ſimilitudīcȝ
angelicã p ãgelicos mores pueniãt.
Alioq̃n e regione qui nõ curãt hic p
ſcã opa ãgelis eq̃ri: poſtea nõ ipĩs ſ;
demonibȝ ſilēs erunt. quorũ fcã imi
tanẗ. Sed hic q̃ritur: qualis ſit ipã
cõdicõ ãgelica cuiꝰ ſilitudo hoĩbȝ pro
mittiẗ. R ſcḿ doc. ꝯformiẗ. ꝙ ipã na
tura ſupnoꝝ ſpirituũ eſt deiformis:
videlicȝ creata immediate a deo ad
imaginē et ſilitudinē dĩnã. Inſup p
grãȝ ipã nã eoꝝ eſt nobilitata ſiue
meliorata et confirmata: ꝙ nũq̃ p̄t
deficere. ſ; ſemp in optĩo q̃eſcit: et ad
optimũ ſiue ſũmũ bonũ tēdit a quo
p creacõnē exiuit. In optĩo aũt dici
tur quieſcē: q: illo ſp fruiẗ. Et michil
omnĩꝰ ad optim dr̄ tēdē: q: illd ſp vi
det et amat: et ſemp magis ac mag̃
videē et amaē deſideãt. Et ĩ hoc ſum
ma felicitas angelice. oĩſq̃ȝ rõal' na
ture pleniſſiē conſiſtit. Et quãto q̃s
de hoc magis participat. clarius vi
delicet videndo. ardencius amando.
plenius fruendo: tanto ē ſublimior
dignior nobilior melior et felicior. tã

ꝙ eēncialiter graciose et gloriose.
Posset hic dilatari ſmo ad deuotā
materiā iſtā de natura et merito. et
pmio. ſiue eēncia. grā ⁊ gloia. ſ; nūc
ad alia feſtinam⁹. ſc; q̄lr̄ hoīes aſ-
ſumūtur ad ↄſortia āgeloꝝ ſm diu-
ſos grad⁹ v̄tutū. de q̄ in ſacra ſcrip-
tura ⁊ ſcōꝝ patꝝ dictis mlt̄a deuo-
ta legūtur. Pro au⁹ clariori intelle-
ctu ē aduertēdū. ꝙ int̄ āgelos cōſti-
tuta ē ſupioritas ordinū p cōparacio-
nē ad excellēciores p̄rogatiuas gra-
dus dignitatū ac pfectionū. ita ꝙ om
nis virtus ac pfectio q̄ repit̄ in āge
lis inferioris ordīs. illa ē multo ma
iori gādu in ordine ſupmo. Vn̄ pmus
āgel⁹ ſupioīs ordinis h; oēm v̄tutē
⁊ pfectionē ꝙ oēs āgeli inferiores.
et excedit eos: q2 pticipat eā gradu
altiori. Hec aūt p̄rogatiua pfectōis
ſic iā breuit̄ dc̄m eſt. ↄſiſtit in clari-
ore viſione dīne eēncie. ad quā oīa
alia ↄſecūtur. ſic aug⁹. dicit. ꝙ viſio
ē tō mercres. Neq; ſic itelligēd ē. ꝙ i
illa pria ſupna ſint aliq̄ āgeli q̄ ꝓ
arbitrio magis ꝗ min⁹ vidēt ꝗ dili-
gūt deū. cū oēs pfcē videāt ⁊ diligāt
deū. q̄libet em̄ ꝓ virib⁹ quātū p̄t om-
nino nitit̄ videre deū. et ↄn̄ter diligē.
Qui aūt āpli⁹ diligūt. ſic ē intelligē-
dū. ꝙ illi eciā habeāt maiorē grām.
Et datur exēplū de portātibus lapi
des: de q̄bus p̄ōt veracit̄ dici p̄ſuppoſi-
to ꝙ ſint oēs ex aīo inteti huic opei:
vic; ꝙ q̄libet ſm oēs vires portet
lapides. Nō tn̄ ſeq̄t̄ ꝙ ſint pares i
portādo q̄ ad quātitatē p̄ōderis. q2 h⁹
eēt ipoſſibile. eo ꝙ vn⁹ ē fortior alio:
q2 forte q̄d vni eēt parꝝ. alteri eēt ni-
miū. Sic pifor̄mit̄ de btīs ſpiritib;

in pria eſt ſenciendū: ꝙ vic; ſint pa-
res in vidēdo deum ſm hunc modū.
Non em̄ ſeq̄tur. ꝙ q̄uis oēs deū vi-
deant: ꝙ q̄cquid in deo videāt ſuperi-
ores āgeli. videant ec̄ inferioēs. Vn̄
inter eos eſt ſcd̄m firmiſſimā beati
dyoniſij ſenteciam. ordo ierarchicus:
cū ſūma pace et caritate. Dicit nam-
q; hāc legē dīnitatis eē immobilit̄
firmatā: ut īferiora reducātur ī deū
mediātib⁹ ſupioib⁹: ſm quē eſt hos
illuminare. illos illūiai. Vez iſta
illūinacō nō ē de hijs q̄ ad natuālē
ↄgnōem āgeloꝝ ptinēt. ſ; de hijs que
natuālē ↄgnōem excedūt. ſic de diui
nis miſterijs ptinētib; ad eciā; ſu-
piorē vel īferiorē. Exēplū h⁹ hēm⁹
ī hoīb; ī q̄b⁹ idē ordo ſuat. q2 ſupio
res illumināt īferiores: ut dr̄ eph.
.3. Idē em̄ ordo ē in hoīb; q̄ et in āge
lis: ſ; longe diſpar execucō. In āgel
namq; ſicut nulla eſt malicia ⁊ im
prudencia. ſic et nulla iniuſta ꝗ in
diſcreta p̄ceptio: ⁊ p ↄn̄s nulla peni
tus inobediencia. In hoībus autē
q2 fallere pn̄t et falli. p ↄtrariū ſepi
us iſta repiūtur: vic; ꝙ malicia eo-
rū depuat prātem. ut faciāt q̄ nō de-
berēt. aut p̄termittāt ad q̄ tenētur:
hoc eſt ſubditos iniuſte grauarē. ꝗ
nō iuſte defendē. Similit̄ error eo-
rū obnubilat prudēciā: ut dicant bo-
nū malū ⁊ cōtra. Qui autē ſic pūſi
ſūt. ut cōtra veritatē agnitā ex ma
licia ſe opponāt: iā non int̄ hoīes ſ; i-
ter demones ↄputātur: q̄ſi nichil hn̄
tes de āgelica imitacōne. Hec autē
angelica pfectio ſiue ierarchica or-
dinancia totaliter ex caritate depē
det: quod aliter dicitur ex gratia dei:

que plene in caritate ꝯphẽdit. Quia
em̄ bt̄i illi ſpũs ſum̄e deũ diligũt: io
ſum̄e ab eo diligũt̄ et pficiũt̄. Et qꝛ
int̄ ſe mutuã caritatẽ ſeruãt: ideo vi
ciſſim ſibi ſm̄ diuinũ iſtitutũ michil i-
ponũt niſi quod quilibet ſibi fieri vel
let: nec aliter aut min⁹ ꝓmpte obe-
dit vnus alteri. q̄ꝫ ſibi ipi. Si autẽ
vel minimũ q̄d in eis de hac pfcã cari-
tate minus inueiret̄: tũc ſtatim ex
hoc tota eoꝝ pulcheriũa illa et ordi-
natiſſima iherarchia deturparetur.
Vñ ꝑpt̄ hoc venerabil' guigo carth̄.
in quodã tractatu de veritate et pa-
ce notabilit̄ dt̄ q̄i ſub iureiurãdo: qꝛ
nullũ mu⁹ ſcĩ angeli maius a dõ ꝑ
ceperũt ipa caritate. Et hic iã nobis
aptiſſime patet introitus ad mate-
riam quã intendimus: videlicꝫ q̄bus
meritis ſm̄ diuſos gradus pfcõnũ.
hoĩes aſſumũt̄ in cõſortiũ angelorũ.
Et breuit̄ ſm̄ michil aliud. q̄ꝫ ſm̄ ſo-
lã caritatẽ. Si em̄ ſum̄ũ donũ ãge
loꝝ ẽ caritas: patet apte qꝛ nullus
ab eis admittit̄ q̄ eam nõ habuerit.
Qui aũt illã habuerit: ipoſſibile ẽ qꝛ
ab eis aſpnet̄. Hoc em̄ ẽ cõtra nãm
caritatis: ymmo ſum̄e ab eis requi
ret̄ tãq̄ꝫ ꝯciuis ꝑpt̄ mutuã et pfcãm
amiciciã. Et qꝛ iuſti ſũt. ⁊ oĩa inter
eos ſm̄ ordinẽ ſiũt̄: ideo ſm̄ qꝛ quis
pfectioꝛ in caritate fuit: ſm̄ hoc eciã
ſublimi⁹ int̄ eos aſſumet̄. Veꝝ iſtd̄
ẽ intelligẽdũ de p̄mio ſubſtãciali qd̄
dr̄ aurea: nõ accidẽtali qd̄ dr̄ aureo
la. Sicut dat̄ exemplũ de curia re-
gis: in qua ſunt diuſi gradus dignita
tũ: videlꝫ ducũ comitũ baronũ mi
litũ baliuoꝝ ⁊c̄. Sunt eciã q̄dã ibi
accidẽtalia: ſcilicꝫ ſerta gẽmata. coꝛ
ones aureȩ. monilia et hm̄oi: q̄ dant̄
aliq̄n q̄buſdã ꝑpt̄ opa quedã inſig-
nia: ſcꝫ debellacõis hoſtiũ. aut capti
uacõis ciuitatis aut caſtri ⁊c̄. Et
nõnũq̄ꝫ cõtigit qꝛ aliq̄s ꝑue dignita
tis miles hoc meret̄: tamẽ ꝑpt̄ hº nõ
eleuat̄ ſup comitẽ aut ducem: licet
quo ad hanc ꝑogatiuã honois ex-
cellat eos. Sic in celo oẽs dignita
tes dant̄ hoĩbus ſm̄ gradus carita
tis. ſꝫ accidẽtalia q̄dã inſignia dant̄
quibuſdã ꝑpt̄ quedã opa. ſcꝫ marti
ribus v̄ginibꝫ et doctoĩbꝫ: qꝛ in iſtis
q̄dã ſingulaĩs difficultas repit̄. Et
ẽ viſibilẽ qꝛ ĩ oĩbꝫ choĩs hm̄oĩ aureole

Ca. 2. De ſtudio hñdi caritate.

Studea⁹ igit̄ ſm̄ ꝯſiliũ bt̄i auguſti. ut hãc ſcãꝫ
caritatẽ hẽam⁹: qꝛ ipa ſola ẽ q̄ diſcer
nit int̄ filios dei et dyaboli. Signẽt
ſe oĩns ſigno crucis: rñdeant oẽs a-
mẽ. cãtẽt oẽs alla. baptizẽt oẽs. in
trent eccãs. impleant parietes baſili
caꝝ: non diſcernunt̄ filij dei a filijs
dyaboli niſi caritate. Qui hñt cari-
tatẽ nati ſunt ex deo: q̄ nõ hñt cari
tatem. nõ ſũt ex deo. Magnũ indiciũ:
magna diſcrecio. Quicq̄d vis habe:
hoc ſolum niſi habeas. michil tibi ꝓ-
deſt. Alia ſiue habeas ſiue nõ: hº ha
be. et impleſti legẽ. Hec aug⁹. Ber
nard⁹ ſup cãtica ſer. 27. Quãtitas
cuiuſq̄ꝫ aĩe eſtiet̄ de mẽſurã caritatis:
q̄ multũ hꝫ caritatis magñ ẽ: q̄ parũ
parua. q̄ michil michil. Studea⁹ de
inq̄ꝫ ſcd̄m exhortacionẽ bt̄i pauli a
poſtoli. non ſolum ut caritatem ha-
beamus. ſed eciã ut in ea creſcam⁹
ut habundemus amplius: ſicut fi-
lij huius ſeculi pro dignitatibus et
diuicijs ſolent inſtare: quibus non

ſufficit ut habeāt minima vel medi-
ocria: ꝫ indifferēter āhelant ad ſupꝑ-
ma. Sed forte q̄rat aliquis: q̄liter
poſſit venire ad maiorem caritatem.
Rn̄detur ſm ſcm̄ thōm in. 2. 2e. ꝙ ꝑ
quēlibet actū caritatis. caritas me-
retur augeri. Dicit eciā ibi. ꝙ ſic nl-
lo modo poteſt mereri hō ut infun-
dat̄ ſibi. nec aliq̄ creatura pōt i ſe ꝗ
in alio cāre caritatē. ꝫ ſol9 de9 gra
tuito ſiue gratis eā cauſat. ſic eciaꝫ
ſolus de9 eā auget. pōt tn̄ hō facere
aliq̄d quo fcō infundit̄. nō q̄i ex mei-
to ꝫ diſpoſitiē. Vez qn̄ iā homo habꝫ
caritatē. tūc realiter ꝑ opa eius me-
retur ut de9 eā ſibi augeat. nō tam̄
ſtatī ſemꝑ auget̄ ꝫ ſuo tēpe: ſcꝫ qn̄
aliq̄s conat̄ ad h̄moi augmentū. Et
ideo ut dicit aug9: Quicq̄d facim9.
ſemꝑ intēdere debem9 ut ex caitate
ꝓcedat. Ait namqꝫ in libro de lau-
de caritatis. Breue p̄ceptū tibi pre-
cipit̄. Dilige: et fac q̄d vis. Siue tace-
as. dilectiōe taceas. ſiue clames. di-
lectione clames: ſiue emēdes. dilcōe
emendes: ſiue parcas. dilectōe par-
cas. Radix ſit intus dilectionis: non
poteſt de iſta niſi bonum exire. Et
dicit q̄dam venerabilis doctor: ꝙ hō
pōt cōtinue merei ſiue dormiat ſiue
vigilet ⁊c. iux̄ illd apli. Quecūqꝫ
facitis. oia ad dei gl̄am facite. Hoc aūt
fit ꝑ actualē relacōem oīm q̄ facim9
in deū. Exēpli grā. Si vis comedē:
cogita ſic. dn̄e de9 qui diſpoſuiſti vi
tā nrāꝫ ex cibo corꝑli conſeruare. ad
laudē tuā cū grāꝝ actione hūc cibū
ſumo: et ſic de oībꝫ alijs q̄ nō ſūt de
ſe mala: et talis ſemꝑ meret̄ augei
in caritate: et eſt bonū exercitiū: ma-
xime ꝑ hijs q̄ adhuc nouelli ſūt in
vita ſpūali. Sꝫ forte adhuc q̄rat
aliq̄s: q̄ ſint exercitia ꝑ q̄ ꝯpēdioſi9
hō bone volūtatis ꝑueīt ad augmē-
tū caitatis. R. pmo in grālī ſm ſcm̄
thō: ꝙ dilcōe. Pri9 em̄ act9 caitatis
ē diligē. Igr̄ q̄ exercet mētē ſuā ad
iugit̄ deū diligēdū abiectis alijs et
ꝯtinue quātū poſſibile ē in deū amo
roſe fert̄: ꝯpēdioſiorē et ꝓpinq̄orē vi
am tenet. Nichil em̄ caritas quātū
ē ex ſe req̄rit. niſi ꝓpriū ſuū actū: q̄
ē diligere. Sꝫ iſtud vid̄ magis ad
ꝑfectos vel q̄i perfectos ꝑtinē ꝙ ad
ꝑficiēdos: et pauciſſimoꝝ ē ſic affici
ad dn̄m deū. Et ſi aliq̄ hoc ꝑuilegiū
legunt̄ habuiſſe. ſic paul9. āthoni9.
bn̄dict9 et ſiles: tam̄ non dogmati-
ſabāt ꝙ alij hoc debuerunt imitari:
ꝓpt̄ ꝑiculū maximū quod talibus
ſolet euenire. vicꝫ tedij et hoſtis an-
tiq̄ callidiſſimi. Ideo ſcd̄o rn̄det̄ ex cō-
ſenſu oīm moralit̄ loq̄nciū. ꝙ hō bo-
ne volūtatis q̄ cupit deo āpli9 pla-
cere. nō debet ſibiipſi credere et moti-
b9 capitis ſui q̄ſi ipſe iā ſciat oīa q̄
ſibi nccaria ſūt. ꝗꝫ terminos ſcē ſcrip-
ture intelligit. ymmo quāto doctior
ē in ſcripturis ſine expiēcia vite ſpi-
ritualis. tāto ꝑiculoſi9 ſtat: ꝗꝫ ꝯtra
talē hoſtis hūani gn̄is eo plura hꝫ
iacula. Et hic laq̄us ē valde occul-
tus: et pauci aduītūt eū. Sciūt expti
q̄ de ſimplicib9 facti ſūt litterati: ꝙ
diſſimilit̄ cōgredit̄ cōtra eos leo ru
giēs adeptā ꝑt9 ſciēciam: ꝙ an̄ ſole
bat. Nec ꝓpt̄ hoc laudabile ſtudiū
ſcripture repꝛhēdendū ē: ꝫ ſpūalis
vita ꝑponenda: iux̄ illud auguſti:
Eſto ꝑus ſeruus obediens ut ſias

aīaıs intelligēs. Et illud apli. Qui
ē ſapiēs. fiat ſtultus ut ſit ſapiens:
quia nō ē alia via ꝑuenīēdi ad ſpi
ritualē ꝑfcōnē. Neō ergo ſibi ꝯfidat
aut blādiat̄ q̄i ſatis ſit bonā habere
volūtatē. ſed ſollicite aliquē viꝝ ſpi
rituale querat quē tanq̄ mgr̄m in
oībus audiat: donec ꝑ ꝓpriā experien
ciā diſcat. q̄d liceat. q̄d deceat. q̄d ex-
pediat. Multi piclitati ſunt qui hoc
conſiliū neglexerūt: et in varia vi-
cia et errores ceciderūt. Sola igit̄
caritas vitam ſpualē ꝯfert: et ſola
hūilitas hāc vitā fouet. ꝯſeruat. et
ad ꝑfcōm adducit. Unde dicit beat᷒
ieronimus. Ad ſūmitatē v̄tutū non
potēcia: ſꝫ hūilitate ſcandit̄. Sicut
igit̄ ſine caritate humilitas aut nō
ē aut ſtupida ē: ſic ſine hūilitate ca-
ritas ſtati euaneſcit et deficit. nec in
aīa ꝑſeuerarē p̄t. quēadmodū radix
extra terrā ſubito areſcit. nec ꝓficē
nec creſcere nec fructificare valet.
Et hec ē bona ſimilitudo. Cā. iii.

Hec gnālit̄ dcā ſūt. ſꝫ tn̄ adhuc
ꝑncipalis q̄o manet. Qui enī
ꝯiſſima narrat. paꝝ ā nichil īfort.
Ita q̄ querit q̄lit̄ ad ꝑfcōnē veniendū
ſit. ſi nil āpli᷒ ſibi dicat̄ q̄ ꝙ ꝑfectū
mgr̄m inq̄rat et ab eo vite mādata
accipiat. ſtatī rn̄debit. Quis neſciat
q̄d loq̄ris. Tn̄ iſtd̄ nccāriū ē. ⁊ pluēs
in h᷒ tn̄ ꝯiſſiō et ſalubri documento
deficiūt: q̄re eciā minime ꝓficiūt. Sed
forte adhuc q̄rat q̄s. Quid talis ma
giſter docē dꝫ: Ecce iā pat᷒ ſū. Spe
ro me hrē vtrūqꝫ caritatē et hūilita-
tē: ſꝫ ꝓficē in illis ꝯcupiſco. Quid fa
ciam: Quid peit᷒ mgr̄ r̄ſponet: R. ꝙ
hāc grāꝫ videt̄ hūiſſe iuuenis ille euā
gelicus: de q̄ ſcribit̄ mat. xix. Un̄ dix
it. Mgr̄ bone ⁊c̄. Rn̄dit ihs. Unū ti
bi deeſt. Vade et vēde oīa q̄ hēs ⁊ da
paupibꝫ: et veni ⁊ ſeq̄re me: et hēbis
theſauꝝ in celo. Iſtud ꝯſiliū nullus
p̄t retractarē. null᷒ emēdare: nullus
ſupordinare. Igit̄ q̄cūqꝫ hō bone vo
lūtatis q̄ ꝯia p̄cepta ſuarē ſe ꝯmu-
ni mō ꝯfidit. ſi vult ſublimi᷒ ꝯuſai
et ad ꝑfcōnē tēdere ne grā dei in ſe
vacua maneat: debet iſtud ꝯſiliū di
uinitus ꝓmulgatū attēdē et effica-
citer adiplē iuxt̄ ꝯſiliū diſcipliāti vi
rı̄ſi et inquātū ſtatui ſuo nō ꝯtrari-
etur etc̄. Hic poſſet adduci de multi
plici piculo quod quidā incurrerūt
qui nō bn̄ iſtud ꝯſiliū intellexerūt.
aut min᷒ ꝯſulte arripuerūt: ꝓpt̄ q̄d
ut q̄dā aiūt. ſci prēs diuſas religio-
nes inſtituerūt: tanq̄ viā ſecurā ad ꝑ
fectionē. Inſup de varijs ſentimen
tis doctorū ſcōꝝ. an indifferent̄ ſit ꝯ
ſulēdū oībꝫ religionis introitus. q̄d
ve faciendū ſit illis q̄ ad clauſtralē
vitā non ſūt apti. et an aliq̄s poſſit
eſſe ꝑfcūs abſqꝫ hoc ꝙ ꝓfiteat̄ tria
ſubſtācialia r̄ligioīs. et alia plura
de q̄bꝫ nō ē ad pn̄s ſmo. Videāt̄ do
ctoēs locis ſuis. Leo᷒. aug᷒. caſſia
nus. baſili᷒. bn̄dc̄us. bnard᷒. thōs gerſon.
et alij pluēs: q̄ diuſi ſatis ſūt in hijs
matēijs. Et nichilo᷒ ī hoc vniuſi ꝯ-
cordāt. q̄d flebilis expiēcia ec̄ teſtat̄:
ꝙ in oī ꝓfeſſioē ⁊ ſtatu infinita ſūt
picula: et nullibi plena ſecuritas. q̄
diu in hac lacrimarū valle ſumus.
Sed hijs dimiſſis. breuit̄ nūc dicē
dū eſt: ꝙ quicūqꝫ vult ad illa ſuper
noꝝ ſpirituū agmīā ſublimit̄ aſcen
dē. et illa loca inuāte ſe deo fortiter

Qualit̄ ꝑ oppoſitā viā malorū āge
loꝝ ꝑueniat̄ ad ꝯſortia bonorū

apprehēdere que olim illi ſpūs deſer
tores turpit̄ amiſerunt. oꝑtȝ ꝙ per
oppoſitā viā incedat. Impoſſibile ei
oīo eſt. ꝙ ꝑ illā viā hoī pateat acceſ
ſus ꝑ quā āgeli corruerūt. ſcḋm ꝙ apo
ſtolꝰ dicit. Si naturalibȝ carnis n̄
ꝑpcit id ē veris hēdibȝ peccātibȝ. ne
q̄q̄ adoptis ꝑcet. ſi ꝯtra dei volūta
tē gradiat̄. Pro auꝰ āpliori intellcū
ē aduṫēdū. ꝙ ꝑmū granū maledictō
nis qḋ vnq̄ ſemīatū fuit ꝯtr̄ dei vo
lūtatē: ē amor iordiatꝰ. Hᵒ alit̄ dr̄: ꝙ
ꝑma origo peccādi fuit ꝑūſa volun
tas. Amor ei n̄l āud ē q̄ volūtas q̄
dā magnā. ſic̄ rex dr̄ hō magnꝰ. Hec vo
lūtas ꝑūſa includit ī ſe duo. ſcȝ auſi
onē a creatore. et ꝯūſiōem ad creatu
rā. Ab hac volūtate mala tāq̄ a ḡ
no maledcō pullulāt tres radices
eqȝ maledcē ī demonibȝ ſcḋm btīn̄ dy
oniſiū. ſcȝ furor irrōbil. amēs ꝯcupi
ſcēcia. ⁊ fantaſia ꝑūa. Has nutr̄t
obſtiacō. deſpacio. pfidia. Et ꝙ hō
ſuadēte dyabolo ꝯtr̄ dei volūtatē. ſu
am ꝓpriā volūtatē ſecutꝰ fuit. iō pa
riformit̄ maledcūs fuit ſic̄ dyabolꝰ.
et intr̄ ſe poſt ḡnū maledcm̄. vicȝ ī
ordinatū amorē. a q̄ pullulāt tres
radices ꝑūſe. ſcȝ ſupbia vite. ꝯcupia
carnis. ⁊ ꝯcupīa oculorū. Et quāto
q̄s āpliꝰ ꝓfecerit ī hijs. tāto āpliꝰ a
deo recedit ⁊ demonibȝ appropinq̄t.
ita ꝙ ſi grā nō impediat. tādē in ꝓ
fundū veiat. ut dicat in corde ſuo. nō
eſt deꝰ. Et tunc miſer ⁊ infelix hō iu
giter velut demon agitatur furore
irracōnabili. amente ꝯcupīa. et fan
taſia ꝯterua. Q̄ ſi aliquid de deo ⁊
iudicijs eius aduertat. totū ſibi in
venenū vertitur: q̄ ꝓpter maximaȝ

ſupbiam non vult deo ſubdi. nec ta
men pōt effugere manus eius: et iō
aliud nichil reſtat niſi odiū dei. qḋ
ē ſūmum peccatū. Hoc eſt qḋ dicit
augꝰ. li. xiv. de ciuita. dei. ꝙ ciuitas
babilonica incipit ab amore ſui. et
peruenit vſqȝ ad contemptū dei. Ec
ce hic eſt miſerabilis et infelix ille
receſſus a deo. et deſcenſus in infer
num inferiorē. Oppoſito ergo itine
re gradiat̄. q̄ deo appropinq̄re ⁊ ſur
ſū aſcēdere deſiderat. Qḋ ſic ꝑſuade
ri pōt. Nam ꝑmū granū eterne bene
dictōis ē ordinatꝰ amor ſūbō volū
tas. ex q̄ pullulāt tres radices bn̄
dcē. ſcȝ caritas. hūilitas. pacīa. Et
quāto q̄s āplius ꝓfecerit in hijs. tā
to magis dō appropinq̄t. et ſublimi
us btīſſimis ſpiritibȝ ſociat̄. Vel po
teſt dici. ꝙ caritas ē granū. radices
ſūt tria inſtrumēta virtutū. ſcȝ obe
diēcia. caſtitas et pauptas. ꝑ q̄ ef
ficacit̄ declinat̄ oē pcīm. ⁊ oēs virtu
tes inſeruītur ipi aīe. ita ꝙ ſi grā iu
uante. hō in hijs ꝓficiat. efficit̄ q̄dā
modo āgelicus et ꝓximꝰ deo quan
tū attiet ad ſtatum vie. Et tūc dici
tur ꝑfcūs. qū racōnabilit̄ feruet in
amore dei. et ſemꝑ de ipō et iudicijs
eius bn̄ ſentit. nichil deſiderando cō
tra volūtatē eius. et qū bonis medi
tacōnibꝰ cū interna pace repletur.
Ad hanc ꝑfectionē de cōi lege nemo
cito ꝑuenit. nec eſt opus vniꝰ diei ā
paucoꝝ menſiū ſȝ pluriū. ſicut eciaȝ
videmꝰ in alijs opibus dei. Nam ḋ
gultū non ſtatim excreſcit in arbo
rem robuſtam. nec puer in virū per
fectū. ſȝ vnūq̄dqȝ ꝑ determīatas mo
ras ṙgularit̄ ad ſui tēdit ꝯſūmacōez.

Igit̃ a minõri oꝛ ut ĩchoe⁹. et ſic pau
lati creſcẽt ut tãdẽ p̲ grãm dei p⁹ lon
gã paciẽciã ad p̲fcõnẽ veniam. Sicut
btũs gregoꝛi⁹ dicit. Qui dignanter
imp̲fcõꝛũ deſideria inflãmat: aliquã
do ad p̲fectionẽ roborat. ¶ Ca. x. De diſtictõe caritat.

Diſtiguit̃ aũt caritas ſ̃m ſcũm
thomã in 2a 2e. p̲ tres gͣd⁹: qꝛ ẽ
q̃dã caritas incipiẽs. q̃dã p̲ficiẽs. q̃
dã p̲fcã: et q̃libet horũ graduũ vlti
mus diſtinguit̃ p̲ tres oꝛdĩes: et ſic
ſũt nouẽ oꝛdĩes caritatis iux̃ nouẽ
oꝛdĩes ãgeloꝛũ. ita q̄ meritũ r̃ndeat
p̃mio: videlicet q̄ infim⁹ grad⁹ ca-
ritatis mereat̃ aſſociacõnẽ cũ ange
lis. ſcd̃s cũ archãgelis ⁊ ſic de alijs:
aſcẽdẽdo vſq3 ad ſup̃mũ gͣdũ carita
tis et choꝛũ ſeraphicũ. Nec ẽ hic cu
ra facere drãm int̃ gradũ et oꝛdinẽ:
quia non verba aut loquẽdi ſubtili
tatẽ querim⁹. ſ3 rem ip̃am. Dictũ eſt
aũt. q̄ ſ̃m ſolam caritatẽ aſſumunt̃
hoĩes in cõſoꝛtiũ ſpirituũ btõꝛũ. Et
qꝛ nouẽ ſũt diſtincti choꝛi. pulchriã
diſparitate in ſũma dilcõne diſpoſi
ti: ideo ſequit̃ nccãio q̄ eciã dn̄t eſſe
nouẽ gͣdus caritatis q̃b3 ſcãdatur
ad illos. Noĩa aũt hoꝝ graduũ nõ
habem⁹ ſpecificata: ſ3 vtimur t̃minis
cõibus. primus. ſcd̃s. t̃cius. ⁊c̃. Racõ
hui⁹ videt̃ poſſe ſuĩ ex hoc: q̄ nemo
ſcit an odio vel amoꝛe dignus ſit. Cũ
ergo nemo ſciat certitudialit̃ an in
caritate ſit. multominus ſcire pote-
rit in quo gͣdu caritatis ſit. q̃uis cõ
iecturabit̃ ſcĩ doctores multa de hijs
loq̃ntur. innitẽtes ſignis et cõiecturis
groſſis. Solus autẽ deus ſcit noĩa
et merita p̃deſtinatoꝛũ: et quib3 vo-
luerit reuelaꝛe. Propt̃ hmoĩ ergo in

certitudinẽ p̃dicti gͣdus certa noĩa
forte non habent. Verum abſq3 vlla
cõtradcõne noĩari p̄nt noĩbus oꝛdi-
num quibus in merito r̃ndent. ut di
cendo. caritas angelica. caritas ar
changelica. cherubica ⁊c̃. Veriſſime
namq3 dicimus ſcm̄ iohãnẽ bapti-
ſtam in terris habuiſſe caritatem ſe
raphicã: id eſt p̲ quam merebat̃ aſſu
mi in ſup̃mũ choꝛum ſeraphin. Pa
ri modo de omnibus alijs dicere poſ
ſemus ſiue viuis ſiue defunctis: ſi te
ne3ſtaret nobis de meritis ipſoꝛum.
Triplex quoq3 ſtatus caritatis po-
teſt applicari ad tres ierarchias: vi
delicet q̄ caritas incipiens reſpon
deat infime ierarchie. caritas profi
ciens medie: et caritas perfecta ſu-
preme. Et quelibet iſtaꝝ habet gra
dus ſuos: videlicet principiũ mediũ
et finem: et ſic in vniuerſo ſũt tres
ſtat⁹ caritatis. et nouẽ gͣd⁹ p̃ncipa
les. Quilib3 ãt gͣduũ iſtoꝝ vltei⁹ h3
ſub ſe gͣd⁹ min⁹ p̃ncipales q̃ infini-
tos: ſ3 diuſitatẽ incõp̄hẽſibilẽ meito
rũ et p̃mioꝝ in eĩãs tã viuis q̃m de
functis: ſoli deo cognitoꝝ et q̃b3 vo-
luerit reuelare. Et ẽ veiſilẽ. q̄ ſic nuſ
q̄ reptũ ẽ aliq̃s duos taceo plures
omnino fuiſſe paꝛes in naturalib3. ã
q̄ magis ẽ in diſpoſicõne facierũ: ſic
nec in gͣtuitis. Hec aũt ſupmirãdiſ
ſima diuſitas. in toto vniũſo maxĩe
p̃dicat diuinã p̲fectionẽ. Sed ſ3 obi
cit̃. q̄ qꝛ nichil imp̲fcm̃ admittit̃ ad
illam ſplendidiſſimam ſocietatem
ſup̲noꝝ ciuiũ: ergo incipiẽs ã p̲fici
ens caritas locũ ibi non habebit ſed
tãtũmodo p̲fcã: q̃re 9ñt ſeq̃t̃ q̄ p̃di-
cta nõ p̄nt ſtare: videlicet q̄ caritas

incipiēs rn̄deat īfime ierarchie.et ꝓ
ficiens medie.et ꝙ ſuos poſſeſſores
introducāt illuc:eo ꝙ ſoli ꝑfecti intrā
bunt in illam requiem. Nec pōt dici
ꝙ in purgatorio aut alicubi alibi ꝑ
ficiātur poſt hanc vitā:qꝛ tunc nec
peccāi nec meritorū patebit locus.
Iſtā obiectōem ſoluit pulchre ſcūs
thōs .i.2.2e.q.24. dicit.ꝙ ē q̄dam ꝑ
fectio cōis oībus hn̄tibꝫ caritatē:ita
ꝙ habitualr̄ aliq̄s totū cor ſuū po
nat in deo:ita ſcꝫ ꝙ nichil cogitet vl'
velit quod ꝺiue dilectōi ſit contrari
um. Hec ꝑfectio eſt de eēncia etiam
minime caritatis:et qui eam nō hꝫ
caritatē non hꝫ. Et ſic patꝫ ꝙ oīs ca
ritas eſt perfecta quo ad aliq̄d:nec
obſtat ꝙ ñ eſt ſimpliciter ꝑfecta:qꝛ
oīs ꝑfectio vie ē q̄dam impꝑfectō.q̄re
eciā ſemꝑ pōt augeri:nec aliā ꝑfecti
onē req̄rit dn̄s deꝰ de nc̄citate ſalu
tis a viatore.q̄̄ iſtā. Vn̄ dicit btūs
augꝰ:ꝙ minima caritas plꝰ dili
git deū.q̄̄ maxima cupiditas aurū
tocius mūdi. Eſt ergo aliqua cari
tas minima reſpcū maioris:ſꝫ reſpe
ctu oīm inferiorū ē vere ⁊ maxi
ma et ineffabilr̄ dig̃ſſima ⁊ ꝑfectiſ
ſima:qꝛ infinite efficacie. Liberat ab
illis horrēdiſſimis etn̄is tormētis i
fernalibꝫ:et ꝑducit ad illā etnā glo
riā quā nec oculꝰ vidit.nec auris au
diuit.q̄ nec in cor hoīs aſcēdit:q̄d vti
qꝫ vniuſitas tociꝰ creature nō ꝓua
let. Cōcurrāt in vnū ſimul bcī oēs
q̄ i celo ſūt et i t̄ra:exerceāt vires
fortiſſimi ſpūs q̄ ſūt i mari et i oībꝰ
abiſſis:acuāt ingeniū ſapiētes orb
q̄ fuerunt ab inicio vſqꝫ hodie:cur
rat celū et recurrāt.⁊ influat q̄cq̄d

pōt cū planetis ⁊ ſtellis vniuſis ⁊c̄.
vnā animā ſaluare nō pn̄t:q̄d cari
tas iſta efficaciter ⁊ facilis pōt quā
eciā minimā vocamus. Ecce quāta
res ē caritas:cuiꝰ effc̄us eſt ſalubri
mꝰ et infinitꝰ:ſine q̄ bonū nullū hēt̄.
cū q̄ oīa hn̄tur:et bonū eēt hoī illi ꝙ
natus nō fuiſſet.q̄ eam non habꝫ ⁊
inetnū hr̄e nō deberet. Quātū ergo
ꝓ illa hn̄da et augēda et conſeruā
da ſolliciti eē debemꝰ:q̄ ſola nos ad
cōſorciū angeloꝝ introducit.⁊c̄. Et
ſic pꝫ ſolucō obiectōis:qꝛ oīs habēs
caritatē.ꝑfectus eſt ſm aliquē mod̄.
licet eciā ſit impꝑfectus q̄ ad cōpacō
nē ꝑfectioris:q̄d nō impedit.ſic patꝫ
apte de ōni creatura relata ad cre
atorē:ſic eīm oīs ꝑfectio creaturarū
ē ipꝑfectō. Et in āgelis ſimilr̄:q̄libꝫ
eīm āgelꝰ ꝑfectꝰ ē in gradu ſuo.ſꝫ in
ordine ad ſupiorē ē impꝑfcūs:qꝛ ab
eo purgatur.illūmatur.et ꝑficitur.
Patꝫ eciā ꝙ apte caritas incipiēs cor
rn̄det infime ierarchie.ꝓficiēs me
die.ꝑfecta ſupme:ꝓpter tres actus
ierarchicos qui ſūt purgaē.illumi
nare.ꝑficere:ita ꝙ ſicut dicit ſcūs
thōs.purgacōi pn̄cipalr̄ intēdat ca
ritas icipiēs q̄ ꝑcitētibꝫ ꝯuertit:q̄z pn̄
cipalior cura ē.ut a pc̄tis purgētur
et ipis reſiſtāt:caritas ꝓficiēs illūi
nacōni:qꝛ ꝓficiētes pn̄cipaliter la
borāt ad ꝑfcīm virtutū:q̄bꝫ magna
illuminacō ē nc̄caria ꝓpt̄ difficulta
tē inueniēdi mediū i q̄ virtꝰ ꝯſiſtit:
et ꝓpt̄ circūſtāciaꝝ vaietatē i q̄bus
ſepiꝰ maxima ꝯplexitas latet et de
cepcō. Caritas ꝑfecta ꝑfectioni pn̄
cipalr̄ itēdit:qꝛ pn̄cipal' cura ꝑfcōꝝ
ē ut deo īhēant et alios ad ꝑfectum

dei amorem inuitent: ſicut aplũs de.
Nrã cõuerſacõ in celis eſt. Et iterũ.
Volo omnes eſſe ſicut meipm̃. ꝛc̃. Et
iteꝝ. Siue mẽte excedim⁹ deo. ſiue
tẽperati ſimus vobis. caritas dei vr
get nos. ꝛc̃. De celeſti ierarchia Cã. x.
Prio q꞉ꝝ ãplıori intellcũ ẽ adũ
tendũ ꝓm eũdẽ doctorẽ ſcm̃. ꝙ
de iherarchia ãgelica oꝫ nos loq̃ ad
ſimilitudinẽ ecc̃iaſtice iherarchie. q꞉
ecc̃a militãs imitat̃ eccam triũphã
tem inquãtũ pt. Et teſte btõ dioniſi
o. ſicut ẽ ordo in hoĩbꝫ. ita eſt ordo in
angelis. Igit̃ ꝑ regimen ecc̃iaſticũ
quod ante oculos nrõs cernim⁹. oꝫ
deuenire nos in cognicionẽ illius ſu
pni regiminis. quod corpalibꝫ ocu
lis videre non poſſumus. Eſt aũt in
ecc̃iaſtica ierarchia duplex ſtatus
regitiu⁹. ꝑ quos xp̃i fideles dirigũt̃
ut honeſte et ordinate viuãt. videlꝫ
ſtatus clericalis. et ſtatus militaris.
In ſtatu clericali tres ordines aſſig
nantur ꝓm dioniſiũ. q꞉ ſtatus diaco
noꝝ ẽ ad purgandũ inſtitutus. ſta
tus ſacerdotũ ad illuminãdũ. ſtat⁹
epõꝝ ad ꝑficiendũ. et ſic diaconorũ
ſtatus ſiue ordo reſpondet infime ie
rarchie. ſacerdotũ medie. epõrũ ſũ
me. Et quilibet iſtorũ ſubdiuidit̃ in
tres gᷓdus. et ſic ſunt nouẽ gradus
in ſtatu clericali. qui correſpõdẽt no
uẽ choris ãgeloꝝ. Similiter in ſta
tu ſeculari ſiue militari. tres ordines
videmus. ſcꝫ regũ ducũ et comitũ. ꝗ
pñcipũ militum et baliuoꝝ. aut ali
ter ꝓm diuerſas ꝯſuetudines regio
nũ. Vel ſicut ſcũs thõs exẽplificat.
In regno tpali occupant̃ quidã cir
ca ſeruitiũ ꝑſone regis. ut cubicula
rij conſiliarij ꝛc̃. Quidam vero cir
ca regimen regni. ut auditoẽs pa
lacij. principes milicie ꝛc̃. Quidam
vero circa regimen ſpãle. ut baliui
et iudices diuerſorũ locoꝝ ꝛc̃. Per
hmoĩ manũductiones oportet nos ſi
logiſare diſpoſicõnẽ ſupni regni. qd̃
pauperibus ſpiritu et iuſtis ꝓmit
titur. Et ſicut videmus in iſta eccle
ſia militante. ꝙ non omnes ſũt pa
res in honoẽ. nec ad ſingula ſũt ap
ti. nec quilibet pro libitu admittitur
ad quodlibet. ſed ordinate vnuſquiſ
qꝫ deputatur ad id quod ſtatui ſuo
conuenit. et ad quod vtilis et ſuffici
ens reputatur. Sic in ſuperna pa
tria ordinatiſſime diſtincta ſunt ſin
gula a principio integre et perfecte:
exceptis quibuſdam locis vacuis.
que per ruinam quorundam ſpiri
tuum ſupborum ſic ꝑmanſerunt vſ
qꝫ ad tempus prefinitum a deo. do
nec paulatĩ ꝑ homines ad hoc ap
tos et dignos reſtaurentur. iuxta
ſentenciam beati auguſtini dicẽtis:
ꝙ tot homines aſcendent quot ſpi
ritus corruerunt. Et beatus gregori
us dicit. ꝙ omnes electi aſſumũt̃ ad
ordines ãgeloꝝ. q̃dã ad ſupiores. q̃
dam ad infeiores ꝑ diuerſitate me
ritorum ſuorum. ꝗuis beata virgo
maria ſup omnes aſſumpta ſit. Si
militer et aliorum doctorum hec eſt
cõmunis ⁊ firma ſentencia. ꝙ homi
nes aſſumuntur ad illos ordines ã
gelorum. qui in ſe habuerunt ſtatũ
et virtutes quibus illi reſplendent:
vſqꝫ ad numerum illum quem de⁹
nouit. Hoc eciam damaſcenus bre
uibꝫ verbis notabilit̃ innuit. dicens.

Hoīes ſcḿ diuerſos grad⁹ merito-
rū aſſumunt̄ ad diuerſos gradus
āgeloꝝ· Et ꝙuis incertū ē q̄bꝫ ex-
erciciJs ad quelibꝫ choꝝ ꝑueniatur:
tū ſub pia ſpe ſcōꝝ ſtudia tam per
interna ꝙ̄ externa q̄dam opera ad
ſublimiora iugiter ſcādere nitebā-
tur: ſic ſcriptū ē pſal° 83· Ibūt de vtu
te ī virtutē: videbit̄ de⁹ deoꝝ ī ſyon.
Vbi dicit glō: ꝙ deus diſpoſuit ⁊ or-
dinauit ut ad illud regnū ꝑ grad⁹
ꝑueniatur· Quāto aūt plus ama-
ueris: tanto plus aſcēdes· Ecce bre
uia verba: in quibꝫ oñditur tota via
hūani ꝓfcūs· ¶ ·Cam· 6m·
De profectu caritatis·

Tho. 2a 2e q. 186 ar. 2

Sunt preterea ſcī doctores ad
modū diuerſi: quibus vicꝫ ex
erciciJs ſpēalibꝫ ſiū intrīis ſiū extrīis
ꝓficiat q̄s compendioſius in carita
te· Alter ſic alter ſic ambulat̄: et te
ſte beato auguſtī· ſicut ſunt diuerſe
diſpoſicōes facierū: ſic ſunt diuerſe
vie que ducunt ad regnum celorū.
Quidam ꝑ magnas abſtinencias.
quidā ꝑ iuges lacrimas· nōnulli ꝑ
meditacōnes deuotas: alij ꝑ elemo
ſinaꝝ largicōem· aut alia oꝑa mi
ſericordie· ſiue ſpūalia ſiue corpora
lia deo placere cōtendunt ⁊c̄· Qui
dam in ſolitudine· quidā in publico:
quidam in ocio· quidam in negocio
regnū dei mercantur· Si queritur.
in tanta diuerſitate pene innumera
bili quid melius ſit: breuiter reſpō
deri poteſt. ꝙ illud ꝑ quod quis am-
pli⁹ in caritate proficit· Quod eſt
vni medicamētum· alteri eſt vene-
num· et econtra: ꝓpt̄ quod de huiuſ
modi exerciciJs ꝑticularibus nulla
certa regula dari poteſt· Et vix tā
dem homo bone voluntatis cum ma
xima et diuturna difficultate inue
nire poteſt: quid ſibi vtilius ſit. Sūt
preterea non minus incerta ſigna.
ꝑ que deprehēdit ſe cor criſtianum
an caritatem habeat· an in aliquo
gradu eius profecerit: quia exte
riora ſigna ſunt eqꝫ cōmunia ꝑpro
bis et electis: Iuxta illud math· 7·
Venient ad vos in veſtimentis oui
um intrinſecus autem ſunt lupi ra
paces: quod de aliJs operibus ext̄-
nis eciam intelligi poteſt: ſicut ſunt
vigilie· ieiunia· elemoſine ⁊c̄· De q̄
bus infinita exempla reperiuntur.
Signa autem interiora et ſi ſint
magis ſecura· videlicet deuotio· cō-
punctio· deſideria· contemplacio· et
huiuſmodi: tamen non ſunt omni-
no certa. eo ꝙ āgelus ſathane trāſ
figurat ſe in angelum lucis: vt dici
tur· 2a· chorī· xi· Relinquitur ergo ni
chil ſimpliciter ſecurum· nichil cer-
tum: donec veniat dominus et illūi
net abſcondita tenebrarum· Verū
propter hoc non debem⁹ ceſſare ab
operibus bonis et a conatu profici-
endi: ſed magis inſtare ut certam
faciamus vocacōnem noſtram per
opera bona: vt dicitur ·2e· pet· p°· Et
iam mlta exempla habemus ī ſan-
ctis hominibus q̄ preceſſerunt nos:
qui ꝑ fidem vicerunt regna. oꝑati
ſunt iuſticiam: adepti ſunt ī longa-
nimi ſpe lucidiſſimas manſiones:
quas non inueniſſent. ſi in via de-
feciſſent ab operibus bonis · Horū
igitur in exemplo precingam⁹ nos
ad currendam viam mandatorū

dei. firma fide ac ſolida ſpe roborati
ſperemus: q̄ adiuuāte nos gracia
dei nichil nobis impoſſibile erit quod
ad ſalutem ꝑtinet. Et ſicut dicit be-
atus aplūs paulꝰ· attēdere debemꝰ
agricolam qui grauiſſimos labo͛s
ſeminādo impēdit ī ſpe fructus ꝑci-
piendi: ſic de vinitoribus. venato-
ribus. mercatoribus. alijſq̄ꝫ vniuer
ſis qui ſub iſto ſole laborāt et infa-
tigabiliter ſudaͤ videntur. exempli
ficare poſſumus· Qm̄ igitur abſur
dū eſt ut famulus dei ideo tepeſcat
quia non eſt certus niſi in ſpe: quā
do ꝑ vili et dubia porcione huiꝰ mū
di amatores tot ſe periculis et labo-
ribus exponunt. et raro aut nūq̄
id quod querunt ꝑ libitu acquirāt.
Non ſic erit cum hijs qui domino fi
delit͛ ſeruiunt. dicente apoſtolo· Nō
ſunt condigne paſſiones huiꝰ tempo
ris: ad futuram gloriam que reuela-
bitur in nobis· Et yſa· lxiiij· Oculꝰ
non vidit. auris non audiuit. nec in
cor hominis aſcendit: que prepara-
uit deus diligentibus ſe. Ecce q̄m di
ſpar premium: pro tantillo labore.

SEd cum dicat au ¶ Ca. v.
guſtinus. q̄ caritas cum fue-
rit nata nutritur · cum fuerit nutri
ta roboratur. cum fuerit roborata ꝑ
ficitur. Queri poteſt: an eodem modo
id in omnibus fiat· Reſpondetur. q̄
non: ſed ſuꝑ hoc conſilium diſciplinā
ti viri ē requirendū: quia qd̾ vni cō
uenit alteri obeſt: ſicut iam dcm̄ eſt.
Simile huiꝰ ꝑt accipi in puero nouit͛
nato. et iuuene ⁊ viro ſimiliter: vbi
magna induſtria req̄rit͛. q̄lis cibus
et veſtitus ē ſingulis applicandus·

¶ An caritatis augmētū eodē modo fiat ī oībz.

Idē de arbo͛e aut herba nouit͛ plan
tata: et ſimilibꝫ oībus ſuo modo eſt
dicēdū· Sunt nāq̄ꝫ nōnulli q̄ nālit͛
ſūt pauidi ⁊ verecordes· Hij pꝰ accep
tam graciā nutriēdi ſunt doctrinis
et exēplis ꝯſolatorijs: nec hmōi hor
tādi ſūt ad nimiū tiore͂: q͛ tior ī eis
non ſolū caritatem non nutrit· ve͛
eciā crebro extinguit· Et plures vi
dimus in deſperacōnem corruiſſe: et
ſeipſos interemiſſe. Sunt alij natu
raliter ceruicoſi: hij ſtatim poſt ac-
ceptā grām ad timorē ſe cōuertere
debent: ſi in caritate ꝑficere cupiunt.
Alij amoroſi· alij odioſi· alij leues·
alij graues ⁊ ſic de alijs: quibꝫ non
indifferenter omnia ſunt cōſulenda.
Qm̄ ſit autem difficile in hijs ſuffici
entem eſſe mgr̄m. oſtendit btūs gre
gorius in paſtorali ſuo: vbi ad lon
giū de hac arte artiū et ſcīa ſcīaꝝ. re
giminis videlicet animarum tractat.
Nō aūt quaͤ in hac arte hūani ꝑfe
ctus nō ꝑt certa r͛gula dari quo ad
ſingl'a infallibilit͛ ſic͛ in ceteris artibꝫ
et ſciēcijs· hec ē: q͛ cetere artes ſiue
ſcīe ſūt circa vlīa. q̄ ſꝑ vno mō ſe ha
bent et nūq̄ variāt͛. et tm̄ humano
mō ſeſe ꝯſecunt͛: ſicut pꝫ in arte ſilo
giſtica et methaphiſica et mathe-
matica: et cē in alijs philoſoficis. et
ſic de alijs. Ars āt moālis et ꝑcipue
illa q̄ ſpūalē ꝑfcm̄ cōcernit· ē circa ꝑti
cularia et variabilia. q̄ non pn̄t det͛
minari vna cōi regula et indeficiente:
nec ē tātūmodo ꝑ huānū ſtudiū ſꝫ ꝑ
grām dinā. q̄ nō ſꝑ nobis p̄ſto ē pro
libitu nrō: ſꝫ put dn̄s voluerit dat eā
aut ſubtrahit· Voluntas eciam hu
mana quam hec grā paulatī ꝑficit

vaga eſt et inq̄eta. et diu in vno ꝑ-
ſiſtere non valet. donec ad illū ſum-
mū creatorē ꝑueniat a quo ꝑ crea
cōnem exiuit: qui eſt bonū infinitū.
ōnino ſufficiens abiſſum appetitus
eius ſaciaē. Jdeo nēce hꝫ crebro exer-
citia variare: ne ꝓpt̄ tediū gracia
vacua in ipā ꝑmaneat ſi ocioſa fu
erit. Hoc eñ miſericors de⁹ proui-
ditur multa exercitia meritoria ha-
beam⁹: q̄tenus in vno attediati ſta
tim ad aliud cōuertamur. Vn̄ patꝫ
clare: ꝙ de hijs exercicijs ſiue acti-
bꝫ virtuoſis per que merec̄ caritas
augeri. nō poteſt certa regula dari.
Vbi grā. Si aliq̄s ſibi iſtā regulā
ꝑfigat. ꝙ tali tp̄e velit orare ⁊ dein
de opari manibꝫ. ꝯñter legere. deīde
dormire ⁊c̄. pōt ſibi venire talis ca
ſus ꝙ grauit̄ peccat ita faciendo: vi
delicꝫ ſe indiſcrete grauādo. aut ꝓxi
mū in articulo nēcitis negligendo: ā
aliter ſcḋm ꝙ tales euēt⁹ innūeris
modis pñt occurrere: de quib⁹ nulla
determinata veritas a nobis pōt ꝑ
figi. q̄ ſoli deo cognita ſunt. Hunc
aūt laborīcitū tā piculoſum in ꝓfici
endo ſpiritualit̄ incurrim⁹ ex de merito
ꝓmoꝝ ꝑntū. artāte nos decreto dīne
iuſtitie: eo ꝙ ī lūine claē noticie faci-
lit̄ ⁊ ꝑfecte ꝓficere noluerūt: ideo oꝫ
nos iā ī ſudoē vult⁹ nrī ⁊ in tenebꝭ
q̄ſi manibꝫ more cecorū palpando
aliq̄d q̄litcūqꝫ licet impfcē opai ut
in virtutibꝫ creſcam⁹. Que tñ quā
tūcūqꝫ ſudauerimus non alit̄ ſunt
coram deo ꝙ̄ pann⁹ menſtruate: ut
ꝓpheta dicit yſa. 6x. Ex hijs patet
quare tam diuerſi libelli deuoti re-
ꝑiūtur. et etiam regule varie ſcōrū

patrū: loquētes de ſpirituali ꝓfectu.
Et forte mirum quibuſdam videtur
cur ita factū ſit: vicꝫ ꝙ vnus ꝑſua-
det alter diſſuadet. ꝙ vnus iubꝫ al
ter vetat: q̄d vnus inſequitur alter
fugit ⁊c̄. Sed ſi predicta conſiderē-
tur: tunc apparet t ꝙ libra magne
diſcrecōnis id actum eſt: ne videlicꝫ
in gazophilacio ſpiritualis doctrine
aliq̄d deſit q̄ neccaria ſunt. Quod nō
conuenit vni. cōuenit alteri. q̄d diſ-
plicet vni. placet alteri: quod erudi-
tus faſtidit. ideota amplectitur. q̄d
ſpernit diues. pauper gratant̄ ac-
ceptat. Nō ſano dulciter ſapit. egro-
tus euomit ⁊c̄. De hijs autẽ pluri
bus opuſculis que legi. hic vnū mo
dum generalem colligere propoſui
ſub nouem gradibus predictis quā
tū dn̄s donauerit: ꝑ quē veriſimilit̄
apparebit. quibus ſignis vera cari
ritas ſe maīfeſtet: quibuſue ſignis
maior aut minor caritas agnoſca-
tur iuxta triplicē ſtatū ei⁹ et. 9. gra
dus ſe ꝑcedcōēs: et q̄s grad⁹ cuilibꝫ or
dini in celeſtib⁹ correſ̄deat. Placuit
qꝫ hoc ſub ꝓfcū bonorum religioſo
rum applicare: q̄ ꝓfcūs cōiter in mo
naſterijs exꝑit̄. nō ꝙ apud ſecula
res nō ſit. ſꝫ min⁹ apparet: poterit
qꝫ faciliter ad cuiuſlibꝫ catholice vi
uētis ꝓpoſitū reflecti. attenta ſtat⁹
ſui q̄litate. Verū applicacō iſta ut iā
dcm̄ eſt nichil certū intuetur. niſi ꝙ
ſcḋm cōgruēciam quādā ꝓcedit ex
ſacris libris: neqꝫ alijs preiudicat
q̄ pulchri⁹ ꝓcedunt: licet quātum
ītelligi datur nulla omnimoda cer-
titudo de hac materia in terris hēa-
tur. niſi forte ꝑ reuelacōēz ſpēalez:

ꝫ oīa ꝯiecturali certitudīe ꝯſtāt.que
moralibꝫ ſufficere ſolet. ¶ Ca. 8. De religiōe

Religio ſcola ṽtutū dr̄.eo ꝙ or
dinate ꝑ eā inſtituiť hō toē vo
lūtatis ad ꝑfcāꝫ oīm ṽtutū adepcō
nem.ſcd̄m tres actus iherarchicos.
Et ideo habet eciam tres denomina
ciones:quia quo ad primum actum
iherarchiam q̄ ē purgare.vocatur
ſtatus pn̄ie ꝑfcē:q̄ ad ſcd̄m q̄ ē illu
miāre.vōť ſtat⁹ ſpūalis diſcipline
vel eciā milicie:q̄ ad tciū q̄ ē ꝑficere.
vōť ſtat⁹ ꝑfcōnis xp̄iane. Et hec tria
reſpiciūt tres ſtatus caritatis.ſ.in
cipiētis.ꝓficiētis et ꝑfcē: ut ſup̄ di
ctū ē. Uerꝫ diſtinguendo p̄mū ſtatū
ſcꝫ icipiēciū.ē ſciēdū.ꝙ ꝑfcāo xp̄iane
vite in tbꝫ cōſiſtit:ſcꝫ in ꝑfcā declia
cōne mali.in ꝑfcā opacōe boi.in ꝑfe
cta appeticōe ſupnorū. Et iō q̄ vult
ꝑfcē icipe xp̄ianā vitā:oꝫ ꝙ hēat a
liqͦd de iſtis tribus. Et ita videmus
in hijs q̄ feruenť cōuertūť de ſeculai
cōuſacōe ad religionē. Nā p̄mo pcc̄a
defleť:ſcd̄o ṽtuoſis exercitijs ſe appli
cāt.q̄ plura ſūt in religioē:tcio ſacr̄s
meditacōnibꝫ inſiſtūt.⁊ magna dul
cedine ſepi⁹ repleť. Et hic ē termi⁹
caritatis p̄me ſcꝫ incipiētis:q̄ ꝑ hos
tres ḡdus diſtinguiť. Cōgruenť eť
iſta applicādo ad infimā iherarchiā
celeſtiū ſpirituū.dicē poſſum⁹.ꝙ pri
mus ḡdus mereť aſſociacōnē cū an
gelis:ſcd̄s cū archāgel:tci⁹ cū ṽtuti
bus. ¶ Diſtinguēdo ſcd̄m ſtatū ca
ritatis q̄ ē ꝓficiētiū.ē ſciēdū.ꝙ tota
vita xp̄iana ē tēptacio:ſic aug⁹ dt.
Et iob vij. Milicia ē vita hoīs ſup
terrā. Temptacō aūt q̄ xp̄ianū ex
ercet eſt triplex:ſcꝫ huāna q̄ ē ḡuis:
angelica que ē grauior:diuina q̄ ē
grauiſſima. Et ſm̄ hāc triplicē tēp
tacionē accipiť triplex grad⁹ hui⁹
caritatis ſcilicet ꝓficientis:ꝯgruen
ter ad mediam iherarchiā applican
dus. Nā qui vincit p̄mā.cōnumera
bitur ptātibus:qui vincit ſcd̄am.cō
numerabiť principatibꝫ:q̄ vicit ter
ciā.cōnumerabiť dn̄acionibꝫ. Et hic
ē finis ſiū ꝑfcāo ſcd̄e caritatis videlꝫ
ꝓficiētis:q̄ ꝑ hos diſcernitur ḡdus.
Quod eciā in ꝓficiētibꝫ religioſis clare
videm⁹. Nā q̄ in p̄ma caritate vide
licet incipiēte iā ꝑfcā fuerī ꝓpt magnā
nā pn̄iaꝫ.ṽtuoſam vitā ⁊ deuotā cō
tēplacōnē:curſū in aggreſſu ſecūde
omnibus apparēt impfectioēs:⁊ ſe
pius eciā a nouicijs deſpiciūť.donec
diſcant cū hoſtibus pugnaē. p̄das
rapere.adūſarioſqꝫ ꝓſterne. ¶ Di
ſtinguendo terciū ſtatum caritatis
que ē ꝑfcōrū.eſt ſciendū.ꝙ triplicit̄
diuina illuminacō mentē ꝑluſtrat:
ſcꝫ vix ꝑceptibiliť.et hec ē mag:pl⁹
ꝑceptibiliter.et hec ē maior:apte ꝑ
ceptibiliter.et hec ē maxia. In p̄ma
hꝫ ſe mens contēplantis pl⁹ actiue
ꝙ paſſiue:et ſui recordať.⁊ oīm que
opať. In ſcd̄a pcā actiue ſed pl⁹ paſ
ſiue:et qn̄qꝫ ſui recordať.qn̄qꝫ non.
In tercia omnino paſſiue:et penit⁹
ſui obliuiſciť. Hec magna ſūt et ſū
me ꝑfecta.ſupreme iherarchie corre
ſpondencia:nec de his exemplificare
audemus niſi quantū in ſacris lib
ris inuenimus:vbi plures legūtur
qui hijs ſublimiſſimis gradibus de
corati fuerūt:nec dubium quin q̄n
to amplius a ſe deficiunt tanto am
plius in deū ꝓficiūt. Et ꝑ cōſequēs

tāto ampli⁹ amāt· Primi cū thro-
nis: ſcđi cū cherubin: t͡cij cū ſeaphin
veriſimilit ſorte accipiūt· Hec bre-
uit de ſingulis tacta ſūt in gnali: ſꝫ
nūc lati⁹ de ipſ ſpecialit aliqua di-
camus· ¶ Sequit᷑ ps ſcđa huiꝰ libri

¶ De caritate incipiente· ¶ ·Ca·pⁿ

Caritas incipiēs ſic dcā
eſt. q̄ p eā ſpūalis vita
inchoat᷑ et maxīa cura
neccā eſt · ut nutriat᷑ et
foueat᷑ et cuſtodiat᷑. ne corrūpatur.
Et eſt hic ſm ſcm̄ thōm aliqđ ſile
de vita naturali: ⁊ augmēto ſpūali
hoīs· Nā puer iam nouit natus ſi
non diligētiſſime cuſtodiatur ſtatī
moritur: ſi eciā non ſollicite nutriat᷑
nō creſcit· Et ſm q̄ iſta meli⁹ ſibi
applicātur. ſm hoc meli⁹ pmanet in
vita: et auget᷑ in oībus ⁊ roborat᷑·
Sic ē de iſta caritate ſimilit᷑: q̄ hō
bone volūtatis. poſt acceptā nouit᷑
grām. diligenter debet ſe cauere ab
occaſionibꝫ pccoꝝ. q̄ adhuc debilis
eſt: et applicare ſe ad viros ſpūales
q̄ eū foueāt verbo et exēplo donec
creſcat paulatī. Qui hec n̄ facit: vix
ad modū infantis derelicti pmane-
bit viu⁹. De hoc. cotidiana cernim⁹
plura flebilia exēpla· Et ē veriſile.
q̄ grā iſta pma aīam ſpūalit᷑ viui-
ficās plurimos q̄ſi in nūeris vicibꝫ
tangit et concutit: ſꝫ pauci in ea pſe-
uerāt· Qm̄cito eīn grā mentē pul-
ſat et ad conſenſū trahit: ſtatī ſpū-
aliter viuere incipit. Sꝫ morli culpa
exigente et p̄cipue accidia. q̄ fit ut
ea que gracia requirit nō exeq̄tur.
ſiue alia quacūqꝫ. continuo gracia
ipſa in anima moritur. et fiūt poſte-
riora hominis illi⁹ peiora p̄oribus:
q̄ ſemp grauī⁹ peccat. tantā graci-
am negligendo · Sollicitudo ergo
pncipalis huius caritatis. eſt homi-
nem p peccatum mortuū ſpūaliter
viuificare ⁊ in vita conſeruare: qđ
fit reſiſtendo peccatis et concupiſcē-
cijs eius. p que fiunt motus in con-
trariū caritatis· Et hic eſt pm⁹ gr-
dus· Hec autē ſi debite fiunt. tūc ne-
ceſſario ſeq̄tur opatio bona: q̄ hijs
intēdere nichil aliud eſt q̄ bene ope-
rari· Et hic eſt ſecūdus grad⁹ cari-
tatis incipiētis: qn̄ vicꝫ intātū cre-
ſcit. q̄ merito dici debeat pma rudi-
menta trāſiſſe: ſicut et videm⁹ in oī
arte alia ſiue mentali ſiue manua-
li: q̄ ſingule hn̄t mēſuras ſuas· Rur-
ſū bonā opacōem ſeq̄tur delectacio
et ſpes: q̄ eſt certa expectacō futuro-
rū bonorū ex meritis pueniēs. Ideo
qn̄ caritas iſta ſic vlteri⁹ creſcit vt
intus audiat a dn̄o ſibi dici. dimiſ-
ſū ē pccm̄ tuū. ⁊ illud apli rō· 8· Ipe
ſpūs ſcūs teſtimoniū reddit ſpūi
noſtro q̄ filij dei ſum⁹ ⁊ ſimilia: tūc
tercius gradus excreuit in aīa ſcā:
et paſcit᷑ multis deuotis ſuſurrijs ī-
ternis et meditacōnib⁹ ſpūalibus
vltra ſolitū. ita ut ſup flores ſe am
bulare putet. ōniaqꝫ grauia fiunt
ei leuia ꝓpter arriſum gracie · Et
hec ē pfectio caritatis incipientis Sꝫ
forte dicat quis. Ex hijs dictis aper
te patet. q̄ ſtatim cum caritas inci-
pit eſſe. īcipit eciā proficere: ergo nō
debet diſtingui caritas proficiēs cō
tra caritatē incipiētē · Rn̄detur ſm
ſcm̄ thō· q̄ diuerſi grad⁹ caritatis

diſtinguūt̃ ſcḋm diuerſa ſtudia: ad q̃ homo pducit̃ p caritatis augmētū. Studia aūt illa que ſūt principali ora: dant nomē gradui ſiue ſtatui caritatis. Et ergo q̄uis oīs hñs cari tatē pficiat. non tamē dicit̃ ex hoc habere caritatē pficientē. vel eſſe in ſtatu caritatis pficientis: ſed q̄ndo hoc pūcipalit̃ intēdit q̄ vult pfice re: et q̄n ad hoc aptus ē. Nā cui ad huc incūbit deflē pc̄ta et pn̄iam age re. nō p̄t pūcipaliter intendere ut p ficiat ſublimiter in caritate: neq̄z ad huc aptus ē ad hoc. ſ3 oȝ q̄ paulati creſcat donec roboret̃: qḋ tñ nō fit ſi ne aliquo pfcū. Sicut pueri q̄uis cotidie pficiūt in augmēto nāli. non tñ dicunt̃ aliquid opari niſi p9 ad eptā etatē et fortitudinē ſufficientē. q̄uis non ſint ſine oī opacōe: tamē illa opacō nō meret̃ denoīacōnē ali cui9 ſtatus: q̄ ſemp a pūcipaliori ſi eri debet. Similis inſtancia p̄t fieri de caritate pfecta: q̄ nō debeat diſti gui a caritate pficiente: eo q̄ pfecti ſemp q̄ diu in hac vita ſunt eciā in caritate pficiūt. Sed q̄uis hoc ve rum ſit. tñ habent aliquod dignius ſtudiū circa quod principaliter ver ſant̃. qḋ eſt dō inherere: et ab hoc de noīacō pfectionis ſumit̃. Et q̄muis hoc eciā deſiderent incipientes ⁊ pfi cientes. tñ adhuc nō ſunt ad hoc ap ti ꝓpter cauſam dc̄aȝ: q̄ ſc3 cīn alia adhuc hñt occupari. donec pueniāt ad tantū pfectū. ut deo ſtabilit̃ inhe reant q̄tū poſſibile eſt in hac fragi li carne. Nec qualiſcūq̄z deuocō ſiue contemplacō mereatur dici pfecta ca ritas: ſed illa que gradus pfcōs at

tingit deo opante in aīa ſcāq̄ quod de cōmuni lege non fit repente: ſ3 pau lati et ordinate p gradus diſtictos. ſicut ꝓpħa dicit. Beatus vir cuius eſt auxiliū abs te: aſcenſiones ī cor de ſuo diſpoſuit in valle lacrimarū. Qui ergo abſq̄z hoc ordine ſentit de uociones ſiue cōtemplacōnes ſubli mes. debet eas habere ſuſpectas: et ſe pocius ad lamenta pn̄ie ſiue īcre menta virtutū reuocare: donec tp̄s debite ablactacōnis veniat. Alioq̄n ſi īmature hec duo mr̄na vbera deſe rueit. videl3 pn̄ie et v̄tutis. aſpirās ad cibū ſolidū diuinaꝝ illuminacō nū pcipitabit̃. Hic ē magnus laque us occulte ſupbie: quē ꝓpħa expa uit dicēs. Ab altitudine diei timebo. Vbi ḋt glō: q̄ altitudo diei tuoꝛ ſup bie ē. qui timeri debet q̄ʒ breuis ē: ſed altitudo diei lōginqua et pſeuerās eſt que debet̃. nō arrogātibus q̄ ant̄ tēpus ſe eleuāt̃: ſed humilit̃ in deum ſperātibus: in qua nulli timēdū eſt. Vnde ſubdit. Ego vero in te ſpeābo: non in me: ne per ſtultā arrogāciā moriar. Premittit eciā multas pſe cucōnes quas ſuſtinuit ut eleuaret ſe ad ſupbā altitudinem itēpeſtiue: dicens. Miſerere mei deus miſere re mei q̄m cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Ec ce prima tēptacō: Cōculcauerūt me inimici mei tota die. Ecce ſcḋa: Quo niā multi bellantes adūſū me. Ecce tercia. Hec ſūt. caro. mūdus. dya bolus: q̄ omēs odiūt hūilitatē: et vo lunt repēte contra dei ordinacōnem magni eſſe. S3 vir timorat9 ꝯculcari magis eligit: q̄m diei altitudinē ſibi

vſurpet· Simile hꝫ̄tur ĩ euãgelio
de inuitato: ad idez ſacrē humilita
tis referēdū· Nã ſi vltimū locū ele
gerit. cū gloria ad ſuꝑmū deducet:
ſi vero ĩ ꝑmo ſe locauerit. cū rubore no
uiſſimum tenere coget· Ex hijs et
alijs mltis ſcripturis docemur ꝙ ſe
curū ſit gradū infimū caritatis am
plecti et minima non ſpernere: nec
in magnis ãbulare ſup ſe: ſꝫ pacien
ter exſpectare donec manꝰ diuina ele
uet fidelē ſeruū ad altiora. Hoc ꝗp
pe tenendū eſt ꝓ certiſſima regula:
ꝙ q̄ ĩ paucis fidelis fuerit. ad maio
ra ꝑ hoc merit eleuari: ⁊ de maioribꝫ
ad maxima. donec ad perfectum re
matur· Et hec eſt ſentētia euãgeli
ca. et valde notabile ⁊ vtile docum
tū. ⁊ maxime ad ꝓpoſitū nr̄m deſer
uiēs: cōplectens vniuerſa opa meri
toria: a porrectōe calicis aque frigi
de. vſqꝫ ad ſumptiōem calicis ſalu
taris. id eſt martirij· Vbiqꝫ oĩo ſiue
in magnis ſiue in puis: qui fidelis ē
in minimo maiora pcipiet· Et econ
tra q̄ pua negligit paulatī decidet:
et qui ſpretis minimis ad alciora
volare feſtinat. quāto ſcanderit alciꝰ
tāto cadet ꝑcliuius· Humiliter ergo
cū pꝑha dicamus. nunc cepi. quantum
cūqꝫ ꝑfecerimus: nō ſemel neqꝫ bis:
ſꝫ ꝑ ſinglos dies. Et nō ꝙ enumerat
ibi plura opa ꝑfecta: ptꝰ q̄ dicit. nūc
cepi. Idem ſonat ſnīa apli. dicentis.
Ego nō arbitror me cōphendiſſe: ſe
quor aūt ⁊c· Et ſubdit. Hoꝰ ſentiamꝰ
qui ꝑfecti ſumꝰ. Dnus q̄ꝫ bern. dicit:
ꝙ ſeruus dei aliq̄ mō debet ſuū ꝑfe
ctū neſcire. et tū aliquo mō ſcire: vt
vicꝫ negligētia nō torpeſcat. nec ar
rogācia ſe iactet· Ecce mira: quāta
eſt cōformitas ſupremi gradꝰ ad
īfimū: qn̄ vbiqꝫ ſumma predicatur
humilitas· Qui non eſt valde vilis
in oculis ſuis. nichil pōt boni inchoa
re: et q̄ ſe ꝑfecte non deſpicit. ꝑfectio
nē nondū attigit· Vbi eſt tū notan
dū. ꝙ ꝑma humilitas nō eſt multū
mirāda. in eo vicꝫ q̄ nūꝙ aliq̄d boni
fecit ſꝫ plura mala: ĩ eo aūt q̄ nota
bilit̄ ꝓfecit aut iā ꝑfectꝰ eſt. valde
laudāda ē ⁊ mirāda· Sꝫ dū de ca
ritate loqui volebamꝰ: repēte ad hu
militatē deuenimꝰ: nec mirū: quia
pari paſſu ãbulant: ſimulqꝫ creſcūt
et ꝓficiūt· Nec vnꝙ dn̄s deꝰ alicui
caritatem īfudit ſine preuia humi
litate: q̄d apte in peccatoribus cer
nimus: qr ſtatim qn̄ ſibijpſis incipi
unt diſplicere· tūc graciaꝫ pcipiūt:
et ad bonaꝫ vitā ſe conuertūt. Nec
ē curandū ꝙ illa diſplicentia eſt in
formis: ſic̄ eciā tior ſeruilis. q̄ nichil
ominꝰa deo ē· Quibꝰ p̄miſſis: nunc
de ꝑmo gradu caritatis īcipiētis ali
q̄d loqui placeat· ¶· Cã· 2ᵐ De caritate ãge
lica.
Angelica caritas ſic dici pōt: ꝙ
ꝑ eaꝫ hō mereat̄ qui ipſaꝫ ha
buerit in numerꝫ angeloꝝ cōputari:
vel aſſumi ad infimū chorū ſpiritu
um ſupnorū· Et hec pōt dici mīma
caritas ī genere ſuo: que nichilomi
nus pene infinitos gradꝰ habet ſm
diuerſitatē meritorū: ſm magis et
minus ſoli deo cognitorū ⁊ quibus
voluerit reuelare· In hac caritate. ſi
ue in gradu huiꝰ caritatis. ſm quā
dā opiōem. ſūt pueri nouit̄ baptiſa
ti vſqꝫ q̄ delinq̄re vel mereri poterūt
ſalt̄ de cōi lege: q̄d dr̄ ꝓpter quoſdā

priuilegiatos:qui non cadūt ſub cō
muni r̄gula. Itē penitētes qui ī mor
talibꝫ pc̄tis fuerunt.et nouiter ꝯuſi
nondū cōdignā pn̄iam cōpleuerunt:
et hoc iterꝫ ſm cōmunē legē:ꝓpt ali
quos ſingularit̄ eleuatos eciā in in
ſtanti cōuerſionis ſue:quorꝫ inchoa
cio q̄dā pfc̄o reputat̄. Itē ſimplicit̄
ambulantes in via mādatorū dī ſi
ne conatu notabili pficiēdi.vtentes
pmiſſis.abſtinētes ab illicitis.nich
il ardui aggredi audētes.cōitatē ſe
ctantes.bone volūtatis hoīes vocati.
ſuā pacē.ſuū ſolatium quātū licet
querētes.nullū offendētes.nullū re
leuātes.oībus bonū fauentes. pau
ca tamē de ſuis tribuētes:boī viri.bo
ne ſcīe.de ſeipis magis ſolliciti. alio
rum ſalutē nō nimis feruide querē
tes:oībus tamē caritatiue ſm grāꝫ
ſibi datā inclinati.etnā et tpalē ſa
lutem fr̄ibus exoptāt et pſuadēt:de
quibus btūs gregori9 dt. Sūt ple
riqꝫ qui pua capiūt:ſed tn̄ hec eadē
pua pie ānūciare fr̄ibꝫ nō deſiſtunt.
Iſti itaqꝫ in āgelorū numerꝫ currūt.
Hec verba breuia ſunt:et noua ex
planacōne opus hn̄t. Vn̄ eſt notā
dū.ꝙ ad indagādā minimā caritatem
occurrit querēdū:que ſint iſta pua
que capiūt et annūciāt. Et videtur
ꝙ ſcdm vnū intellectū dici poſſit illd:
qd ſcribit̄ actuū.19. Vbi legit̄ ꝙ pau
lo pdicante.plures cōpūcti fuerunt
corde.nūciantes actus ſuos.id ē pec
cata ſua cōfitētes:qd ad iſtam cari
tatem ptinet: nec dubiū ē.quin hoc
quod acceperūt.eciā alijs nūciaē et
pſuadere nitebant̄:ut pitet ſalui fie
rent. Qd eciā cotidie in religione fie

ri cernimus. Nam qui ad conuerſi
onē nouiter veniūt.in primo feruore
pc̄ta oīa q̄ vnq̄ fecerūt q̄ntū pn̄t di
ligentiſſime confitent̄.et ſtati accep
ta fiducia oēs conūtere nitunt̄:lit
teras abſentibus ſcribūt.pn̄tes hor
tantur.notos ⁊ ignotos trahere tēp
tant:adeo ut non ſit qui abſcondat
ſe a calore eorꝫ. Quid iſti faciūt:niſi
pua que acceperūt fr̄ibus nūciare
feſtinant: Sꝫ poſt expta difficulta
tem.zelus iſte cōiter quieſcit. Eſt et
alius ſenſus nō abiciēdus. Qui ſic
pdcm̄ ē ſimplicit̄ et innocent̄ in via
dei ambulat.et gracias agit deo.et
parꝫ de noticia ſalutari habet:⁊ hoc
idem alijs nūciare ſiue docere cona
tur p bona volūtate:hic pua q̄ acce
pit fr̄ibus nūciat. Primū ad penitē
tes:iſtud ad innocētes ptinet. Verꝫ
ſic pdictū ē.iſta ſūt pua reſpcū ma
iorū:ſed in ſe valde magna ſūt. Pu
ta q̄bus eterna dāpnacio declinat̄.
et etna gloria ſecure mercat̄. Et re
uera felix ē.qui hūc gradū minimū me
retur accipe in terris:qm̄ erit ſicut ā
gelus dei in celis. De hoc narrat be Exē
ata mechtildis exēplū in reuelacōi
bus ſuis:videlicꝫ ꝙ ſibi oſtēſus fuit
minimus ſcūs in regno celorꝫ in mag
nis delicijs. Hic erāt rutērus in t̄ris
ab īfancia ſua vſqꝫ ad mortē:nūq̄
bona didicit.nūq̄ bona fecit:ſed ſem
p mala. In exitu aūt ſpūs ſui ſic co
gitauit. Vtinā nō peccaſſem:et ſi li
ceret viuere:ammodo abſtinerem a
pc̄tis. Hec aut ſimilia cogitās:expi
rauit. Nichil aliud ſecum detulit:niſi
pc̄ta plurima vltra numerꝫ. Veniens
autem ad iudiciū dei.ſentēciatū fuit

ut cētū ānis in acbiſſiō purgatorio
torq̄ret̄.et deinceps vſq₃ ī ſempiter
nū gaudijs celi frueret̄. Qd̓ et fcm̄
fuit. Sicꝫ de multis alijs legit̄. Int̄
iſtū mīmū ſcōꝝ ⁊ iohēz baptiſtā ma
ximū.quāti ſūt gdꝰ? Si iſte peſſi
mꝰ pc̄toꝛ ꝑ mīmū opꝰ.puta deſideri
um vnū tenuiſſimū et hoc mīme ca
ritatis.tāta mala euaſit et tātis bo
nis etn̄aliter affluet̄.q̄d viris ꝑficiē
tibꝫ et ꝑfc̄is dabit̄.q̄ ex maxima ca
ritate.arduiſſima et pene innumeā
bilia opa ꝓ gloria dei impēdūt? O
ſi attēderemꝰ veriſſimā ſentēciā ſal
uatoris nr̄i.q̄ qui dederit ciphū aq̄ fri
gide ꝓ nomine meo nō carebit mer
cede ſua.et alia ſimilia plura:non
vtiq₃ ſic pigri remaneremꝰ. De hoc
eciā q̄ ſint innumerabiles gdꝰ pre
mioꝝ in q̄libet choro.⁊ ꝑ ꝯn̄s eciam
meritoꝝ in hac vita:ſatis ex q̄dam
reuelacōe patꝫ q̄ fc̄a fuit ſcē brigit
te. In q̄ legit̄ q̄ ſint plures āgeli in
celo q̄ decies hominū q̄ fuerunt ab
adā ⁊ erūt vſq₃ ad vltimū qui na
ſcetur in fine mūdi. Ita q̄ ꝓ q̄libet
hoīe plus q̄ decem angeli ꝯputabū
tur. Quis iſta cōꝑhendet? Quan
ti cotidie naſcuntur et moriuntur?
Iuxta quandam opinionē licet in
certā ꝯiecturaliter q̄ vltra cētū mi   † putat.
lia hominū cotidie moriantur in hᵒ
mundo exceptis bellis et epidimijs:
in quibꝫ quādoq₃ ī vna hora et par
uo terre ſpacio multo plures ceciderunt. An autē iſtd̓ credibile ſit an
non.michil ad ꝓn̄s.n̄ ī quātū eleuat
mētē ad cōſiderandū qualitatēq₃
gaudia illa īfinita q̄ ꝑparant̄ diligē
tibꝰ deū. Si aūt minimū opꝰ mini
me caritatis q̄literq̄q₃ negligēter
fcm̄.non erit ſine p̄mio in patria illa
ſupna.ſicut oſtenſum eciā fuit bea
to bernardo in viſiōe q̄dā:et vtiq₃
talia ad minꝰ ꝑ hoīes bone volūta
tis cotidie plurīa fiūt.nō dubiū eſt
q̄n ꝑ ſingulos dies creſcit meritum
eoꝝ vſq₃ in ſenectā ⁊ ſeniū.donec ꝑ
ueniāt ad terminū mercēdi:et ꝑ con
ſeq̄ns p̄miū multiplex erit valde ⁊
diuſū qd̓ huic merito corrn̄det. Quis
em̄ audet affirmare aliq̄s facile in
ueniri in hijs opibꝰ meritorijs q̄ q̄ſi
caſualiter fiunt.oīo eſſe pares.ita
q̄ in nullo diſcrepēt? Et ſi hoc pene
impoſſibile eſt:ſeq̄tur q̄ eciā in glo
ria oīno ſiles aut vix aut rariſſime
inueniāt̄. Ex q̄ ſeq̄tur ineſtiabilis
decor diſpariū coronaꝝ in illa patria
ſupna:vbi tā numeroſa multitudo
btoꝝ ē.et q̄libet cū aliq̄ ſpc̄ali ꝓui
legio hōris. Iuxt̄ illd̓ Eccī. xx. Non
ē inuētus ſimil̄ illi.qd̓ ſm̄ doctores
de q̄libet ſcōꝝ verificat̄.licet nos la
teat.quō illud fiat. Seq̄tur eciā ex
ꝑdictis.q̄ cōiter reꝑhenſiones ſcōꝝ
patrū cadūt ſuꝑ iſtos q̄ in hac cari
tate infima ſiue in hoc gradu p̄mo
verſant̄:licet in quolibꝫ gradu reꝑ
henſibiles q̄dam inueniant̄. Vn̄ be
atus bern̄.dicit eos languere circa
cōia precepta:alij tepidos.alij car
nales.alij negligētes eos vocātac:
donec ad meliora conſcendant et ꝑ
fecti fiāt in gradu ſuo. Perfectio au
tē huiꝰ gradus ē quā deſcribit btā
mechtildis in quadā reuelacōne:ſic
dicēs. Quicūq₃ in eccīa deo fideliter
deuote ac humilit̄ miniſtrarꝫ.et eci
am ꝓpter deū infirmis peregrinis

vel paupibus et inuicē in caritate q̄-
libet alij ſubueniret: in primo gra-
du conſiſteret angelis coequatus.
Ecce in genere ſuo magna eſt iſta
pfc̄o: q̄uis reſpcū maioris: mīma ca-
ritas hec vocet̄. Qui ergo ad hec ido-
neus ē: de pfc̄oribus ſcīs in infimo
choro erit. Qui vero nondū eſt. ⁊ ta-
mē dolet de hoc et ſic decedit: nichilo-
min⁹ angelico choro inſeretur. iux-
ta menſurā meritoꝝ ſuoꝝ. Nullum
em̄ quantūcūq; minimū bonum erit
irremuneratū: ut dcm̄ eſt. Ex quo p-
babiliter videtur poſſe īferri: q̄ max-
ima demonū ps ſit de infimo choro.
Quod ſic patet: quia cū meritum re-
ſpondeat p̄mio: et maxima ps ſal-
uandorum ſit aut de pueris nouiter
baptizatis. aut adhuc innocētibus
aut penitētibꝫ aut impfc̄is in vita ſpi-
rituali: ⁊ vix pauci ad hanc pfc̄ōnē
infime caritatis ptingant: ⁊ cum hij
oēs ad chorum angelorū ptineāt
ut eius ruinas impleant: ſequitur
q̄ in illo choro vltra oēs alioꝝ an-
geloꝝ ſupioꝝ choros remāſerūt plu-
res ſedes vacue: q̄ p oīs ꝑpli tā nu-
meroſam multitudinē reſtaurātur.
Idē videt̄ poſſe ſuī ex quadā autori-
tate origenis dicētis: q̄ illi āgeli cor-
ruerūt. q̄ terrenis p̄lati fuerūt. Itē
ex ſciſmate ſiue heresi q̄ ſiūt in eccīa
iſta militante idē p̄t pbari. Nam co-
muniter vnus aut pauci docti ſiue
potētes. hmōi ſuſcitāt: et cōtradicēti-
bus pfc̄oribus. facile trahunt ſecū
mobile vulgus. Sic lucifer veriſimili-
ter de ſeraphī et cherubī ſiue throīs
paucos reſpectiue ſecum traxit: q̄a
pauci in campo militantis eccleſie
ſic ſtrēnui repti ſunt. ut apti eſſent
ad illa loca replenda. Et ita de
alijs choris ſuo modo ſuſpicādū vi-
detur: ut videlꝫ ſp de ſupioribꝫ paucio-
res traxerit. Sēp em̄ hoc ē attēdē-
dū q̄ pſalmiſta dt: grāꝫ et glāꝫ da-
bit dn̄s. Et q̄bus tātā glāꝫ datur⁹
eſt: eciā p̄requirit̄ q̄ tantā graciaꝫ
p̄ueniēdo largiat̄ eiſdē. Qm̄ vo ſint
pauci reſpcū alioꝝ q̄ ſupmā hāc ca-
ritatē meruerūt in t̄ris: neſcit nemo
q̄ ſacros codices legit. Hoc eciā cōiſ-
ſime dr̄: q̄ q̄to ſint hoīes pfc̄oēs. tā-
to ſint eē pauciores: q̄d ac̄ de ſingul'
ſtatibꝫ exēplificādo. ⁊c̄. Ver q̄modo
cūq; ſe iſta hūt: felix merito dicēdus
ē. q̄ vel minā caritatē ſialit̄ ſecū ferre
meruerit: q̄ q̄ illa dign⁹ neō ē. q̄ dū
hic viuit ad maiorē feruide aſpirare
nō cōtēdat. Huic aūt minime carita-
ti ſiue infimo gradui aut p̄mo ī aſcē-
dendo. pene oīa vicia inſidiāt̄: q̄ qui
paꝝ fortis. ē facile a potēte deiciēt̄: et
qui parum doctus eſt. facile a decep-
tore ſeducitur: q̄mq̄ ſm ſcm̄ thomā
in tercia parte vbi ſeipſum corrigit.
eciam minima caritas ſufficiat ad
quelibet peccata vitanda: illo coope-
rante qui non pmittit ſuos tempta-
ri vltra id qd̄ pñt ſufferre: ſꝫ fāt eci-
am cū tēptacōe pueñtū ut poſſint ſu-
ſtinere. Nichilomī⁹ cōſulendū eſt vni-
uerſis ut pficē ſtudeāt: ne tāq̄ pue-
ri pcliteut̄. Nam regulariter loquē-
do. nulli ſic pīculoſe luctant̄ contra
verſutum hoſtem: ſicut iſti qui min⁹
hrē non poterūt ſi ſaluari debeant.
Simile quoq; aſſignari p̄t de illo
qui in extrema margīe ḡdit̄ nā faci-
le in flumē p̄cipitat̄. Et q̄ de morbo

nouit̄ cōualuit: ſi ceciderit difficulter
ſurgere pōt. Et qui de pane gracie
parū guſtauit. cicius amittit ſapo
rē eius: et ſi amiſerit. tardius feſtiā
bit ad id guſtādum cuius memoriā
vix retinuit. Verū qm̄ vita ihū ex
emplar eſſe debuit oīm ſaluandorū:
ideo eciā ipſe bn̄dictus ſaluator opa
oīm ḡduū exercere dignatus ē: ve
patet intuenti euangeliū eius. Nā
quantū ad iſtū gradū ptinet. eciam
opa minimarū virtutū oſtēdit: ut
exēplū daret vniūſis. ſiue pfc̄is ſiū ī
pfectis. Nā ut pecator circūciſus. ob
latus et baptiſatus fuit: diſcipulorū
ſuorū pedes lauit. pntibz humilit̄
ſeruiuit: et alia pietatis opa īpfectis
magis cōgrua exercuit. Ubi eſt adū
tendū. ꝙ qn̄ viri alcioris pfc̄is ſiue
pfecti ad huiuſmodi deſcēdūt. nō ꝓp
ter hoc ſunt iudicandi impfecti. ſed
magis pfecti q̄ſi xp̄o ſimiliores: et ti
nunꝙ tunc pl⁹ merētur ꝙ ſi in alta
cōtēplacōe ſtarent: ſicut dicit btūs
greḡ. de moyſe et paulo: q̄ nunc di
uinorū ſecreta rimātur in mōte: nūc
deſcēdentes ꝑplorū iurgijs immixti
vſqz ad cubile cōiugatorū diſponē
dū ſe inclinānt. ut oēs lucrifacerent.
Qd̄ vtiqz ad pfectam caritatē ſpe
ctat. Et ſic ꝑpatz. quō opa exterio
ra. eciā cōia ſunt q̄ ad aliqd̄. tā pfe
ctis. pficientibz. ꝙ incipientibz. Sz
p hoc diſtinguūtur: ꝙ illa q̄ pn̄t īfe
riores. meli⁹ et pfectius pn̄t ſupioēs.
Et quādo quilibz facit extremū ſuū
vltra qd̄ non poteſt ampli⁹: tunc ab
illo denominacōez et ſpēm et formā
accipit. Exempli grā. Si quis di
cat aliqui in hoc gradu pmo carita

tis conſtitutū: Spūaliter te occu
pa meditando. cōtemplando. etc̄: rn̄
debit. Neſcio. Et ſi dicatur Quid er
go vales: rn̄debit Poſſum vtriqz ſer
uire infirmis. eleōſiās dare. et alia
opa pdicta facere. et michil ampli⁹:
iſte recte dr̄ in pmo gr̄du caritatis
eē: ꝓpt̄ teſtimonia ſtudiorū iſtorū cir
ca que occupat̄. Ita de alijs ſimili
ter ē cōiecturādū iuxta vniuſcuiuſ
qz gradū et pfcm̄ ſiū ſtatū. ut ſemp
a pociori denoīacio ſumat̄. Dicit eti
am ſcūs thōs in. 22ᵉ: ꝙ hō pficiat ī
virtutibz cōtigit p hūanū ſtudiū. Ideo
trahēda eſt ſimilitudo de alijs ſtu
dijs naturalibz ſiue artificialibz: ad
inueſtigādum pfectū ſpūalem ī v
tutibz ſuo mō. Unde ſicut in mecha
nicis ordinate pcedit̄ de rudimen
tis ad alciora: et deinde adhuc ma
gis et magis. donec ad pfcm̄ magi
ſteriū attigatur. Sicut ſolet exem
plificari de citharīſta: q̄ pmo vix di
gitos cū magno labore aptare pōt
ad cordas: deinde notas groſſe diſti
guit. poſtea cantum rectum ſz diffi
culter: deinde rectum ſine difficulta
te. ſz min⁹ ſuauem: tādem delectabi
liter et ſuauem pfcē et magiſtralit̄
pſallit. Ita et in toto ſtatu ſpūalis
vite aut ī quolibz gradu eius ymā
ginandū eſt: q̄libz namqz grad⁹ ut
dcm̄ ē hz ſua incremēta ſiū pfcōes et ī
perfectiones. Et ſi de toto ſtatu men
cio fit. occurrit cōis applicacio de grā
cia. virtutibz. donis et btūdinibz: ſi
de aliq̄ pticulari ḡdu. eqz facil̄ē appli
cacio ſuo mō ad illū. Exēpli grā. In
iſto pmo ḡdu ſūt hoīes bone voluntatis:
qꝛ q̄dā ſūt tepidi ad opa mīe. q̄daz

ꝓmpti· alij ꝓmptiores· alij ꝓmptiſ-
ſiſſimi: omes tñ cū difficultate. Alij
vlteri⁹ ſine difficultate ymmo cum
mag̃ facilitate. Alij adhuc cū mag-
na delcãcōne et gaudio. opa hui⁹ g̃
d⁹ faciūt. Quoꝝ oīm ſtudia extͣna
oſtēdūt. q̃lr̄ int⁹ habituati ſūt. ſi ex
aīo fiāt et ſine dolo. Sꝫ forte dicat
aliq̃s. ꝙ iſte g̃d⁹ īfime caritatis in re
ligioſis eſſe nō poſſit. eo ꝙ ipi ſūt in
ſtatu pfectioīs et nō lāguēt cir̄ cōia
ꝑcepta: ſꝫ inſup ꝯſilia euāgelice et a
poſtolice pfcōis obſuāt. Ad idē videt̃
dcm̄ bti ihēonimi facē: q̄ dr̄. ꝙ mōch⁹
aut āgelic⁹ ē ā demoīac⁹. q̄i non poſ
ſit mediū repiri aut ipfcm̄ in religi-
oſis: ſꝫ aut ſūmi aut nichil ſūt. Iſtd̄
ſoluit ſcūs thomas. et dicit: ꝙ aliud
ē eſſe in ſtatu pfcōis. et aliud eſſe p-
fectū. Et multi ſūt r̄ligioſi ipfcī: et ſe
culares pfcī. Nichilo⁹ ꝙuis religio
ſus nō teneat̃ eſſe pfcūs: tñ tenet̃ tē
dere ad pfcōnē. Hoc ē eciā qd̄ beat⁹
ieroīm⁹ dr̄. Nolle eſſe pfcm̄ delinq̄re
ē. Hinc in r̄ligioīb ꝫ inoleuit hic mos.
ut qñ fr̄es p defcūbꝫ ſuis corripiunt̃.
r̄ndeāt. ꝙ cū grā dī ſe emēdaē velint:
q2 ſine pcc̄o non pn̄t dicē. ſufficit m̄i ī
pfcōo mea. aut nō poſſū pfcūs eſſe. ā
ſilia: q2 hoc ē cōtra votū eoꝝ. ut cla
re pꝫ ex v̄bis dn̄i. Si vis pfect⁹ eſſe:
ac̄. Qꝛ aūt ꝓpt̄ hoc null⁹ religioſus
ſit in p̄mo g̃du caritatis g̃ue ē dicē:
q2 ſūt plures ad m̄i⁹ inchoātes ſū ī
cipiētes. q̄ꝝ eciā aliq̄ q̄ntū foīs dat̃
intelligi ſic pſeuerāt. reglāꝫ ad lrāꝫ
tenētes. cōmunē trīſitū ſectātes nec
tñ ꝓficiētes ſaltē ad tēp⁹. qui tamē
ſub pia ſpe in grā pſeuerant et deo
placēt. ſic ōnſū fuit btē b̃gitte ī q̄dā

viſione de q̄dā pcc̄ore cōuerſo nec tñ
ꝓficiēte. demoē clamāte. Ecce euola
uit: et idē pſeuerat. Ubi ſubdit̃: ꝙ qñ
pcc̄oꝛ conūtit ſe a via ſua mala. eci
am ſi nō ꝓficiat ſaltē nōbilit̃: dō pla
cet. Hoc vtiqꝫ v̄m ē ad piū intellcm̄:
qñ videlꝫ mala voluntas nō ē in cā:
q2 forte ꝓ illo tpe grāꝫ nō hꝫ. Qꝛ tñ
ſit ſine oī ꝓfectu ē īpoſſibile: q2 h̄ idē
qd̄ ē in grā pſeueraē meritoriū ē: eci
am ſi nichil aliud faceret. Et ergo
dicimur viatores. q2 nūq̄ ſtamus
in iſta vita: q2 ad m̄i⁹ pſeuerādo in
grā mēmur: aut ad m̄i⁹ pſeuerādo
in vno pcc̄o moꝛli eciā ſi nichil aliud
mali facerem⁹. cōtinue deficim⁹. Hīc
dr̄ btūs bnard⁹: nō ꝓgredi ē regdi
Qd̄ tñ et in tēīa libꝫ pt̄ intelligi: ꝓpt̄
iacturā tpis. Vel ſi in bonis accipit̃.
tūc diſpoīcīe v̄m ē: q2 q̄ in bōīs nō ꝓ-
ficit diſpoīt̃ ad malū: nō tñ ſeq̄t̃: ꝙ
ꝓpt̄ q̄lēcūqꝫ negligēciā ꝓficiēdi. ſta
tī cadat ex̄ grām. Poteſt g° religio
ſus eſſe in mīno g̃du caritatis et to-
tā regulā ad lrām ſuando: ſub ſpe
nichilo⁹ ꝓficiēdi in futuꝝ. Nec mirū:
q2 ypocrite ā qui ſūt in tiore ſiuli. ſe
pi⁹ extiores obſuācias meli⁹ ſuāt:
ſic exēplificat btūs g̃g̃· ī dialogo de
q̄dā q̄ foīſec⁹ ſciſſi⁹ apparuit: tñ in
tus totus fictus fuit: et in agoē dāp
natū ſe clamauit. Si hoc pt̄ ypocri
tis et reꝓbꝫ ſine oī grā: q̄re nō poſſet
hoc boē voluntatis hō. grā dei adiut⁹:
Ecce neqꝫ ꝓpt̄ extiora opa. neqꝫ ꝓpt̄
intͣnū aī motū. quē aliq̄s hꝫ ꝯūtēdo
ſe de mala vita ad r̄ligionē. ꝑcipue
ex tiore īiciali ſiū ex modica caritate
pt̄ ꝯuīci. ꝙ nll⁹ religioſus eē poſſit ī
hoc g̃du p° caritatis q̄ntūcūqꝫ eē ſit

auſtera religio:ꝯ̄uis pie credēdum
ſit.ꝙ q̄ talē grāz a dn̄o h̄uerit ut cā
ctis q̄ ſeculi ſūt relictis r̄ligiōez īgra
ueit.ſi urget ꝓpoſitū ſuū ⁊ conat̄ ad
ꝓficiēdū.ſtatī ḡdū iſtū p̄mū tranſi
bit:ꝓpt̄ ordīatā vitā quaꝫ aſſūpſit.
et bō exēpla et doctrinas pr̄m que
multū iuuāt ad ſecuꝝ ꝓfcū ſpūalē.
Et hec dcā ſufficiāt ꝑ nūc de carita
te āgelica:ſiue de p̄mo ḡdu pn̄cipa
li caritatis incipiētis. Seq̄t̄ nunc
aliq̄ colligere de.2.ḡdu pn̄cipali ei̇ꝰ.

## Capitulū.3m. De caritate archāgelica.

Archāgelica caritas ſic dici poteſt:
ꝙ ꝑ eā mereat̄ hō q̄ ipam ha
bueit i numeꝝ archāgeloꝝ aſſumi.
hoc ē ī choꝝ archāgelicū:q̄ ē ſcd̄us
ī aſcēdēdo.et.8.ſiue penulti̇ꝰ i deſcē
dēdo. Hic ē adūtēdū ſcd̄m bōn̄ētu.et
alios doctores ꝯformit̄.ſiliter ⁊ apo
ſtolicas doctrinas et ſcripturas ali
as canōicas:ꝙ tenendū ē abſqꝫ du
bio.ꝙ ꝯ̄uis caritas ſit qualitas ſim
plex ī diuiſibilis eēncie.tamen poteſt
augeri ī via. Sꝫ qn̄tū et ꝑ queꝫ mo
dū:difficile ē vidē. Dictū ē āt ſup.ꝙ
ſolꝰ deus eā creat ī aīa:et poſtq̄ cre
ata ē.ſolꝰ deus p̄t eā augere:qđ tn̄
de cōi lege nō facit niſi ꝯcurrēte hūa
no ſtudio. Ad hoc valet.qđ apl̄s
dicit p̄ ad theſ.2. Obſecro vos fra
tres vt habūdetis magis:qui dicat.
Aptate vos:vt ſua dona ī vobis deꝰ
multiplicꝫ. Ad hūc ſenſū plurima dcā
ſua ſonāt.ꝙ ex ſolo ſtudio hūano
nēo p̄ualet ī ſe cāre maiorē carita
tem:ſꝫ ſi facit qđ in ſe ē.viꝫ qđ p̄t ex
naturalibꝫ et ꝯ̄tuitis q̄ actualit̄ ha
bꝫ.ꝯ̄ſeqt̄ur caritatis augmētuꝫ.qđ
tn̄ nō fit n̄ ꝑ ſolū deū. Fit aūt hoc or
dinate:p̄mo ordīatiſſiē vt augꝰ dicit:
ꝙ nīl redditur in merito qđ nō ꝯgru
at p̄cepto. P̄ceptū ē.ut ſis paup̄ ſpi
ritu:meritū ē.vt h̄eas regnū celoꝝ.
P̄ceptū ē.ut ſis mitis:meritū ē ut poſ
ſideas t̄rā. Et ſic de alijs oībꝫ:a max
imo vſqꝫ ad mimū. Igit̄ qn̄ ſentit
hō bōe volūtatis hāc grāz.ꝙ nō ſo
lū cupit ꝓficere.ſꝫ etiā ꝙ ordiate ſe
vult īſtituē.ponendo efficacit̄ manū
ad opus.et p̄cipue iuxta ꝯſiliū ſcōꝝ
patrum ſe tradit in obediencīā ali
cui ſpūali prī.ne videlicet ſit ſimul
mgr̄ et diſcipulus:ſꝫ legitie oī cuā
atqꝫ vigilācia ſuū ſenſū alterius
arbitrio ſubdat.q̄tenꝰ ſecure viam
quā nūq̄ ingreſſus ē pābulet:hic or
dinate ꝓcedit.et iā aliquē gradū ul
tra cōeꝫ lāguorem p̄ceptoꝝ aſcēdit.
Quaꝫ āt obīa hanc p̄rogatiaꝫ h̄eat.
vt viꝫ teſte btō gregꝰ.mēti ceteras
v̄tutes īſerē ſoleat:ſic ꝑſuadet̄. Nā
deꝰ oīno fidelis et iuſtꝰ ē:q̄ grandi
ſerio p̄cepit hōi ut in eiꝰ dilectōe ꝓfi
cere ſtudeat. Et vtiqꝫ notū ē.ꝙ max
ima dubietas ē:qđ potiſſimū eligere
hō debeat ut ſecure ꝓficiat. Notū ē eci
ā.ꝙ ſi hoc veracit̄ ſciat:nō tn̄ hꝫ vires
illđ exeq̄ndi. Si gͦ nulla ſecuritas
relcā eēt hōi boē volūtatis:poſſet ſe
racōnabilit̄ excuſaē dicendo. Domi
ne nec ſcio nec valeo facē qđ iubes.
Igit̄ vt ſecuꝝ aggreſſū h̄eamꝰ ad ꝑ
fcm̄ caritatis ac omnium virtutū:
planā viā oſt̄ nobis dn̄s v̄bo et exē
plo.ſcꝫ obedientiaꝫ.dicēs. Qui vult
venire pꝰ me:abnegꝫ ſemetipm̄. Et
apoſtolis dixit in ꝑſona omniū p̄la
torum. Qui vos audit me audit.et
qui audit me.audit eum qui miſit

me· Et breuiter ita ē cōis hec doctri
na tam in veteri q̄ȝ in nouo teſtamē
to:ut pene nichil aliud videāť ſona
re ſacri codices:q̄ȝ ut hominem ad ꝑ
fectam obediencíam ꝑducere velint.
Hanc moyſes· hanc ſamuel· hanc
dauid· hanc ſalomon· hāc cetus om
niū ꝓphaꝝ et aplōrū· martirum et
cōfeſſoꝝ ac virginū· ceteroꝝqȝ ſcōꝝ
oim.expiencia docente. teſtanť eſſe
certiſſimā viā ad deū· Et q̄ hanc ne
gligit:ad deū ꝑuenire neq̄ q̄ȝ pt· Ne
aūt homo ſe excuſare velit de impo
tencia:ꝓmiſit ei dominus adiutori
um dicens· Nolite timere quia ego
vobiſcū ſū:⁊c̄·plurima· Rc̄ē ergo ar
changelicam caritatē ſiue ſcd̄m gra
dū ſeruus dei apꝑhendit:qn̄ non ſo
lum cōmuni obediēcia qua ceteri ele
cti prelatis ſe ſubdunt· ſed eciā om
ni obediciena ſe ſubdᵗ ſpirituali pa
tri ꝓpter amorem dei· Dicunt alij q̄
dam.q̄ȝ oracio ⁊ deuocō.ſcd̄m gradū
caritatis obtineant:et obediēcia cū
ceteris virtutibȝ t̄ciū ḡdū· Vn̄ btūs
gregori⁹ dc̄:q̄ȝ ſūt nōnulli q̄ diuine
largitatis munē referti.ſecretoꝝ ce
leſtiū ſūma et capē ꝑualēt et nūci
are:hij int̄ archāgeloꝝ numeꝝ depu
tanť· Que aūt ſint hec ſūma:oñdit
btā mechtildis dicēs· Qui orōne ac
deuocōne familiari⁹ deo intēdūť ⁊ ꝓx
imis ſuā doctrinā.cōſiliū.auxiliūqȝ
impēdūt:in ſcd̄o gradu archāgelis
inſeruiuntur· Et qui exercēt ſe in pa
ciēcia.obediēcia et voluntaria pau
ꝑtate ac humilitate.omneſqȝ virtu
tes fortiter ꝑagunt:terciū gradum
cum virtutibus hij conſcendunt· Di
cit quoqȝ beatus gregori⁹.q̄ȝ ſūt nō

nulli qui mira faciunt.ſigna valen
ter opantur:hij ad ſupnarum vir
tutum ſortem ⁊ numerū congruunt.
Et in hunc modum apud diuerſos.
diuerſimode pn̄t exercicia ſiue ſtu
dia huiuſmodi aſſignari. Sed qua
litercūqȝ ordinentur.hoc certiſſiē te
nendum eſt:q̄ȝ nullā ꝑrogatiuā ha
bent maioīs premij conſequendi in
futura gloria:niſi inquantum pro
cedunt ex maiori caritate:ut dictū ē
ſupra· Nec debet offendere quempi
am.ſi ſcōrum dicta videantur quaſi
eadem replicare.ac ſi diuerſoꝝ gra
duū ſemꝑ ſint eedem opaciones:q̄ȝ
ipa caritas ꝑ cui⁹ augmentacione
omnia fiunt.in duobus p̄ceptis con
ſiſtit:videlicet in dilectione dei ⁊ ꝓx
imi· Quicquid ergo melius iuuat
ad ei⁹ augmentum:hoc congruenci
us eſt applicandū. Vn̄ ſi hō p⁹ p̄mū
gradū ſentit ſe efficacius iuuari ꝑ
orōnē q̄ꝫ ꝑ obediēciā:tunc conſulte
ꝑponere debet oracionē et deuotas
meditaciones obediē.donec creſcat·
Si autē ecōtra.tūc ꝓcedat ut iā di
ctū ē:videlȝ mācipando ſe obediēcie.
Et hanc reor ſecuriorē viā ſi bn̄ di
cta ſcōꝝ intelligo:q̄ȝuis alia bōā ſit.
Dicit eīm beatus anthonius in lau
dem ſcī pauli ſimplicis:q̄ȝ ideo ſecuē
et cito ad ſpūalē ꝑfcōnē veneit:pro
eo q̄ȝ ſtatī p⁹ ꝯuſionē ex toto ſe obe
diēcie mācipauit· Et ſubdit ibidem·
Qui vult cito ꝑfc̄us fieri:oī obiā ſpi
rituali pr̄i ſe ſubdat. Et caſſia⁹ i ſuis
collacōibȝ idipm̄ ſepe teſtať. Sȝ for
taſſe hoc non ē oībus datum:⁊ ideo
ſunt eciam alia exercicia quibus v
tiliter ſe caritas occupare ſolet:do

nec paulatim et quaſi moroſi9 ad
pfectionem veniat. Forte aliquando
bone voluntatis hō ē naturalit̄ cer
uicoſus. durus. īmanſuus. ſui ſenſ9:
intm̄ vt ſtuiū poſt acceptū nouic̄ gti
am non ſe poſſit ex toto frangere ꝗ
plene reſignare. Hic talis cogi non
debet ad talia q̄ oīo ſunt ſibi diffici-
lia ꝗ īpoſſibilia. alioquin citius ſpū
aliter morieť ꝙ ꝓficiet. ſicut heu ſe-
pius cōtingit: ſ; debet paulatim ad
pfectam induci obediētiam p talia
exercitia q̄ ſunt ſue nature ꝯgrua.
Qd̄ eñ non apphendimus hodie. h9
iuuante deo poſt menſem dieꝝ adi-
piſci poterimus: ſi bō voluntas pſe-
uerauit in nobis. Hinc ē ꝙ abbas
paſtor laudať. eo ꝙ diſcrete quedā
ſimplicem frēm q̄ ſe teſtabať orare
non poſſe ad op9 rurale trāſmiſerit:
qñ ali9 q̄dam abbas eū pene deſtru
xiſſet. q̄ eidē fratri oracōes indicere
moliebatur. Vñ btūs greg9. dicit. 2°
mo. Cetere virtutes niſi ea q̄ appe-
tunt prudenter agant: virtutes eſſe
neqꝙ̄ poſſunt. Et apl's rōnos incre
pat. ꝙ indiſcrete obediebāt. Vbi dic̄
orig: ꝙ non pue diſcrecioīs ſit. ſcire
cui verbo. cui re opi obediendum ſit.
Nō eñ. ait Ihero9 poſt ecciaſticū. 37.
omnia poſſum9 oēs: neq; omnib; ō-
mia expediūt vel ꝯueniūt. Hic eciam
in regulis patrū p̄cipitur priorib9.
vt modeſti ſint ī p̄cipiendo: ꝓpter pi
culum p̄cepti et q̄rūdam īpfectionē.
Melius ſiq̄dem ē. ꝙ ad tēpus ſtet
frater in gradu inferiori: ꝙ̄ ꝙ p co-
natum indiſcretū dum ſubleuaī pu
tatur piculoſe deiciatur. Et dicūt cō-
muniter ſancti patres. ꝙ in hoc no-

tatur imprudentia preſidētis. ſi au
dacter et ſine conſilio precepta mul
tiplicat: alligando onera importa
bilia que met nequaꝙ̄ portare poſ
ſet neq; portauit. Alioquin ſi ipſe
met expertus eſſet difficultatem vir
tutum et temptationum varietatē:
ceſſaret vtiq; a talibus: ſi ita proxi
mum ſicut ſe diligeret. Sapiēs eñ
in omnibus metuit: ſicut dicitur ecū
aſtici. 18. Ex quibus ſatis patet. ꝙ̄
diſcrete quidam aſſignant ſecundo
gradui caritatis pocius oraciones
deuotas et meditationes ſanctas
ꝙ̄ ardua virtutum exercitia: quidā
econtra vt dictum eſt. Requiritur er
go nedum ad ſpiritualem profectū
beniuolus diſcipulus ſed eciā diſcre
tus magiſter: qui ſcilicet ſm euan-
gelicum dictum debet eſſe fidelis et
prudens: ne ſi ceco cecus ducatum
prebere contendat. pariter in foueā
cadant. Hic ſm btm̄ bernardū. eſt
magnus defectus in humano gene
re. Ait eñ. Ve noſtro generi ab im
pfectione ſua. Nam et ſi omnes dili
gendi ſunt: ſ; tamē ad cōſilium ſoli
eligantur qui prudentes ſunt et be
niuoli. Sed heu. vix in multitudine
hominū. reperies vel vnum in vtra
q; gracia conſūmatum. Haut facile
ſiquidem vel prudenti beniuolenciā:
vel fideli ineſſe ſapienciam deprehē
das. Sine numero ſunt. quos vtri
uſq; muneris expartes eſſe conſti
terit. Hinc exiuit magiſtrale prouͤ-
bium illud: Difficilius eſt precipe
re ꝙ̄ obedire. Conſtat nimirum.
ꝙ niſi bene inſtitutus fuerit ma-
giſter. diſcipulum melius proficere

apud ſeipſm ꝑ bonā voluntatem ac
ſacrorum librorꝫ lectionē ꝙ pueꝛſis
aut impitis monitis obtpaē: ꝙuis
nichilominus in hoc non ſit ꝑuum
periculum · Reſtat ergo ꝙ qui vult
ſecure ꝓficere in ſpirituali vita. vt
expertum magiſtrum querat. ſeqꝫ illi
in ꝓmptam obedienciam tradat: de
um eciam iugiter roget ut mgr̄o in
ſpiret que vtiliter ꝑcipiat: ſibiqꝫ ipſi
grāꝫ largiat̄. humilit̄ ac ꝑſeuerant̄
obediendi. donec ad diſcrecionē ple-
nam boni maliqꝫ ꝑueniat: ſicqꝫ ma
ture tandem ab eo licenciatus · dein
ceps ſolum deum mgr̄m habeat · Di
cit em̄ btūs paulꝰ: ꝙ ſpūalis oīa di
iudicat. et ipſe a nemīe diiudicatur ·
Qui ante hanc grām ab obediencia
recedit. ꝯparatur infanti ablacta-
to ſuper matrem ſuam ante tēpus:
de quo non dubium eſt. ꝙ ad ꝑfectū
robur poſſit minime conualeſcē · Ex
quibus patet. ꝙ ſit ſalubre ī appro-
bata religione ꝑſeuerare: quia illa
eſt veriſſime ſcola virtutum. in qua
preſidet infallibiliter ſpiritus ſanctꝰ:
vbi nil ꝑcipitur niſi ſcd̄m regulam
ſcōꝝ patrū: vbi oīm virtutū ſumma
in diuerſis vaſis gracie ꝯſpicit̄: vbi
vnus ab altero iuuatur. animatur.
roboratur. deprimitur. humiliat̄. ſub
leuatur: ꝓut vnicuiqꝫ eodem ſpiritu
inſtigante opus fuerit · Hinc bea-
tus ieronimus ait · O felix et habū
dans gracia: in obediencia ſumma
virtutum · Nam ſimplici greſſu du-
cit hominem ad criſtū · Mens non
ſolum excuſatur ad reddendam ra
cionem de ſubditis: ſed nec eciam ob
ligatur de ſeipſa · O ſumma libertas:

qua obtenta. vix poſſit homo pecca
re · Et iterum · Doceo te non tuo ar-
bitrio dimittendū: ſed viuere in mo-
naſterio ſub vnius diſciplina prīs
conſorcioqꝫ multorum: ut diſcas ab
alio humilitatem ab alio pacienciā.
Hic te ſilentium: ille doceat manſue
tudinem · Non facias quod vis. com
medas quod iuberis. habeas quan
tum accepis: ſubiciaris cui non vis.
laſſus ad ſtratum venias. ambulāſ
qꝫ dormites: et necdū expleto ſomp-
no ſurgere compellaris · Seruias fra
tribus. paſſus iniuriam taceas: pre
poſitum monaſterij timeas ut domi
num. diligas ut parētem: credas ti-
bi ſalutare quicquid ille preceperit:
nec de maioris ſentencia iudices. cu
ius officij eſt obedirē et implere que
iuſſa ſunt · In hunc modum de ſan-
cta obediencia et alijs virtutibus
plurima dicta ſanctorum reperiun-
tur: eligat quiuis quod ſibi conueni
at · Hoc pro nunc ſufficiat. ꝙ obediē
cia habet iſtud ſingulare priuilegi-
um: ꝙ omnium virtutum ſummam
ſecum portat: neqꝫ vere obedienti po
terit vlla virtus deeſſe · Hoc eciam
ſciendum: ꝙ nemo recte proficere di
citur: ſi non in oībus virtutibus cre
ſcere concupiſcat. Vnde iohānes ab
bas dixit · Ego volo hominē ex om
nibus virtutibus ꝑcipere · Itaqꝫ ꝑ
ſingulos dies ſurgens mane. de om
ni virtute ſume principiū: et māda-
tum di cuſtodi in magna paciencia.
Hoc eſt dicere. ꝙ nullā virtutē ex
animo debet abicere vel contempne-
re: ꝙuis opera eius raro aut nūq̄m
exerceat · Sunt enī nonnulli qui

nequaꝙ̄ mēcionē audire volunt de
virtutibꝫ:niſi q̄bꝫ ex corde quaſi na-
turali inſtinctu afficiunt̄. Sicut na
taliter ꝓdigi.nolunt auſcultare ſi
q̄d de ꝓuidencia dicat̄:auari de libe-
ralitate.hūiles de magnanimitate.
iracūdi de māſuetudine.⁊ ſic de alijs:
putātes ꝙ ſola bona volūtas opa
ipſoꝝ ſine cōcurſu virtutū debeat ⁊
ſufficiat rectificare. Sūt alij ita mē
tis inopes.ut putēt ꝙ hoc ſit cōtra
hūilitatem ſi virtutū aliarū mēcio-
nem facerēt vel audirēt:fingentes
ſibi illud ſapientis melius ſeruire:q̄
ſimpliciť āmbulat bn̄ ambulat.cū ſi-
milibꝫ.Oēs hij lactis ſunt ꝑticipes.et
ꝙ̄ diu ſic ſenciunt.tollerādi quidem
ſunt:ſꝫ minime laudandi. Dicit eīn
btūs augꝰ.ꝙ ille pie et iuſte viuit:
qui rerū integer cōſiderator eſt. Et
verus humilis virtutes non aſper-
natur.ſꝫ vicia. Qui aūt vnā virtu-
tē abicit.oēs abicit:et qui vnā habꝫ
omnes habꝫ. Tanta ſiq̄dem inter ſe
ſunt amicitia cōnexe:ut ſociam nul
latenꝰ ſolam relinquant. Et beatꝰ
ieronimꝰ dicit in li.de.xlij.māſiōibꝰ:
ꝙ nō ſemꝑ vni virtuti dāda ē opera:
ſꝫ ſic̄ ſcriptum eſt. Ibūt de virtute i
virtutē:hoc eſt de alia trāſeundū ē
ad aliā q̄ herēt ſibi:et ita int̄ ſe nex-
e ſunt.ut qui vna caruerit oībꝰ ca-
ruerit. Ubi ē diligenter aduertēdū
ſcḋm ſcm̄ thomā et alios moāles con
formiter:ꝙ aptitudo ad virtutes ī
eſt nobis a natura:licet cōplemētū
virtutū ſit ꝑ aſſuetudinē vel ꝑ aliq̄ꝙ
aliam cauſam. Inclinacōes aūt hu
mane ſunt valde multiplices:⁊ ido
opꝫ ꝙ ſint eciam multe virtutes il

lis correſ̄ndentes que eas ꝑficiant.ne
in actus vicioſos ꝓruant:ſꝫ ad ac
tus meritorios conſurgant. Neceſ
ſe eīn eſt ut ad quālibet inclinacio-
nem naturalē determinatā ordine
tur aliqua ſpēalis virtus:eo ꝙ na
turalis aptitudo nō ſufficiat ad ope
ra meritoria efficaciť producenda.
Unde ſeq̄tur quia homo habet incli
nacōem quādam ad deum ſaltē ꝯfu
ſam et imꝑfectam ſiue languidam:
opꝫ ꝙ ordinetur aliqd̄ iuuamē na-
ture qd̄ ipſam ꝑficiat quo ad illa q̄
hanc inclinacōem cōcernunt.Sed qꝛ
hoc ſolius dei eſt.nec vlla creatura
ad hoc ſufficit:ido ponuntur tres vᷣ
tutes dīne que theologice dicunť:q̄s
dominꝰ deus gratis ſine omni meri
to racōnali aīme infundit. Hee ſūt.
fides.ſpes.caritas. Per fidem datᷣ
veri dei cognicio: Per ſpem tencio:
Per caritatem fruicio.quātum ad
ſtatum vie ꝑtinet. Quia eciam ho-
mo habet inclinaciōem quādam ad
ſeipſum et proximū et per cōſeqn̄s
ad oēm creaturā aliam:ideo optet
ꝙ eciam huic inclinacōi detur iuua-
men efficax quod quo ad hec ipſaꝫ
ꝑficiat:et ergo aſſignantur ei qua-
tuor virtutes cardinales cum ſibi
ānexis que valde multe ſunt ꝓpter
racionem dictaꝫ:quia īclinacio iſta
valde multiplex eſt. Unde q̄dam ex
tendūt numeꝝ eaꝝ ad.90.vel āpli
us:q̄ oēs ſūt magᷣ dei mūeā ſūme ve
nerāda ⁊ neq̄ꝙ̄ ꝯtemnēda. Redeūdo
ergo ad ꝑ̄mū.ſi vere obedienti nulla
virtus deeſt.reſtat ꝙ qui aliq̄ꝙ vir
tuteꝫ contemnit.ꝙ ipſe veraciter obe
diens non ē:neqꝫ vnq̄ꝙ ſpiritualem

vitam inchoauerit perfecte· Forte a
liquis contra hec obiciat et dicat.ꝙ
multi sancti et ꝑfecti viri fuerunt.q̃
de hijs virtutibus nichil sciuerunt:
quomodo ergo verum est dictū au
gustini·ꝙ qui vnam habet omnes
habeat: Item.nonnulli fratres bo
ni testimonij quandoqꝫ in hm̃oi vo
ces prorumpunt et ita esse putant:⁊
tamen sperant̃ esse in gracia · Quo
modo ergo tales dicantur nūq̃m ꝑ
fecte inchoasse.cū iuxta p̄missa oēs
virtutes habeāt· Respondendū ad p̄
mū.ꝙ in primitiua ecc̄a quando ad
huc sacra scriptura non erat expla
nata.sed velut tenebrosa aqua ī nu
bibus aeris.tunc iste modus loquē
di magistraliter ⁊ cōpendiose de vir
tutibus nondū erat in vsu.sed ꝑ ali
as circūlocucōnes simplices.se mu
tuo sc̄i viri informabāt de hijs q̄ ad
ꝑfc̄am virtutū exercicia ꝑtinebant:
et hoc sufficiebat· Neqꝫ ex hoc cōclu
di potest ꝙ virtutes non habebant.
aut de ipsis nichil sciebant:cum vti
qꝫ tantam graciam discrecionis ha
bebant ut cunctis ad se venientibꝫ
saluberrima consilia darent· Quid
enim est aliud.graciam discrecio
nis habere:ꝙ̄ de singulis virtutibꝫ
iudicare: Ymmo non parum adiu
ti fuerunt posteriores sancti ex dc̄īs
ip̄orum:qui subtiliter de virtutibus
scripserunt· Ad secundum dicendū:
ꝙ plurēs inueniuntur deuotarij ad
huc passionati et immortificati:qui
ꝓprias voces non intelligunt· Se
pe vnū dicunt:et aliud faciunt· Nec
mirꝫ.ꝙ in ista materia morali q̄ ꝓp
ter sui multiformitatē difficilima ē.

minus sobrie loquunt̃:quādo eciam
sc̄i et docti viri plerūqꝫ in hijs tāta
ꝯplexitate agitentur.ut q̄d eligant
vix repiant · Igitur qui ad pauca
respiciunt de facili enūciant: et ideo
non mirū si decipiant̃. Verū si hm̃oi
locucōnes ex fatigacione vel animi
leuitate quasi venialiter ꝓcedāt.nō
directe virtutes extinguūt licet im
pediant:sed si ꝑtinaciter ita affirma
re contendant.nequaq̄m eos esse in
gracia timēdū est · Ait enī apte bea
tus gregoriꝰ.ꝙ humilitas sine casti
tate deo non placet· Et nulla ē for
titudo.si iusticie metas transierit:et
sic de alijs oībus. Patet ergo.ꝙ̄ cre
bro huīlitati fit iniuria:quando hij
eciam humiles videri volunt qui pe
nitus humilitatis precepta non ob
seruant· Exemplum ponit idem gre
gorius de heliu·iob·32°·et saul:et a
lijs multis· Forte adhuc quis obici
at dicens. Magna virtus est casti
tas cōiugalis:quam omnis ꝑfectus
non habet monachus:qui ꝑpetuam
abstinenciam coitus vouit ⁊ seruat.
Similiter de magnanimitate bel
latorꝫ ꝓ fide ⁊ iusticia.⁊ cetera hm̃oi
plura que monachis interdicunt̃:er
go apte pꝫ ꝙ qui vnā virtutē hꝫ:nō
ex hoc cōuincit̃ oēs virtutes habē.
Sequitur eciā ꝙ sūt alique virtutes
de quibus nichil curare debet mona
chus:sed pocius abicere· Responden
dū.ꝙ aliud ē dicē.hr̄e virtutē aliq̄:et
aliud hr̄e ex̄cicia virtutis. Dcīm ē sup̄.
ꝙ nā huāna hꝫ aptitudinē ad oēs virtutes:
dictū ē eciā.ꝙ grā naturā ꝑficit:cur
ergo debeat dici.ꝙ monachus aliq̄
virtute careat.non apparet· Qꝫ aūt

non habeat exercitia oīm virtutuȝ
ad extra oīo clarū eſt: michilominꝰ
ſpiritualiter ea habet. et oīs qui in
gracia eſt ſaltem īplicite. Iuxᵃ illud
ps: ꝑticeps ego ſum oīm timentiuȝ
te et cuſtodiencium mandata tua.
Sūt em̄ ſicut ſanctꝰ thōs dicit 22ᵉ.
queſti. 20. quedā negotia a deo ſibi
repugnancia: ut ꝯuenienter ſimul
exerceri non pꝰſīt. Et ideo ille qui ma
ioribus deputātur. illis ꝓhibentur
minora: ſicut clericis belligerare. ⁊c.
Dic btūs berñ. in apologetico ſuo: ſe
omniuȝ religionū regulas obſerua
re: non quidē corporalit. ſȝ mentalit.
Ait enim cuidam cluniacēſi. Poteſt
fieri. ut tu bonum opꝰ qꝺ facis. īuti
liter facias: qꝺ autem ego inutiliter
diligam opus bonum qꝺ facis. ōm
no poſſibile non eſt. Et hoc eſt nota
bile verbū: et ad ꝓpoſitū noſtrū val
de accōmodū. Proch dolor em̄ nimis
ſumꝰ ꝓcliues ad accidiam: ⁊ ꝑ ꝯſe
quēs ad aliorū opa diiudicāda. nō
ſine oī nota latētis īuidencie. Et vt
idē dicit. Kara virtus ē: fraterne vir
tuti nō īuidere. Cū ei nō poſſumꝰ qꝺ
alij. facilit minoramꝰ eos. aut detra
himꝰ ipīs ā mordemꝰ: q̄ꝙ ſi colūbīa
pietate ḡtiā dei īſpiceremꝰ: tūc vtiqȝ
videremꝰ. ꝙ nob laboratēt. nob ꝓfi
cerēt. Tota ſiqᵈē ecclā vnū corpꝰ ē:
⁊ ſibi īuicē mēbra ſubſuiūt. Igitᵉ ḡ
cia di nos iuuāte. facilꝰ poſſuꝰ opa
ſcā ꝓximoꝝ nrā facere ꝑ caritateȝ:
q̄ꝙ ipi eadē ſibiipſ. Hic ē magᵉ et reli
gioſa cautela: q̄ ad ꝓfcm̄ valde iu
uat. Et econuerſo magᵉ negligencia
multorū: q̄ a profectu nimis retar
dat. Igitᵉ de profectu proximi gau

deamus: ⁊ opera ipſius ex animo di
ligamus. et noſtra ſunt: ⁊ aliquādo
amplius ea poſſidemus q̄ꝙ ipſe qui
ea facit. O cur tantum bonum negli
gimus: Nullam ergo virtutem con
temnere. vel abicere debemꝰ. Omnes
enim vtiles nobis ſunt. Neqȝ aliq̄
virtus eſt que aliam impediat vel
excludat: ſed ſe mutuo iuuant ⁊ de
fendunt: ⁊ ſibi mutuo cedunt. prout
recta racio dictat. Exemplum bonū
habemus in operacōe naturali. Vir
tus enim operatur per modum na
ture. Videmꝰ enim ꝙ natura q̄uis
habeat aptitudinem ad omnes actꝰ
naturales. tamen nō poteſt ōnes ſi
mul facere: ſicut non poteſt homo eo
dē momento ſtare et currere. aut lo
qui et tacere. Etiam q̄dā nō niſi cer
to tempe facere valet: ſicut puer
non poteſt generare. nec īfans ābu
lare: et ſic de alijs. Omnia em̄ ſuis li
mitibꝰ artātur: et quaſi ex multis
ꝑticularibus cauſis integrant. Sȝ
in illa ſumma virtute creatrice. oīa
ſimul et ſemel ſunt: ⁊ nichil prohi
bet ōnia ſimul operari. Adhuc vna
pulchra queſtio reſtat: quare ſcili
cet tāta cura de alijs virtutibꝰ hn̄
da ſit: cum premium eterne vite tri
buatur. ſolū ꝓpt ſolam caritatem. vt di
ctum eſt. Reſpondendum. ꝙ loq̄ poſ
ſumus de caritate. ſicut de aliquo di
tiſſimo rege: q̄ ꝑcōſa margarita: aut
pulcherrīa ſpōſa. Oīa hec ſine cuſto
dia ꝑiclitātur. Ita em̄ deus ordina
uit: vt etiam homo aliqd debeat fa
cere pro ſalute ſua. gracie videlicet
cooperādo. Ad hoc ſeruit ꝑabola ta
lentorū. Conſtat nanqȝ caritatē q̄ꝙ

diu in hac vita ſum⁹.eſſe in magno
periculo:neqʒ promptā obedienciam
habere a viribus naturalibus.ſine
concurſu virtutum moralium · Mul
tipliciter eciā impugnat̄ ab inimi
cis vndiqʒ et coanguſtatur · Unde
et ob hoc ſcī patres ſuaſerunt iugi
ter.quatenus intermiſſo ad tēpus
principali actu eius q̄ eſt tēdere in
deum actualiter p amoroſam affe
ctionē.poci⁹ p̄mū laboraēt vnuſq̄ſqʒ
p ipaꝝ viriū nālīū refōrcōe ac paſ
ſionū mortificacōe: qđ p morales v̄
tutes et ipaꝝ exercicia fieri hʒ:ſicqʒ
tādē ad op⁹ ſuū pūcipale ſalubri⁹
ac quieci⁹ rediēt · Alioq̄n niſi h° mo
do procedat:nūq̄ȝ ad ſpirituale ro
bur pueniret · Cur autem tam ſtu
dioſe viri eciam pfecti quarundam
virtutum exercicia declinauerūt · ac
declinanda docuerint · dici poteſt. ꝙ
hoc ideo fecerunt:quia teſte ſacro e
loquio. quedam virtutes ſunt diffi
cilime practicabiles:quedam eciam
minus meritorie. Igitur cōſulte iux
ta ſnām apoſtoli.oīa pbātes.quod
magis ſecuꝝ et meritoriū fuit elege
runt:cauteqʒ procedentes. quod ele
gerunt ad perfectum vſqʒ perduxe
runt · Sicqʒ de virtute in virtutem
euntes tandem deum in ſyon videre
meruerunt:ſuaqʒ exempla poſteris
imitanda reliquerunt · De vlterioꝛ
hui⁹ mateie ampliſſime proſecucio
ne.breuitatis grā ſuperſedeo · Sup
pleat dominus de⁹ in nobis qui ſo
lus potens et bonus eſt.quod min⁹
habem⁹.quatenus ipius largitate
ſuffulti · ſic in vera caritate pficia⁹
p ſacraꝝ vtutum opa:ut inter eos

de q̄bʒ loq̄mur cōnūari mereamur ·
Et tātū de caitate archāgelica.ſiue
ſcđo gradu caritatis incipientis di
ctum ſufficiat. De caritate v̄tuali Cā̄ · x̄ᵐ
Virtualis caritas ſiue virtuo
ſa ſic dici poteſt:ꝙ p eam me
reatur homo qui ipſam habuerit in
chorū virtutum aſſumi:qui ſm gre
goriū et bernardum eſt tercius in
aſcendendo:et vltimus prime ierar
chie:et ſepti⁹ in deſcēdēdo. Neqʒ hic ē
curādū de diuſitate int̄ ſcōs.videlicʒ
dyoniſiū et gregoriū in aſſignādo or
dinacōnē choroꝝ:ꝙ nō vocabula ſʒ
v̄tutē vocabuloꝝ q̄rim⁹ · Uñ ſimpli
citer poſſum⁹ dicē.ꝙ terci⁹ gradus
caritatis mētur aſſociacōnē t̄cij cho
ri ſpirituū btōrū in celeſtibʒ:et ſic de
alijs ſuo mō aſcēdēdo vſqʒ ad ſupre
mū · Hic aūt ḡdus ſm iſtā cōſidera
cionē pie credit̄ in hōīe bōē volunta
tis excreuiſſe:q̄ñ p⁹ pm̄e lamēta et
v̄tutū ex̄cicia ſacris meditacōibʒ et
alijs ſpūalibʒ cariſmatibʒ ac diuis
gracijs dotat̄ · Et crebro hec caitas.
ſiue tercius gradus caritatis:qua
ſi expimentaliter ſentit intus in a
nima et foris in corpore.dominū de
um ſibi amicabiliter reconſiliatum.
Nā int⁹ ſm apl̄i doctrinā ſpūs ſcūs
ſpūi hūano teſtiōniū reddit ita ha
būdāt ꝙ fili⁹ dei ſit:ut q̄i de hꝰ ndubitāc
n̄ tiere poſſit · Foris eciā in corpe non
nūq̄ȝ aliq̄ ſupnālia ſig̃ diuine dilcōis
pcipiuntur:videlicet dulcedo mirabi
lis in guſtu.aut ſuauitas in odora
tu.et ſimilia. Huic gradui aſſignat
beatus gregorius graciam miracu
lorum:ſic dicens · Sunt nonnulli
qui diuine largitatis munere īferti

mira faciunt: ſigna valenter opan
tur. Hij ad ſupnarū virtutū ſortem
et numerū ꝯgruunt. Ubi eſt aduer
tendum. ꝙ huiuſmodi ſentimenta ⁊
miracula non ſunt de eſſencia cari
tatis iſtius: ſed de ꝯgruencia. Alio
quin nemo iſtum gradum haberet
ſine illis: cuius oppoſitum videmus
ꝙtidie. Dicit ꝗꝫ idē gregꝰ: ꝙ mira
cula ſcī non faciunt. ſꝫ oſtendunt.
Et bernardꝰ narrat. ꝙ ꝗdam ꝑ to
tam vitam ſuam inſtant pro illis
ſuauibꝰ ſentimētis. et tñ nō adipi
ſcunt: ꝗdā nō inſtant et habēt. Un
de patet ꝙ bonus et miſericors deꝰ
illis qñqꝫ eciā debitam familiarita
tē ſubtrahit. ꝗbꝫ ꝑiculoſa eēt ꝓpter
ſuperbiam et accidiam que inde na
ſci ſolent: ⁊ rurſum. qñqꝫ eciam illis
eandem familiaritatē ꝓrogat ꝗ eā
nondū plene meruerūt: vt ꝯfidēt
in ſancta ſpe ſibi adhērere ꝯſueſcant.
Miracula eciam ꝯmuniter fiūt ꝓp
ter tocius eccleſie edificationem: et i
deo poteſt fieri. ꝙ ꝯꝑuis ſint plures
ꝗ hanc gratiam habeant. ꝙ tñ nul
la miracula dñs per eos faciat: ꝗa
pro tunc non ē opus ad eccleſie edi
ficacionem. Simile eſt de ordine
ſacerdotali: ꝗ ꝯꝑtum ē ex ſe ptātē ha
beat ierarchicam ſup corpꝰ criſti mi
ſtiam: tñ iuriſdictionem exercere ñ
debet niſi applicetur ſibi populus in
quē eā legittime ſiue ſoluēdo ſiue li
gando exerceat. Sic ad miracula
facienda ſancti viri nō ꝓcedūt: ni
ſi ſenciant ſenſibiliter hoc dñm deum
fieri velle. tā ꝓ ſua ꝙ aliorū ſpūali
vtilitate. Qui āt alit ꝓcedūt ſine ti
more et cauta humilitate ꝑuia: pi

citari ſolent. Hijs dominus in euā
gelio minatur dicens. Multi dicēt
michi in illa die. Domine nōne in no
mine tuo virtutes multas fecimus:
etc. Amen dico vobis: neſcio vos. Di
ſcedite a me omnes operarij iniquita
tis. Operarius iniquitatis eſt: qui a
liena ſibi vſurpat. Sic facit omnis
qui de donis diuinis ſuam gloriam
et vile lucrum querit. Et hinc quā
tum intelligi datur redditur racio:
quare ꝯmuniter miracula per ſan
ctiores et perfectiores fieri ſolent. ꝙ
per iſtos qui nondum ſtatum neop
hite caritatis exiuerunt: quia neo
phiti ſcḋm apłm facile labūtur ī ſu
ꝑbiā ⁊ laqueū dyaboli. Quāꝙ ergo
eē poterit. ꝙ iſti ī hꝰ gradu conſtituti
aptitudinē hēant ad miracula faci
enda ꝓpt familiaritatē quā cū dño
deo habent: tñ pius dominus ꝓui
dens periculum eorum exꝑciores et
prouectiores ad huiuſmodi ſolet e
ligere: qui pro conſuetudine hac aut
ꝯſimili gracia melius vti nouerūt.
Dimiſſis ergo iſtis ſignis incertis
que eciam reprobis ꝯmunia ſunt:
dicemus aliꝗ de ſubſtācia huius ca
ritatis. Ubi eſt ſciendum: ꝙ ſicut ꝑ
ma caritas ſiue pmꝰ gdꝰ caritatis di
ci pt doloroſa ſiue luctuoſa ꝓpt aāri
tudinē pñe et ꝯpaſſionē ꝓxi: ſic ſe
cūda pt dici opoſa ſiū laborioſa ꝓpt
exercitia vtutū difficiliū. Cōformit
iſta tcia dici pt amoroſa ſiū delicioſa:
ꝓpt habūdācia deuocōis. Non ꝙ ille
due ſint ſiē omni deuocōne. neqꝫ iſta
tercia ſit ſine omni dolore et labore:
ſed reſpectiue hec illas excedit. Nā
melius ſcit pctā deflere. et vtuoſis

operibus inſiſtere.et vltra hoc faci-
em dei inquirere q̄m ille. Et ad hoc ſe
totis viribus accingit:quiuis alia
non negligat ad que tenetur ex o-
bediencia cōmuni. Inuenit autem
triplicem viam ad deum:ſcilicet ora-
cionem.lectionem.et meditacionem:
et in hijs tanq̄m ſibi iam poſſibilib;
ſe exercere contendit.donec ad con-
templacionem pertingat:in qua eſt
clara diuinorum noticia quam ſibi
adhuc non videt poſſibilem. Hec tri-
a adeo ſibi ſunt connexa:vt vnum
ſine alio perfici nequeat. Nam teſte
beato bernardo et richardo.arida ē
lectio quam oracio non impinguat:
et fatua eſt oracō quam lectio non
informat. Similiter eciā erronea ⁊
frigida ē meditacio:quam lectio nō
dirigit et oracio non accendit. Rur-
ſum vaga et improuida eſt oracio
ſi meditacione non ducitur:et in-
vtilis eſt lectio ſi dente meditacio-
nis non teritur. Si autem ex oraci-
one ⁊ lectione meditacō procedit de-
bito modo:tunc in ea ignis diuini a-
moris exardeſcit:ſicut dicitur in pſal.38.
Concaluit cor meum intra me:et in
meditacione mea exardeſcit ignis.
Vbi dicit gloſa:ex omni parte calu-
it igne dei.i.deſt amore celeſtium:q̄a
non meretur dici ſpiritualiter medi-
tari.qui corde tepido et animo vago
huic negocio inſiſtit. Vix enim fieri
poteſt:ut ſacra meditacō ſine calore
etiam ſenſibili cordis pficiatur. Hic
eſt ſedes vere et non ficte deuocōis:
in qua ſpiritualis leticia exuberat.
Vnde rurſum dicit. Cor meum ⁊ ca-
ro mea exultauerunt in deum vi-
uū. Et iterum. Sicut adipe et ping-
uedine repleatur anima mea. Vbi
dicit gloſa. Per adipem intelligitur
ſapiencia in abſcondito ꝑpoſita.que
eſt pinguedo anime:ſine qua mar-
ceſcit anima ⁊ in bonis opibus cito
deficit. Per pinguedinē intelligitur
fortitudo ſpiritus vel pia alacritas
in qua eſt ſitis viui dei:et oracō pu-
ra que eſt teſtis munde conſciencie.
cuiꝰ comes ē exultacio. Igit̄ qui ſic
meditari et orare incipit.ut leta cō-
ſciēcia ⁊ pia alacritate ac fortitudi-
ne ſpūs repleri ſe senciat vltra ſoli-
tū cū augmento diuine ſciēcie:non du-
biū ē.quin iā aliquē gradū altioris
dilcōis attigit:puta q̄ de paupe mē-
dico et rudi licet fideli ſuo.incipit eē
diues et carꝰ amicꝰ. Diuicie enī ſa-
lutis teſte yſaia ꝓpħa.ſūt ſapiēcia
et ſciēcia:⁊ timor dn̄i theſaurꝰ eius.
Hec gracia in tantū quandoq; ex-
creſcit.ꝑut in collacōnibus patrum
caſſianus narrat:q̄ pſalmos ⁊ ali-
as ſcripturas ſacras mens deuota
tanta ꝓmptitudīe cantat.q̄ſi eas de
nouo ſine oī difficultate dictauerit.
Sicq; diuinis ſuſurrijs ditetur:ut
ad illa explicanda nulla poſſit lin-
gua ſufficere. Vn̄ bnardꝰ ſup cāti-
ca ſmo-ē.23.dt.q̄ in ſcripturis libent̄
anima deū ſitiēs vſat̄ et morat̄:ſci-
ens ſe ibi abſq; dubio inuētura quē
ſitit. Sub hoc gdu cōtinet̄ oīs illa
multiformis parabolica locucō.q̄ in ſa-
crar̄ ſerie lrār̄ tāta copia repit̄:in q̄
deuota aīa tp̄ in amenissiō ac flori-
gero prato.miā ſuauitate refertur:
donec paulatī ad anagogicos ſen-
ſus pficiat. Et ē mirabile vidē quō

nõnūq̄ datur deuotio ſine intelligē
tia: et qñ₃ ecõtra ītelligencia ſine de
uotione. Raro aūt ſimul. Sic inuenī-
es q̄ſdam in hijs tropis magna io-
cūditate verſari: a q̄bus ſi interro-
ges. cur deus dicatur leo. cum vtiq₃
nec rugiat nec quatuor pedes ha-
beat: vix r̄ſpondere ſufficiant q̄ nō
ob hoc. ſed propter fortitudinem leo
dicatur: q̄q̄ et iſta compacio vilis
beſtie ad glorioſiſſimum et omnipo
tentem deum potius nulla q̄ ali-
qua ſit. Et tamen magni iſti ami-
ci dei hoc tenuiſſimo pabulo cū grā
di cordis leticia ſunt contenti: ſpe-
rantes ſe non parum profeciſſe in
noticia diuinitatis: poſtq̄ eidē₃ beſti
as et ligna lapideſq₃ et cetera huiuſ
modi applicarunt. Videbis rurſum
et alios quaſi perſpicatiori ingenio
preditos. in hijs tropis altiorem in-
telligentia₃ querere: diuidentes. diſ
finientes. arguentes. interrogantes.
reſpondentes: veluti humana indu
ſtria reperiri poſſet. quem ſacris te-
ctum velaminibus ſciunt. et anime
ipſorum medullitus ſitiunt. Sentiunt
enī felici experiencia illud apoſtolicū=
Spes q̄ differtur affligit aīam: ſed
cū huic afflictioni p̄ libitu mederi ne-
queūt: crebro in triſtibus fantaſijs
ſeneſcūt. Malūt p̄ inde ſimplices de
uotarij nonnūq̄ in ſcā ſua rudita-
te pſeuerare. q̄ ſubtilem intelligētiā
querere: qn̄ ſe in cordis iubilo. alios in
labore et afflictōne ſpūs ↄſtitutos
cernūt: lic₃ iſtud a ſcīs patrib₃ non
oīo approbatū legam⁹. Qm̄ ſit aūt
rarū. ſubtilē intelligētiam cū ſuaui
deuocione in hoc grādu ↄuenire. ſatis

ex hoc pat₃: q̄ etiā īter pfectiſſimos
prēs vix pauciſſimi repti ſūt q̄ hoc
duplici ſpiritu dotari meruerūt. qn̄-
to minus iſti. Quaſi enī hec duo ſe
mutuo naturaliter īpediunt. Illa in
tellectum edificat: hec affectū demul
cet. Vn̄ dum vni fortiter animus ī
tendit alterā negligit: p̄ eo q̄ ſimul
et ſemel vtriq₃ ſufficienter ſatiſface
re neq̄q̄ p̄ualeat. Senſus enim in
tentus pluribus. minor eſt ad ſin-
gula. Vnde et hoc ſcī patres cōmuni
ter ſuadent in hoc gradu conſtitu-
tis: q̄ nō d̄ facili deuotionalia dimit
tant que affectum reformant. Di-
cunt nanq₃. q̄ in affectu magis ſu-
mus deformati q̄ in intellectu: et er
go pro reformatione affectus etia₃
maior requiritur labor. Reformato
autem affectu vel potius religato p̄
aliq̄ deuotionem conſuetudinaria₃:
ſuo tēpore facilius poterit intellect⁹
reformari: ſaltem quantū humano
modo ſufficit ad ſpiritualem profe-
ctum. Dicitur notanter. affectu re
ligato poti⁹ q̄ reformato: quia ſ̄m
cōmunem legem nunq̄ in hac fragi
li carne poterit plene reformari p̄p
ter ſui inquietudinem. Cuius racio
eſt: quia q̄diu non habuerit crea-
torem preſentem ad fruendum eo
pro libitu. non poteſt eſſe quietus: ſ₃
vagatur hincinde quaſi ī tenebris
et cecus: inconſulte et impatienter
querens ipſu₃ ſine quo ſibi bene eſ
ſe non ſentit. Cuius igitur reforma
tio eſt: audire racionem regulatam
p̄ diuina dogmata: et p̄ paciēcia₃ expe
ctare lōganimit̄ et fortiter quod ſi
delit̄ ſperat: ↄ ī h° q̄etum eē. Qui ſic

ſe habet et non ad omnē ventum ſe
mouet. ſʒ ī vno ſūmo bono firmiter
ſe tenet: licet nōdū illo ad libitū fru-
at: hic talis affcūs meito dr̄ reformet⁹.
Et q̄ꝗtū ab hoc ſe elōgatū. maībuſq̄ʒ
deſiderijs adhuc ſe ſentit infectū. tm̄
a vera ſui reformacōe ſe ſciat alienum.
Et q̄ꝗ hmoī deuotionalia mlta nīs
repiāt. tn̄ duo p̄cipua a ſc̄is pr̄ibus
magis accōmoda huic ḡdui aſſig-
nāt. vilʒ miſteriū huānitatis xp̄i ⁊
cōſideracō opū dei in vniūſo. Hec fa-
cilit piā mētē inclināt. ad dīnā reue-
rēciā et dilcōnē. De p̄mo dr̄ btūs au-
guſtin⁹ in ix cōfeſſionū. Non ſacia-
bar illis diebʒ mirābili dulcedie. cōſi
derare altitudinē cōſilij tui ſup ſalutē
gnīs huāni. Loquit ibi de primordijs
conuerſionis ſue. Qn̄tū fleui in ymnis ⁊
cāticis ſuaue ſonātis ecclīe tue: eſtu-
abat affect⁹ pietatis. currebant la
crime: et bene michi erat cum eis. ⁊c̄.
Beatus eciam bernardus idem ſen
tit: et p̄cipue quo ad xp̄i paſſionem
hec applicat. Vnde dicit. Super om
nia bone iheſu amabilem te michi
reddit calix quem bibiſti. Hec ē no
ſtre ſalutis ſcala: ſine qua quanto
quis ſcanderit altius tanto cadit p̄
cliuius. Dicit eciam idem. non ſine
peccato eſſe: ſi religioſus alijs legit-
time non occupatus. diem abſq̄ʒ re
memoracione tranſierit tante cari
tatis. De ſecundo dicit ſcriptura ſa-
cra in multis locis: videlicet de pul-
chritudine vniuerſi. laudando: bene
dicēdo immenſam potenciam. ineffa
bilem ſapienciam et infinitam boni
tatem tanti creatoris: qui non fati-
gatur. non deſpicit. non deficit in ad
miniſtracione tam immenſe crea
ture. Hec ſpeculacio teſte beato au
guſtino omnē conſideratorē terret:
ſed eciā delectat. Quis motū celi. di
ſciplinā ſtellaꝝ. ordinē elemētoꝝ. tē
porū vices. digne laudabit: Quis
virgultoꝝ. herbaꝝ. radicū. fructuū.
lapidū. lignorū. metalloꝝ. beſtiarū.
hoīm et angelorū naturas inueſti
gabit: Et vtiq̄ʒ oīa hec a minimo pul
uiſculo vſq̄ʒ ad ſupmū qd̄ vnq̄ꝗ cre
atū eſt. videlicʒ huāitatē dn̄i nr̄i ihu
xp̄i. ille glorioſus deus trin⁹ ⁊ vn⁹
pater et filius ⁊ ſpiritus: ex nichilo
creauit: et cotidie creat ⁊ in eſſe con
ſeruat. Quod enim deus ſemel fēc.
ſemp facit. Hic eſt liber creaturarū.
quē ſcripſit increata illa ſapia attī
gens a fine vſq̄ʒ ad finē fortiter et
diſponēs oīa ſuauit: ſcripſit inquā
et ſcribit cotidie. neq̄ʒ ſcribere ceſſa-
bit in ſecula: expādens eum electis
ſuis oī loco oī tp̄e. ut legant et ſe ex
erceant: donec apti fiant ad legēdū
in libro vite qui ē ip̄emet: ſol⁹ ſuffi
ciens replere intellcm̄ et ſaciare af
fectū eorū. Quāuis em̄ creatura ip̄a
numeroſitate mirā excedat omnem
humanā intelligēciā: tn̄ lōge inferior
ē ip̄a: neq̄ʒ vſq̄ꝗ ē reī pulchrior ſpe-
culacio ſub deo q̄m in ſeipſa. ſi ad ſe
ipſam poſt tantas euolaciones poſ-
ſet redire. Incipit ergo meditacio
iſta in iocūda conſideracōne creatu-
rarum: ſed p̄ficitur in feliciori tedio
earundem. et deſiderio creatoris. Et
teſte beato auguſtīo de ciuitate dei.
Non ſic racionalis creatura condi-
ta eſt. ut ſibi ip̄a ſufficiat. aut ſtabi
lem pacem in ſe habeat: ſed in ſolo

creatorē:qui ſic eam fecit ad ſe ut
quieta eſſe nequeat:niſi redeat ad
ipſum.Unde et ob hoc iſta ſpecula
cio q̄uis reuera ſimpliciter loquē
do magna ſit.et excellens donū dei:
tamen reſpectu vere contemplacō
nis infimū locum tenet.et vocatur
lac paruulorum:ſicut apoſtolꝰ dicit
ad romanos p̄mo:ꝙ neqꝫ paganis
negata ſit idest ſapientibus huius
mundi.Et ſimiliter de miſterio in
carnacōnis et paſſionis xp̄i:cori
thijs ait.Non arbitratus ſum ali
q̄d me ſcire inter vos.niſi ihesum cri
ſtum et hunc crucifixum:q̄ alcioā
capere nondum poterant.Et q̄uis
parua ſit:tamen ab ea de cōmuni le
ge inchoari oportet.Aliter enī non
peruenitur ad diuinorum cognici
onē:niſi per huiuſmodi manuducti
onem nobis notam.Sicut ergo q̄
dam libelli apud ſcolares vocan
tur parua logicalia ſiue phia pau
perum.ſic iſta bifaria ſpeculacio di
ci poteſt contemplacō pauperꝫ:quia
ita familiaris et facilis reputatur:
ꝙ homo bone voluntatis quantū
cumqꝫ rudis ipſam ſaltem ex parte
attingere poſſit.Excreſcit autem in
quibuſdaꝫ deuotarijs intantum:ꝙ
quicquid vident.ſanguine xp̄i pu
tent rubricatum.Similiter et quo
ad reminiſcenciam dei.quorundam
mens ſic debriatur:ut cuncta q̄ oc
currunt ſtatim ipōs ad deū pingui
deuocōne attollant.Iſti ſup flores
ambulant:⁊ mōtes et colles et cun
cta creata ſimul coram ipſis laudē
dei cantant.Hoc eſt ꝙ beatus ber
nardus dicit.Donec amplius coeſ.

tas.cogita deum vbiqꝫ te videre:et
vbiqꝫ preſentem eſſe.Illud autem
tempus quando de deo non cogitas:
te computa perdidiſſe.Et in deuoci
onalibꝫ quibuſdā legitur:ꝙ deuoti
fratres ſi vel parum deprehendunt
ſe ab actuali meditacōne diuinorū
alienatos.grauiter ingemiſcunt:⁊
ſe non parum deliquiſſe ꝓfitentur.
Et quidem ſatis iuſte.Cum enim
dominus deus nūꝙ̄ obliuiſcitur
noſtri.ſed ſemꝑ gracō ſe nos dirigit.
et ad ſe ſurſū trahere minus reue
rēt parcat ſꝫm ſentēciā ſapiētis:dig
nū vtiqꝫ eēt.ut tāte maieſtati iugit
vicē rependerem⁹:auſcultādo et ī au
ditu auris obediēdo.Et ꝙ q̄ ſine in
termiſſiōe nō poſſum⁹ ꝓpt̄ pondus
fragil̄ carnis:tn̄ nō video aliq̄d tps
dabile in q̄ ſecure poſſum⁹ dicē:iā n̄
teneor de deo cogitare ā bn̄ficijs ei⁹.
Et ideo cōſultū ē.nos ſꝑ hūilit̄ accu
ſare:cū ꝓpoſito emēdandi.Qui ſic
ꝑcdūt.digni ſunt venia:q̄ aūt mē
tis ē dure.corruet in malū.De vlteri
ori ꝓſecucōne materiaꝝ harū.ſcꝫ de
oracōe.meditacōe.lectione.ſupſedē
dū ē breuitatis grā:q̄ cōpēdioſiſſiē
de illis diuerſi tractatuli loquun
tur.Hoc ſufficit hic annotare:ꝙ pa
rum prodeſt eos legere:niſi ſtudea
mus ꝑ praxim eos intelligere.Si
cut nichil proficit agricola.ſi ſemi
na plurima ſuper terram proiciat:
niſi prius vomere eā ſcindat et pur
get ac rurſum cooperiat.fluuioſqꝫ
ac volucres cum ceteris impedimen
tis prohibeat.donec fructus poſt lō
gos labōes colligat.Sic eſt in ope
ſpūali.Vomer enim euangelicus

eſt crux xp̄i.qui cor purgat loquēte
in eo ſpiritu veritatis.qui neminem
palpat.qui cor de minimis eciā ob
iurgat.ponens ſibi ante faciem ma
la que fecit et cotidie facit.et qualr̄
preciosum tempus expēdat.quomo
do ſollicite cum deo ſuo ambulare de
beat.qualiter vacare deo et audire
que loquatur in ſe.et quomodo gra
cie obicem non ponat.ꝙ in nullo pa
cem requirat niſi in deo.⁊ ſi quando
aliter incidat.non ceſſet pulsare pe
ctus pectoris donec tranquillitas re
deat.ac ſibi dn̄s p mentalem inſpiā
cōnem reuelet.que ſit voluntas eiꝰ
beneplacens ac pfecta. Qui ſic ſuū
ꝓpoſitum vrget.iam dignus eſt ne
dum ut in crucifixum credat.ā cum
ipō in monte iocunda contēplacōne
gaudeat.ſed eciam cum ipō paciat̄.
Qui aūt cor ſuum fugit.neqꝫ ſtudio
ſe vult aduertere que ſint iuuami
na aut impedimenta ſpiritualis p
fectus.ſed amaro animo retrocedit
ad conſolaciūculas vanas.timens
conſcienciā ꝓpriam examinare.ſci
ens quia ꝑparata ſunt ſibi mala p
eo ꝙ ſpiritum dei contriſtauit.neqꝫ
ad ſpiritualem cenā ideſt internam
graciam ſe parat venīe quaſi tedio
affectus.ſed occaſionē querēs eua
gandi foras ſiue ad officia.ſiue ad
occupacōes alias inutiles.neqꝫ pa
cienter audire vult in quo deficiat.
aut qualiter ad priſtinā deuocionē
redire valeat. Hic talis ꝙuis non
ſtatim in mortalem culpam corruat.
tamē ꝙ diu ſic eſt.nūꝙ meretur inē
xp̄ianos bellatores ānumerari.ſed
velut effeīatus et pauidus ~~multipli~~

~~dus~~ multiplici tedio vexabit̄.multi
plicibusqꝫ defectibus adeo replebit̄
ad minus venialibus.ut quicūqꝫ eū
viderit.expuet in eū mētaliter.dicēs.
Quia primā caritatē tuam reliqui
ſti.et neqꝫ frigidus neqꝫ calidus es.
euomuit te dominus de ore ſuo. Igi
tr̄ q̄ tenet teneat.donec ſublimius p
ficiat.et in robur ſpirituale creſcat.
ut ad dominica bella cōficienda dig
nus fiat. Hic eſt finis ſiue pfcō pri
mi ſtatus caritatis.videlicet incipi
entis.qui ſcđm ſupradicta tam diu p
telatur.donec ſeruus dei dici legiti
me mereat̄ ſpiritualem vitā pfecte
inchoaſſe.et in ea conualuiſſe ac ſaī
tatem recupaſſe.⁊ ad etatē ſiue for
titudinē debitam excreuiſſe.ut iam
ad viriles actꝰ ꝓcedere poſſit. Hoc
figuratū fuit olim.quando dominꝰ
iuſſit moyſi numerari omēs maſculi
ni generis a viginti annis ⁊ ſupra.
qui poſſent ad bella ꝓcedere. Que vb
ba ſunt grauida ſacramentis et in
time conſideranda.ut infra patebit.
Et quantum datur intelligi.pie ꝯfi
dimus.ꝙ boni r̄ligioſi qui laudabi
liter in ꝓfeſſione ſua pſeuerant vſ
qꝫ in finē.quod ad minus iſtū terci
um gradum attingant.licet non ſi
ne omni defectuoſitate viuant.ꝙꝙ
ſperandū ſit plures eorum ad ſub
limiora ſine intermiſſione adiutri
ce gracia conſcendere. Hec igitur de
primo ſtatu caritatis cum ſuis tri
bus gradibus dicta ꝓpauca ſuffici
ant. Tanta ſiquidem hic occurrit di
cendorum materia.ut vix ſcribendi
vllus ſit finis. Attingit enim a fine
vſqꝫ ad finem fortiter.quia fortis

eſt ut mors dilectō· Et diſcurrit vn
diqꝫ ſuauit᷑: ꝙ amāti michil eſt dif
ficile: nec tarda nouit molimīa ſpi
ritusſā grā· Qui hoꝝ habuerit expi
enciā· intelliget talē eē grāz hāc: ut
oīs delcātio hui9 ſeculi ad ſpūalem
ꝯſolacōem iſtā relata· tedioſa ma
gis ſit ꝙ̄ ſolatioſa dicēda· Nō deni
qꝫ deſunt ꝗ dicāt ꝙ mīme expediat
ſeruū dei diu in hijs ſuauibꝫ ꝯſola
cōibꝫ ſtare: maxime illis ꝗ ſunt na
turalit᷑ ad ſupbiā et vanā glām pro
cliui· Et ꝙ plurimi hic ſoleāt rurſū
ad ꝓſtina vicia corruē: ſic olim adā
et eua. ſalomō et ſaul. cū alijs mul
tis. Qū enī nīs familiariter aīa deo
adheret. tūc pene tiorē abicit: putat
qꝫ ſibi licere ꝗcqͥd mēs ſuggerit: nec
ꝓuidet ꝙ tāto grauior ē culpa ſubſe
quēs. quāto fuerit maior familiari
tas ꝑcedēs· Et dū credit ſe tā carū
dn̄m non poſſe offendere: incipit libe
ri9 ad illicita ꝓpinq̄re· Clemēter er
go dn̄s elcōs ſuos ab hac ꝑiculoſa
familiaritate paulatī ſubtrahit: ut
eos ad maiora ⁊ ſecurioꝛa dona vti
lius tranſmittat· Pars ſcd̄a h9 libri·
Seq̄t᷑ de ſcd̄o ſtatu caritatis· C· ꝑ̄m· ſtaꝑ ꝓficientis·

CAritas ꝓficiēs ſiue acti
ua ꝗ ſcd̄s ei9 ſtatus ſic
dici pōt: ꝙ ꝑ eam ſpūa
lis vita ꝓficit nōbilit᷑·
et idonea redditur ad actus fortes:
maxime quo ad terribilia agenda
vel pacienda· Unde poteſt eciam di
ci· virilis· bellicoſa· aut agoniſtica·
Et recte iſte ſecundus ſtatus ī ſpi
rituali vita medium locum tenet: ſi
cut virilis etas in vita naturali. Vi
ris enim huiuſmodi actus compe
tunt: et ad eos exercendos apti ſūt.
Et ſicut dictum eſt ſupra: tota cri
ſtiana vita quedam continua mi
licia ſiue iugis temptacio eſt ſuper
terram· Ideo q̄mꝙ̄ predicti grad9
non ſint abſqꝫ temptacione: tamen
iſti ita excellenter temptantur· vt
ille temptaciones reſpectu harum
rerum quaſi pueriles iudicāde ſint.
Ad hec plauſibiliter introducēda
et quaſi ſolatioſe. eſt aduertendum:
ꝙ expedit in materia afflictiua ⁊ te
dioſa licet vtili neceſſariaqꝫ. loquē
di modum aſſumere iocundum· Vt
igitur temptacionem benignius ſu
ſcipiamus· ſcire conuenit: ꝙ ſic̄ phi
loſopho teſte. tria ſunt principia re
rum naturalium. ſcilicet· materia·
forma· et priuacio: ita ſacro eloꝗo
diſſerente· Eciam tria ſunt princi
pia rerum ſpiritualium: videlicet
operacio bona· intencio recta· et tēp
tacio cotidiana· Videamus in hijs
an rerum vero conſonat· Forte nō
dubium eſt. quin ad ſpiritualem vi
tam· Prima duo requirantur. ſcilꝫ
operacio bona et intencio recta: ſed
de tercio vtiqꝫ mirum videtur. quo
modo videlicet ad ſpiritualem pro
fectum temptacio ꝯcurrat: cum ip
ſa poci9. quātum ꝓma fronte appa
reat. ſit oīs boni extinctiua aut ad
min9 impeditiua. et ꝑ ꝯn̄s quaſi toci
us ſpūalitatis ꝓuatio. Sꝫ ut aper
te videm9 in milicia ciuili ſi n̄ adeſt
occaſio belloꝝ: nemo milicie cīgulo
decoratur· Maior enī glā bellatori
bꝫ ꝓuenit ex incurſu hoſtili: ꝙ̄ alijs
ciuibꝫ ꝗ bonis opibus vacant ani
mo legali abſqꝫ bellico congreſſu·

Sic in ſpirituali vita nemo coronabitur. niſi legittime quis certauerit: ſcilicet tēptacōnibus reſiſtēdo. Sūt nōnulli qui ſatis eſſe putant ſi bona opa faciant: nō curādo ad quē finē ea referant. Iſti q̄ſi materiales ſunt. Alij de exteriorib; opibus nichil curantes: in mētis ſpeculacōnibus iugiť inſiſtunt. Hij q̄ſi formales ſūt. Vtriq; aūt errant: et q̄ diu ſic manēt nichil pficiunt: ſicut ex euangelio patet de illis qui tuba canunt quādo aliq̄d boni faciunt: et de illis qui longā oracionē ſimulāt. Sed oportet iſta ſimul cōiungere: ſcilicet opus bonū cum intencōne recta: ſm illud q̄d dominus ait. Illa oportuit facere: et iſta non omittere. Iam forte aliquis dicere poterit. q̄ nichil amplius ſit querendū: ſed reminiſci debemus q̄d idē dn̄s conſequenter ait. In mundo pſſuram habebitis. Et de parabola ſeminātis: qualiter quidam audiētes v̄bum cum gaudio ſuſcipiunt illud. ſꝫ in tempore temptacōnis recedūt: et c̄ multa ſimilia. Vnde oportet dicere. q̄ vltra duo p̄dicta eciam tercium ſit neceſſariū ſeruo dei: ſcilicet tolerancia tēptacionū: ſi in gracia eius velit pmanē et pficere. Et q̄uis tēptati videntur quaſi gracia priuati: tamen mirabiliter ex colluctacione h̄moi accendunť et creſcūt: ſicut exemplificatur de igne cui faber ſuper fundit aquam. nō ut eum extinguat ſed ut forci9 et diuci9 ardeat. Quid enī defuit illi phariſeo qui in templo orabat: niſi q̄ temptacionibus non erat exercitat9. Opera bona multa fecit. deo gracias egit: ſed quia tēptatus nō fuit: ideo ſe eleuando et p̄ximū deſpiciendo deſipuit. De hoc ſic dicit auguſtin9 ſup p̄s. lx. Vita noſtra in hac pegrinacōne nō poteſt eē ſine tēptacōe: quia pfectus noſter p temptacōnē noſtrā fit. Nec ſibi q̄ſ q̄ innoteſcit niſi temptatus: nec p̄t coronari ñ vicerit. ñ p̄t vincē niſi certauerit: nec p̄t certare niſi inimicū et tēptaciones habuerit. Propter has vtilitates beatus iacobus quaſi gratulabundus ſuam epiſtolam inchoat. dicēs. Omne gaudiū exiſtimate fratres: cum in varias temptaciones incideritis. Et ſubdit racōnē. Scientes q̄ pbacō fidei veſtre paciēciā opatur. Paciēcia aūt opus pfectum habet: ut ſitis pfecti et integri. in nullo deficientes. Gregori9. Iuſti animā gr̄a vocat: tēptacio interrogat. Ex quo ſequiť. q̄ ſm iſtam conſideracōnē magni meriti ē. ſi quis legittime hoc titulo honoreť: ut dicatur ſpiritualiter tēptatus. ſicut aplūs de ſanctis illis p̄cipuis loquiť: temptati ſūt. afflicti ſūt. quibus dignus non erat mundus. In miliicia quoq; ſeculari. nemo bellicas meretur laudes: niſi forcia operetur aut ſuſtineat. Reſtat ergo ut qui hunc glorioſum ſancte caritatis ſtatū aſſumere velit: q̄ hec duo cordialiſſīe attendat: ut videlicet vltra p̄dictos pueriles gradus neophite caritatis. eſſe ſtudeat et virilis actiuus. et virilis paſſiu9. Non pauidus ad forcia agēda. nō puſillanimis ad dura ſufferenda. Muliebre bellum. nūq̄ conſtituit ſtrēnuū militem. Vex ſicut in ſeculari policia cernimus. immēſe difficultatis ē. anq̄ q̄s legittīe

ſtatum ſuum mutare poſſit: vt vide
licet de plebeo militaris fiat: aut de
militari princeps. Sic eciam in ſpirituali
ꝓfectu ſimiliter. Non enim miramur
ciuem fieri magiſtrum alicuius ar
tis mechanice: aut tocius officij ſui
honoraciorem rectoremqꝫ cōmunita
tis ſibi et ſtatui ſuo cōpetentis. Hec
facilia ſunt reſpectiue: et fiunt cotti
die. Sed anteq̄ aliquis talis ad
militarem ſtatum ſuſcipiatur: inſo
lita tocius probitatis. prudentie ac
magnanimitatis quedā exercitia p̄
requiruntur. Ita qui vult de ſtatu
caritatis incipientis tranſire ad ſta
tum caritatis ꝑficientis. oportet q̄
ſit perfectus in illa: diues in virtuti
bus. in oracōe ſedul9. in meditacōne
ꝑſpicacius. in deuocioē pinguis: in acti
one celer. in conatu ſtrennu9. Ante
iſta. non ē locus ſpūali milicie. Qui
enim parū aut nichil habꝫ: q̄d ab eo
pōt auferri? Qui eciā neſcit dīcrīmi
ter gratiā et naturā: qn̄ dolebit do
minū abſentem? Et q̄ languidus et
pauidus eſt. et in ſpiritualibus ad
huc rudis: quis dignabitur contra
talem congredi? Qui ad omnem fla
tum cedit: quando in campo conſtā
ter ſtabit? Ergo virile certamē: for
tem prudentem et audacem habere
vult pugilem. Sed neqꝫ ſic eſtimā
dū eſt quaſi tunc vacandum ſit. poſt
q̄ quis ad hūc laudabilem ſtatum
honoifice ſuſcept9 fuerit: ymmo tūc
amplius laborabit q̄ vnq̄ antea:
fatigabitur. tribulabitur. anguſtia
bitur. contriſtabitur. affligetur. deri
debitur depauperabitur: humiliabi
turqꝫ et contempnet. Vndiqꝫ pericu

la conſurgent: vndiqꝫ ꝑſecuciones
affluent. Intus timores: foris pug
ne. Hij ſunt ſpiritualis milicie non
parum leſiui congreſſus. Qui autē
in omnibus hijs ſuꝑauerit ꝓpter di
amorem inclitus erit in ſempitnū: et
glorioſiſſimas merebitur coronas.
Fortaſſe dicat hic aliquis delicatus
adhuc tiro criſti nouellus. Si tot
ſunt pericula in hac caritate et diffi
cultates: malo in infima dei dilectiōe
pocius ſeneſcere: q̄ huic me bellico et
incerto tradere labori. Dicendum eſ
ſet iſti illud poeticū ſi alid nichil ha
beremus: pudeat animū nunq̄ mu
tari: cum corpus mutetur aſſidue.
Sed dominus in euangelio effica
cius nos admonet. dicens Hec ē vo
luntas patris mei: vt fructum pluri
mum afferatis. Nolite timere puſil
lus grex: cōfidite. quia ego vici mū
dum. Qui manet in me et ego in illo
Hic fert fructum multum: quoniam
ſine me nichil poteſtis facere. Et a
poſtolus ait. Fidelis deus qui non ſi
net vos temptari ſupra q̄ poteſtis:
ſed faciet eciam cum temptacione ꝓ
uentum: vt poſſitis ſuſtinere. etc. Ab
ſit igit̄ deſidia hec ab aīo militis ad
celi pallacia tēdētis. Quāto ħ ꝓbaci
or fuit: tāto illic glosior apparebit.
Neqꝫ ſic oīo q̄et9 et ſecur9 erit. ſi ier
ti ocio ad īfima ſe ꝯuerteret: qn̄ tūc re
lictꝰ ꝓfug9 et īfidel' miles nullibi ſecu
rū ꝯfugiū īueniret. Si āt ad ꝯtamen
ſe paueit: dū cū oībꝫ āgelis et elās ī
adiutoriū hēbit. Miſteriū igit̄ ſpū
alis milicie ā puḡ tēptacōnum agi
tur dupliciē. Aliqn̄ enim temptacio
q̄ criſtianam mentem tāgit. nititur

eam ad bonum trahere. licet hoc ipſi
q̄ñqȝ non innoteſcat. Aliquando ad
malū. Primo mo᷒ deus et āgelus
bonus et ſpiritualis pater ſiue qui
libet homo bonus. poteſt tēptacionē
inferre. Alio modo nō niſi āgeli ma-
li. et mēbra ipſorū id eſt ꝑuerſi homi
nes. ſolēt xp̄i miniſtros tēptare. Ex
quo ſequit̄ ꝙ ſicut ſup̄ dcm̄ eſt: oīs
temptacō aut eſt humana aut āge
lica aut diuina. Hoc apoſtolus eci
am innuit dicens. Spectaculū facti
ſumus et angelis ⁊ hominibus. Et
ſcd̄m has ſumitur hui᷒ medij gra
dus hec trifaria diſtinctio: ut prima
ſit fortis. ſcd̄a fortior. t̄cia fortiſſiā.
Prima meāt̄ ſuo triūpho annūari
ꝑtātibȝ: ſcd̄a pn̄cipatibȝ: t̄cia domīa
cōibȝ. Et in hijs plene ꝯp̄hendit̄ me
die ierarchie ꝑfāo in celeſtibȝ. Sed
quomodo cūqȝ inferat̄. nō multū cu-
rare habemus: ſed qualiter ipſis ad
noſtrū ꝓfectū bene vtamur. id max-
ime ꝓ nunc aduertendū eſt. Vbi ē
ſciendum. ꝙ ſicut tres ſup̄dicti gra-
dus incipiētis caritatis. habent ocu
lum ad ꝓxios. ad angelos. et ad de
um: ſic et iſti. Nā p̄m᷒ ḡdus reſpicit
ꝓxios ꝑ miſeracōnē: ſcd̄s āgelos ꝑ
imitacionē: viuēdo ſcȝ ſine ꝓle. ſine
ꝓprio et ſub obīa cōtinua velut mi-
niſtratori᷒ ſpūs. q̄ vtiqȝ vita āgeli
ca poci᷒ dicēda ē ꝙ huāna: terci᷒ de
um ꝑ inheſionē. orōne videlȝ ⁊ deuo
cione pura. Pariformit̄ ⁊ iſti tres ḡ
d᷒ hui᷒ caritatis ꝑficiētis. ordīe cōſi
mili ꝓcedūt. Nā p̄m᷒ ſtudet paciēt̄
ſufferre tēptacōnes illatas a ꝓxis:
ſcd̄s ab āgelis: t̄ci᷒ a deo. Et iterū. ſic
vnuſq̄ſqȝ recōmendat aut diſcōmē

dat quod ſibi actualit̄ magis placȝ
aut diſplicet: ſic iſti ſex gradus. qui
libet quod ſuū eſt efferre conat̄. Nā
primus dicit. michil melius ē ꝙ mīe
opibȝ īſiſtē: ſcd̄s dt. nl̄ meli᷒ ē ꝙ om
nia ꝓpt̄ deū relinquere. ⁊ religionē in
trare. moāſticisqȝ exercitijs ſe māci
pare: t̄ci᷒ dicit. nl̄ melius ē. q̄m exte
rioribȝ dimiſſis iungit̄ ad interiora re
currē. ⁊ mēte ten᷒ deo vacar̄. Cōfor
mit̄ p̄m᷒ ḡd᷒ ꝑficiētis caritatis ar
bitrat̄ nullas tēptacōes eē ḡuioēs
ꝙ illas quas a proximis ſuſtinet:
ſecundus ꝙ ab angelis: tercius ꝙ
a deo. De quibus infra dicetur. In
hunc modū humanus affectus ſem
per nota ignotis prefert: donec expe
riencia docente. de ſingulis plenius
iudicar̄ diſcat. Verum ſicut iam ſe
pius dictum eſt. id vniciqȝ melius
eſt. ꝑ quod amplius in caritate id ē
vera dilcōne dei et ꝓximi creſcit: q̄m
uis ceteris paribus ſimplicit̄ loquē
do. id ē ꝑfectius qd̄ ē difficili᷒. ¶ Hic
eſt vna ſolēpnis queſtio doctorum
ſanctorum de augmento caritatis:
an videlicet caritas vie poſſit auge
ri in infinitum: ⁊ ſi ſic an capacitas
humane nature ad eam capiēdam
ſit ſufficiens: vel an ſit terminata ſi
ue finita: ita ꝙ vltra nō augeatur
illo ſuo t̄mio adepto: Ad iſtā q̄ſtio-
nem duo magni doctores. ſcilicȝ ſan
ctus thomas ⁊ bonauētura. ſatis di
uerſimode rn̄dēt: ſȝ quātū hic ſufficit
ꝓ cōſolacōe infirmitatis nr̄e. breuit̄
aliq̄ ponā. Premittēdū ē qd̄ ec̄ ſup̄
dcm̄ ē: qȝ ſolus deus caritatem in a
nima creare p̄t et augere: et in hoc
oēs concordāt. ſed qualit̄ et q̄ntū

et quibus opibus et quando in hoc
ſūt multum diuiſi. Dimiſſis autē dif
ficultatibꝫ p̄ͦ dicēdū ē ſꝫm ſcm̄ tho-
mā i ſcripto ſcādi. et i. 22ͤ. ꝙ carita
tis augmēto null⁹ termin⁹ prefigi
p̄t in hac vita. Et racō ſua eſt: ꝙ ca
ritate excreſcente ſemp̲ excreſcit abi
litas ad vlteri⁹ augmētū. Vn̄ ſicut
intellectus q̄ntomagis intelligit dif
ficilia. tn̄to plus p̄t: ita etiā natura
ſpiritualis q̄nto plus recipit de ca-
ritate. tāto pl⁹ r̄cipe p̄t. Nec ꝯ͂t h͂ ſe
q̄t. ꝙ caitas vie poſſit adeq̄ri l' ſup̲
augeri caitati p̄rie: qꝛ n̄ ē eadē racio
q̄ntitatis caitatis vie. q̄ ſeq̄t lumen
fidei. et p̄rie. q̄ ſeq̄t lumē gl'e et clarā
dei viſiōeꝫ et aptam. Et ergo ſi aug
mētū caritatis ē ad aliquē finē: ille
finis non eſt in hac vita ſꝫ i futura.
Bōuētura vero hꝫ aliū modū loq̄n
di in ſcādo ſcripto. Vn̄ dic̄. ꝙ dn̄s
de⁹ ordiauit i q̄libꝫ creatura quam
decreuit dotare gratia. ſtatū g̃cie et
augmēti ei⁹: circa qd̄ tūc ſtat q̄n nō
diſpōit āpli⁹. Vn̄ cū deuentū eſt ad
menſurā quā menſus ē de⁹ hōi ſꝫm
diſpōem ſue ſapiē. dr̄ ſtare caritas
in viris p̲fc̄is ſꝫm actūcū āpli⁹ non
ꝓcedūt. āplius ſurgētes ad maiora:
Et in btīs ſꝫm aptitudinē: qꝛ n̄ p̄nt
āpli⁹ ſe diſponē ad maiorē caitatē.
Huic poſitioni vidēt̄ ſuffragari mul-
ti paſſus ſcripturaꝝ. Nā iob. 14. dic̄-
tur. Poſuiſti terminos ei⁹: q̄ p̄teri
ri non poterūt. Vbi dic̄ btūs greg⁹.
Nēo eſt q̄ tātū v̄tutis ap̲p̲hendat
q̄ntū deſiderat: qꝛ oīpotēs de⁹ t̄mīos
ꝯſtituit hōi q̄ preteriri nō poterūt. Et
Ezech. Nō vni dāt̄ur oīa: ne in ſu-
p̲biā elatus cadat. Sed huic datur
qd̄ tibi non datur: et tibi datur qd̄ il
li denegatur. Et apl's dicit. Nos nō
in imēſū gloriam̄r ſꝫ ſꝫm menſuram q̄
menſus eſt nobis deus. Hoc idem n̄
parum aſtruit̄ ex creacōe angeloꝝ:
quib⁹ dn̄s deus nullo merito p̄uio.
diſparia naturalia et g̃tuita p̄fixit:
vltra q̄ non fuit nec erit ipis trāſit⁹
in eternū. Ita et de hominibus ſociā
dis angelorum cetibus videtur te
nendum. Potuiſſet vtiqꝫ de abſolu
ta potentia dominus deus vniūſos
angelos in ſeraphica precellentia
condidiſſe: ſi hoc benedicte voluntati
ſue ac ſapiencie placuiſſet: tamen h͂
non fecit. Sic potuiſſet eciā cunctis
electis dediſſe gratiā p̲ueniendi ad
menſuram ſancti iohānis baptiſte:
q̄uis hoc non fecerit. Vnde 4 ꝓpter
hoc ſentencia bōuenture quibuſdā
magis placet: licꝫ forte ꝯcordari poſ
ſent. eo ꝙ ſcūs thōs. loq̄tur de caita
te q̄ iꝑfecte cōmunicatur i hac vita
cōmunibus viatoribus: que cum ſit
imperfecta et citr̄ terminum. poteſt
p̲fici. Sꝫ poſicō bōuenture videtur
planior. Verum q̄ūiqꝫ teneatur. mul
te inſtancie in ꝯtrarium occurrunt:
de quibus michil ad p̄ns. Hoc autē
eſt maxime ꝯſolatoriū: ꝙ ſiue ſic ſi
ue aliter ſe res habeat. fidelis deus
nō negligit elcōs ſuos: ſꝫ ineffabilit̄ ip
ſos hōrat. Nā ſi iux̄ pōꝫ thōe. ꝯtinue
p̲ficiūt i augmēto caitatis vſqꝫ ad
vltimū ſtatū: vtiqꝫ mag̃ grā eſt. Si
aūt debitum terminū hn̄t. tunc iteꝝ
nō hn̄t timere de hoc. q̄n ad min⁹ cū
diu erunt in ſtatu merēdi: donec mē
ſura ipſorum cōpleatur quam ipis
deus p̄fixit. Prouidētia ei dīna i ſui

diſpoſicione non fallit͛. neqꝫ inuali
da eſt manus domini ut ſaluare nõ
poſſit. Forte contra hanc poſicionem
bonauenture aliquis obiciat. Si ita
infallibiliter diuina gracia electos
ꝑficit: quid ergo neceſſe eſt apponẽ
humanũ ſtudium. Item. quid valẽt
ſcõꝝ patrũ tot informacões incre
pacões. ſollicitacões. ⁊ ꝑcipue qñ
dicunt. ꝙ tempus illud eſt ꝑditũ ir
recuperabiliter quod negligent͛ expẽ
ditur. ⁊c. Dicendũ. ꝙ iuxta modum
loquendi ſancti thome iſta bñ ꝓce
dunt: ſed ſuſtinendo dcm̃ bonauẽtu
re pt̃ reſponderi iuxta ſnĩam btĩ au
guſtini. ꝙ duo extrema in moꝛalibꝫ
ſũt vitãda. ⁊ mediũ tenẽdũ. Ait em̃
contra duas hereſes que directe la
borabant cõtra ſe. ⁊ veritatẽ fidei: quaꝝ
vna nichil tribuebat grẽ ſed totum
nature. alia ꝑciſe econtra: ait ergo
breuiſſimũ ⁊ notabiliſſimũ verbum.
Ante grãz noli ꝑſumere de opibus:
poſt grãz noli eſſe ocioſus. Et btũs
gregoriꝰ dt. oĩa cadere ſub ꝑdeſtina
cione. et exẽplificat de yſaac ⁊ rebec
ca ſterili. Non em̃ ceſſauit tãtus pa
triarcha orare ꝓ ꝯſequẽda ꝓle. q̃a
ꝓmiſſũ diuũ tenebat: ſꝫ cõſiderabat
ꝙ ſic ꝓlẽ. ſic eciã orõnẽ deꝰ ꝑordina
uit. Ita et de ſalute electoꝝ infallibi
ter futura. ẽ ſentiẽdũ: quia ſic ipoꝝ ꝑ
fectionẽ. ſic ⁊ humanũ ſtudiũ ad eã
nc̃cariũ. deus ꝑdeſtinauit. Ad illud
qd̓ de ꝑdicõne tp̃is obicit͛: dicẽdũ ꝙ
dupliciter aliq̃d amittit͛. Uno mõ ſim
plicit͛ ꝓ oĩ loco et tp̃e: et ſic aliq̃s cui
eruũt͛ oculi dr̓ viſũ amittẽ. quia ꝑ nul
lã potenciã nalẽ pt̃ viſũ recuꝑare: ⁊
hoc mõ clã nõ ꝑũt tẽpꝰ amittẽ ſiue

aliq̃d aliud qd̓ ad t̓minũ caritatis eius
ꝑfixũ ſpectat. Alio mõ aliq̃d amit
tit͛ ꝓ aliq̃ tp̃e et loco ſꝫ nõ ꝓ oĩ. et ſic
mercatoꝛ dr̓ lucꝝ amittẽ. qui ad cõſue
tas nũdinas tardius q̃ oĩo nõ venit.
Poteſt tñ venire talis caſus: ꝙ eq̃le
aut maius lucꝝ alio loco vel tp̃e ex
eiſdẽ mercimonijs reportet. Ita et e
lectis ſepe ꝯtigit. ꝙ ꝓpt͛ negligẽciam
ſuã aliqd̓ tẽpꝰ minꝰ diligent͛ expẽdãt
aut oĩo ꝑdãt: ſꝫ dñs deꝰ hoc eis ſup
plere ſolet. aut vitã ꝓlõgãdo. aut g̃
ciã largius donãdo. aut iuſtã penã i
fligẽdo: donec ꝑueniãt ad ꝑfinitum
terminũ caritatis ꝑdeſtiãte. De illo
aũt mirabili feruore q̃rũdã. qui con
ſũmati ſunt in tp̃e breui explentes
tp̃a multa. nichil ẽ regularit͛ iudicã
dũ: quia priuilegia paucorũ non ca
dunt ſub cõmuni lege. Neqꝫ ſic eſti
mandũ eſt. quia ꝓpterea fiat aliqd̓
bonũ ſimplicit͛ melius quia fit feſti
nantius: ſed ideo fit melius quia fit
deiformius: hoc ẽ ſm̃ maiorem com
placenciam diuine voluntatis. Po
luit dominus deus iohãnẽ baptiſtã.
iacobum maiorem. ſtephanũ ꝓtho
martirẽ. franciſcũ ⁊ alios quoſdam
electos ſuos breui tp̃e conſummari:
Voluit eciã abraham. yſaac. iacob.
moyſen. dauid. ſamuelem. helizeum.
petrum et paulum. iohannẽ euãge
liſtã. iacobũ minorẽ. anthoniũ. iero
nimũ. auguſtinũ. alioſqꝫ innumera
biles ac ſciſſiõs viros. ꝓductiori tp̃e
ꝓ ſeraphica caritate laborare: Quoſ
dã vo mediocri tp̃e: q̃rũ nullꝰ vnq̃
vlt͛ mẽſurã iohĩs baptiſte ꝑuenit: li
cet plures credãt ſibi eſſe eq̃les. Et
vtiqꝫ illi q̃ moroſiꝰ ꝓfecerũt et q̃ſi

regularitér in gracia paulatī cre-
uerūt. ampliorē fructū in ecctīa dei fe-
cerūt: ſicut btūs greg⁹. exēplificat
de ſcō paulo ⁊ beato ſtephano. Ex q̊
iā oritur alia rñſio ad p̄dcām obiec-
cōez: qz ē aliqđ meitū i q̊ electi dei nul-
lū tps amittūt. vitz caritatis ſu gre̅.
pn̄cipalis. Et aliqđ aliud meritū. ſci-
liz glīe accidentalis. vel acceleracōis
viſionis btīfice. ſiue relaxacōis debi-
te pene hic aut in futuro ſoluende. a
quo ad hoc poſſunt tempus accep-
tabile amittere. Unde de hoc dicit can-
cellarius. gerſon. pſieñ. q̄ hic ē in-
gis triūphus antiqui hoſtis cont̄ e-
lectos. vt ipſis tēpus p̄ciosū ſubripi-
at. Et heu heu. defectus iſte magn⁹
eſt. et non modice culpabilis: et fre-
quēs apud impfectos. Non ē eñ oīi-
um dicere. Non ignoramus aſtuti-
as eius. Et illud. Nō rep̄hendit me
cor meū in tota vita mea. Et illud. o-
culi mei ſemp ad dominū. ⁊c̄. plura
p̄dc̄as viris ſūme pfectis accōmoda.
Et ſi dicat̄. q̄ ſecundū poſicōem iſtā
bonauēture poſſibile ſit. q̄ ad longe
ante mortem quidam ipleuerūt me̅-
ſuram caritatis p̄finite. quid tūc de-
inceps meruerunt vſqz ad mortem:
Dicendum quod per bonū exemplū
quo alios traxerūt ad deum. vel q̊-
modolibet ipſos iuuerunt cōſilio vel
auxilio. aut exſpectando martiriū.
aut ſeruando v̄ginitatem et ſimilia.
per omnia hec cotidie meruerunt. et
qui adhuc talit̄ viuūt eciam ipſi me-
rentur: et accreſcit eis merces eter-
na in celis. ſaltem accidentalis. Et
hoc eſt ſignū perfecte caritatis. ſi iā
homo nichil habeat purgabile. nich-

ilqz impedimēti de mor percipiēda
immarceſſibili gloria: tamen pp̄ter
ſalutē ecctīe ſuſtineat eq̄nimit̄ hui⁹
erūpnoſe vite tātos labores vt luc̄-
faciat mltos. Hoc ē q̊d apl's expt⁹
loq̄bat̄. Cupio diſſolui: et eē cū xp̄o.
Multo eñ magis optimū: manē aūt
in carne nccīm pp̄t vos. Ad hūc ſen-
ſū p̄t referri illud btī gḡ. 26. mo̅. ca⁰.
10. Nulla momēta tpis trāſeunt ſine
ſtatu retribucōis. Quia ſi aliq̊ iā con-
ſūmati ſūt. q̄ in p̄ncipali caritate ñ
pn̄t pficē pp̄t rationē dcām: tñ in me-
rito accītli ſemp creſcūt. Ita et in ſa-
cris religiōibus et ɔuētibus pn̄t a-
liq̊ eē. q̊ menſurā augmēti caritatis
p̄deſtinate iā attigerūt: q̊s tñ diua
miſericordia adhuc in carne manē ſi-
nit. pp̄t alios iuuādos. Forte ſūt iu-
uenes: aut in via dñi min⁹ exercita-
ti: ſiue cōn hoſtiles īſidias min⁹ ap-
ti. Hij ſi ſoli abſqz ſenioꝝ directione
remanerēt: nō parꝝ piculi orirēt̄. Ide
p̄t ſenti de fortib⁹ in nāīb⁹ p q̊s ex-
ercitia mōſtica vigēt: ne illis ſubla-
tis. diui cultus ſtrēnuitas minuat̄.
Sicut eñ bō ɔſuetudo in mōſteijs
ſel' introducta multoꝝ ē cā ſalutis vſ-
qz in lōginquū: ſic eɔtra. ſi ſemel de-
lapſe fuerīt ſacre obſeruacōes. vix
ad p̄ſtinū ſtatū reduci poterūt. Dix-
it q̊dam nōbile vbū. Si ſemel mōſt-
eriū aliq̊d habere meruerit valen-
tem rectorem pp̄etuo gaudebit ſuper
hoc: quia ſemper aliquid remanebit
de regīe ipſi⁹ q̊d vtile ſit. Si autē e
cōtra peruerſus fuerit rcōr. eciam de
hoc dolebit: qz p̄uū zizaīa vix potit e-
radicari ſi fudit⁹ q̄n aliq̊d ſp remāeat.
Hec eciam ad officia et ad ſingula

omnē ſtatū xpianorū poterunt faci
liter applicari: ſi materia ſe offerat.
Querat hic forte aliquis. que ſit ra
tio ꝙ poteſt quis in augmento cari
tatis adhuc viator conſummari. et
tamen in merito accidētali cotidie ꝓ
ficere: ita videlicet ꝙ ſm ſupra dcā
ibi ſit ſtatus vltra quem augmēta
ri non poterit: in hijs autē null9 ſit
termi9 crementi dabilis. Pro ſoluci
one hui9 queſtionis. exemplo xpi q̄
q̄ſtionibꝫ phariſeoꝝ querēdo ſatiſfe
cit: poſſet ſic ab hoc īterogāte queri.
Que eſt racō ꝙ in augmento natu
rali corꝑis homo habet vnā ꝑdeter
minatam quantitatē. ſiue in ꝓceri
tate ſtature. ſiue in mēbroꝝ diſpoſi
cione. vltra quā nūꝙ poterit augmē
tari: ſic dñs in euāgelio dt. q̄s ꝑt ex
vobis palmā adicere ſuꝑ ſtaturam
ſuā: et tamē in pinguedine vel matie
vel alijs que depēdēt ex arbitrio hoi
nis. ꝑt cotidie augmētari. Et q̄dē ſa
tis valet iſta cōparacio. Nā in aug
mento caritatis dñs de9 ē pricipalis
effector: ita ꝙ ipō ceſſante nichil fieri
poſſit oīo: et ideo dū placꝫ ei auget
eā. dū nō placet deſinit augē. Iſta aūt
accidētalia relīqt in arbitrio hoīs. ꝑ
ſuppoſita tamē cōmuni grā gratificā
te omnia oꝑa ipius. Qꝫ aūt iſtd ra
cōnale ſit. patet ꝑ grāꝫ ipius ſalua
toīs: qui nūꝙ creuit in augmēto ca
ritatis vel viſione bātifica: ꝗ in hijs
tm̄ in mr̄no vtero hūit. quātū in cru
ce et nūc in celo: et ideo quo ad hoc
nichil vnꝙ meruit. Meruit tamen
ſine intermiſſione quo ad accidēta
lia. et ſibiipi et nobis. Nam ſibi me
ruit glorificacōnē benedicti noīs ſui:
ſcḋm illud. Data eſt michi omnis po
teſtas in celo ⁊ in terra. Et illud. Fa
ctus eſt obediēs vſqꝫ ad mortē: ꝓpt
quod deus exaltauit illum. et dedit
illi nomē quod eſt ſuꝑ omne nomē:
ut in nomine iheſu omne genu fle
ctatur. celeſtium. terreſtrium ⁊ infer
noꝝ. Meruit eciam nobis. ideſt cor
pori ſuo miſtico apcionē ianue cele
ſtis. et cariſmata graciarum: ut iam
multo facilius in hac xpiana milici
a triūphare et ſuperare tēptaciones
valeam9: tāto duce. tāto ꝓtectorē. tā
to pugile ſuffulti. Quare eciā ad hec
incitant nos ꝓparare debem9: ne ſit
vacua in nobis grā eius. ¶ Ca. 2m.

De caritate poteſtatiua.

Poteſtatiua caritas ſic dici po
teſt: ꝙ ꝑ eam mereatur homo
qui ipām habuerit aſſumi in chorū
poteſtatum: qui iuxta aſſignationē
ꝑdictam ſcḋm beatum gregorium ⁊
eius ſequaces. eſt quartus in aſcē
dendo. et primus ſecunde ierarchie.
Vel planius poteſt dici: ꝙ in hoc no
tatur quartus gradus principalis
caritatis: qui meret̄ aſſociari quar
to choro ſpirituum beatorum in cele
ſtibus. Et ipe ē primus gradus ca
ritatis proficientis. Hucuſqꝫ placi
dis ventis nauigauim9: nunc flati
bus aduerſa vela pandimus. Locu
turi enim de magnis temptationi
bus. pelagus turbulētum intram9:
quo enatari penitus neſcientes. Tā
ta enim eſt earum perplexitas: vt
nemo vnq̄m eas ad plenum diluci
dare preualuerit. Eſt deniqꝫ apud
ꝓbatiſſimos patres hic ſermo qua
ſi in prouerbium deductus: ut quo
plures explicauerint. eo plures ſuc

cęcuerint· Et qui p̄dem ſe ī hijs ma/
giſtros putabant: nunc ōnium infi/
mos ſe arbitrātur· Beſtia quedam
venenoſa deſcribitur apud fabulas
poeticas: cui ſi vnum caput ampu/
tetur. plurima in locum ipſiꝰ ſucceſ/
ſiſſe dicātur· Apud noſtrum quoqꝫ
danielem cercioꝛ de hac figura vela
cio habetur: et ad ꝓpoſitum iſtud ac
cōmoda· Vidit enim in ſpū beſtiā ha
bentem cornu magnum: quod cū cre
uiſſet fractum eſt: et orta ſunt qua/
tuoꝛ cornua ſubter illud. per quatu
oꝛ ventos celi· Ita et ſcd̄m ſenteciaꝫ
btī ieronimi. de miſterio tēptationis
eſt ſenciendum· Ait enim· Scito te
nullum in hac vita ſine temptacōne
viuere: cui ſi vna tollitur. aliam ſe
curus expectet· Hoc verbū tractās
btūs bernardꝰ adiecit: nō dico ſecu
rus. ſꝫ pauidꝰ: qꝛ incertus eſt exitꝰ·
Vtroruqꝫ tn̄ ſentēcia in idē cōcurrit.
Anteq̄̄ vero ingrediamuꝛ materiaꝫ
hāc: pauca p̄mittenda ſunt de modo
vincendi omnes tēptacōnes ī gene/
rali· Vbi ſciendū ꝙ ſicut dicit beatꝰ
gregꝰ ſup ezechielē: fortitudo ſpūalis
que victoriam p̄ſtat contra hoſtes
inuiſibiles· habet ſe directe cōtrario
modo ad fortitudinē carnalē· Nam
ſicut fortitudo ſecularis ſiue carnał
naſcit̄ ⁊ augetur ex audacia: ſic ſpi
ritualis ex tioꝛe· In illa preſumpcō
ſui ꝓdeſt: in iſta nocet. Illic timoꝛ de
bilitatē parit: hic infirmitateꝫ· Illis
hoc ē ſecularibꝰ bellatoribꝫ dꝛ. noli/
te timere ut vincatis: Iſtis dꝛ. niſi ti/
mueritis vincē non poteritis· Pn̄o
igit̄ agoniſta xp̄i ſemꝑ dꝫ timere in
omni tēptaciōe qualibet minima fu/
erit: et nūq̄̄ de ſuis viribꝰ p̄ſumere·
Vt enim inclitꝰ ille bellatoꝛ ieronīꝰ·
et in ōni tēptacione ꝓbatiſſimꝰ dicit:
omniū maloꝝ p̄ncipiū ē ſui p̄ſump
cio· Et q̄ ſanctioꝛ et ſapiencioꝛ ē. plꝰ
ſemꝑ timeat· Nam qui alciꝰ ē cadēs:
maiores caſus recipit· Secūdo de/
bet bellatoꝛ ſpūalis ſuaſibilis eē: et
more prudētis pugilis libenter au/
ſcultare et interrogare. neqꝫ ſui ſenſꝰ
eē· Vn̄ de hoc idem ait ieronīꝰ· Tutiſ/
ſimū valde ē. fidelem et iuſtū hr̄e ai/
cum: cui quicq̄d archano cordis ſinu
latet. ꝓtinus referet̄· Non eñ in ſu/
is ſepe pōt homo negocijs rectū hr̄e
iudiciū· Et omniū ſcōrū patrū eadē
ſentēcia fuit: ꝙ nichil ſic allidit vi/
res demonū: ſi ꝓbatis pr̄ibus quis
cogitaciones ſuas reuelauerit· Ad
damus ſecure· nichil tā gratum do
mino deo et ſcīs āgelis eius: ꝙ ſi hu
milit̄ nouellus miles ſpūalium pa
trū conſilia req̄rat· Iſta duo exigū
tur ab vnoquoqꝫ volenti ſpūalē mi
liciam aſſumere: ut vicꝫ de ſe non p̄
ſumat: et ſcōrum virorū ſuffragia
non ſpernat· Añ hec duo. dīnum au/
xilium fruſtra queritur· Tercīo debꝫ
vnuſquiſqꝫ q̄ ſpūales tēptacoēs
expiri deſiderat. hoc eſt. qui in hoc q̄̄
to gradu ꝓficere cupit: in dominum
deum ſperaē: ⁊ firmit̄ credere. ꝙ ipſe
nunq̄̄ deſeruit· nec deſerit· nec deſe/
ret ſperantes in ſe· Fidelis enim de/
us eſt· qui iuſſit milites ſuos con/
gredi contra hoſtes ſuos: nec latuit
eum q̄̄ ~~cum~~ eſſet diſpar comparatio
vnius ad alterū: dauid ad goliad·
paupculorū ouium ad ſeuiſſimos
lupos: debilium paruulorum ad

horrendiſſimos gigantes· Quarto
debet ſepedictus vir bellator ab ado
leſcencia ſua iugit̃ ad p̃cipuũ illud
exemplar xp̃i ih̃u ſuos congreſſus
⁊ triumphos adducere: ſciens q̄ nõ
niſi in nomine ip̃ius ſuperare poterit.
Cum ergo temptatur. ſtatim ad ip
ſum cum oracione recurrat: conſide
rando eciam qualiter ip̃e in tali tēp
tacione ſe habuerat: ⁊ quid ꝑ ea ſu
peranda docuerat· Cum aũt eam vi
cerit. continuo grãs referat debitas:
ſeqȝ ad alia mox futura diſponat·
Quinto debet eciã pacient̃ exemplo
ip̃ius et alioꝝ ſcõꝝ. tēptacõnes ſuſci
pere: et non aſp̃nant̃ indignai q̃i de
us non debēt ꝑmittere. q̄ hmoĩ ſup
uenirēt ſibi · Hoc quoqȝ ſciat. q̄ quã
to magis ē voluntarius ad ſufferē
dũ eas: tãto facilius liberabit̃· Sic
exēplificat̃ de illis qui ſũt dãpnati
ad ignē· hij quãto magis ignē repel
lunt: tãto acerbius et diutius affli
guntur· Qui aũt voluntarie in flam
mas ſe mergunt: ſubito conſũmant̃.
Ita ⁊ nos qui a domino ſñiaȝ hui9
maledcõnis ſuſcepimus ob pc̃ta no
ſtra et ꝑntũ noſtroꝝ. q̄ tribulari. af
fligi et tēptari debemus: libenter ſub
mittere nos ſtudeam9: q̃ten9 ab eo
dem benigniſſimo dño clement̃ aliq̃n
liberari mereamur. Sexto debȝ ſcp̃
ta ſcõꝝ doctorũ libent̃ legere maxĩe
exptorũ: ſciens q̄ non gratis ſpũs
ſanctus ea ip̃is reuelauerit. et con
ſcribenda iuſſerit: totqȝ exempla ſpi
ritualiũ triumphoꝝ ac doctrinarum
reliq̃rit: neqȝ ip̃aꝝ varietatē ac mul
tiformitatē aſp̃nãt̃ dȝ faſtidiē· Eſt
enĩ tēpus: q̃n nc̃aria erũt. vtilẽqȝ ꝑ

derũt. Sunt enĩ valde multi morbi
aĩaꝝ: et incertũ ē quid primũ occur
rere poſſit· Ait enĩ beatus gregori9.
Quãdo homo in paradiſo fuit. vnũ p̃
ceptum ei ſufficiebat: ſed poſtq̄ inde
eiectus fuit. multis indigebat· Hijs
p̃libatis ad ꝓpoſitũ redeam9· conſi
deracõnē qȝ noſtrã de hoc quarto g̃
du caritatis in aliquo ſolido dcõ fun
dare ſtudea9· Dicit ergo btũs gre
gori9. Sũt nõnulli q̃ virtute orõis
et vi accepte ptãtis de obſeſſis cor
pibȝ malignos ſpũs eiciũt. Quo ita
qȝ iſti meritũ ſuũ: niſi int̃ ptãtũ cele
ſtium numerum conſortiuntur: Et
beata mechtildis ſibi reuelatum di
uinitus dixit: q̄ qui vicijs et concu
piſcentijs reluctãtes dyabolũ cũ oĩ
bȝ q̃ ſuggerit ꝯtēpnũt. in q̃rto g̃du cũ
ptãtibȝ triũphũ glĩe optinebũt· Hec
ſũt breuia v̓ba: ſ; multũ farris hñt·
Et p̃mo cõcordãdo iſta. poſſum9 dicē.
q̄ non ē miꝝ ſi de obſeſſis corpibus
demones eiciant. qui iam de anima
bus ſuis ip̃os fortiter eiecerũt· Ve
rũ ut ec̃ ſup̃ dcm̃ ē· iſt̓ nõ ē de eſſen
cia hui9 g̃d9 ſ; de ꝯgruẽcia· neqȝ om
nes q̃ hoc faciũt hũc g̃dũ attigerũt·
ymmo et reꝓbis qñqȝ dat̃ hmoĩ po
teſtas ſup ſpũs neq̃· Sȝ de hoc ma
gis ē aduẽtẽdũ. quõ ſuggeſtiones ip
ſoꝝ eicē et ſuperare poſſi9· Dcm̃ ē ſup:
q̄ huic g̃dui ꝯpetit dimicarē ꝯtra om
nẽ huãnã tēptacõnē: eãqȝ virilit̃ vi
cere· Ad quem ſenſum poteſt refer
ri dictũ caſſiani in collacõibȝ prim. tra
ctãtis ill̓ apli· Tēptacõ vos nõ app̃
hēdit ñ huãna: vbi dr̃· q̄ aplũs indi
recte obiurgauit illos quaſi adhuc
parum proficiſſent: eo q̄ altiorem

temptacionē ſufferre nōdum vale
rent niſi humanā · Dicit̄ ergo tēpta
cio iſta humana · q2 reſpectu aliaꝝ
ꝑua eſt: q2uis reuera in ſe ꝯſideāta
magna ſit · et vltra vires hoīs pō
deroſa nimis. niſi aſſit gracia dei. Di
ctum eſt eciā ſupra. q2 iſti grad9 ha
bent quēdam reſpctū adinuicē: vi
delicz q2 ꝑmus grad9 caritatis inci
piētis habeat reſpcm̄ ad ꝑmū gra
dum caritatis ꝓficiētis: q2 ambo cir
ca humana verſantur licet mō diſ
ſimili · Illis qui ſunt in ꝑmo gradu
incipienciū dicit̄ · Humanū dico ꝓpt̄
infirmitatem carnis vrē: ſicut ex
hibuiſtis mēbra veſtra ſeruire ini
quitati ad iniq̄tatem · ſic nunc exhi
bete membra veſtra ſeruire iuſticie
in ſanctificacōem · Iſtis q̄ ſunt in ꝑ
mo gradu ꝓficientiū dr · Tēptacio
vos nō apprehēdat. niſi hūana · Itē.
vnuſquiſqz caueat ſe a ꝓximo ſuo ·
et in ōni frē ſuo nō habeat fiduciam:
q2 ōnis frater ſupplātās ſupplāta
bit. Hūana g° iſta tēptacō vult exa
mīare hūano modo: an vere et ſincerī
ter q̄s diligat ꝓximū ſuū ꝓpt̄ deū ·
an non · Itē. an ſeipſū eciā diligat i
ordīe ad deū. an nō · Itē. an cunctis
hūanis reb9 deū ꝑponat · nō ſolum
voluntate. ſʒ eciā operis exhibicōne.
an non. Si iſta examinacō bn̄ ꝓce
dit: non erit modicum leſiua. nec pa
rū meritoria · Nam hic ꝑficit milite
xpi in vno pncipali gradu carita
tis: et in futuro leuat ipſū ad ſubli
mē gloriā pmiorum · Sunt ergo qui
qz que hō valde diligit humano mō:
ſcz pacem cordis · ſanitatē corpis · ho
nores tēꝑales · bona exteriora: cogna

toſqz et amicos carnales · Quādo
ergo dn̄s deus iſta largitur alicui
bono homini. merito eſt diligendus
ab eo · et tāto ampli9. quāto habun
danci9 dat iſta. Sed in iſta dilecti
one non eſt certitudo an diligat̄ do
nū vel donator: niſi accedat tēptacō
que illud req̄rat · Ita olim ſcūs iob
ꝑmū in hijs quinqz floruit: et dicēte
ſathan nunquid iob fruſtra timet
deum · ignotum fuit. an ꝓpt̄ hec tēpo
ralia deum coluit an nō · Sʒ poſtq̄
temptatus triumphauit: tunc inno
tuit q2 fideliter deū dilexerit: et eum
cunctis hūanis gracijs ꝑtulerit. Si
mile de ſcō thobia · euſtachio · eliſa
beth · birgitta · et alijs ſine numero:
qui oēs in breui ꝑ temptacōes plus
ꝓfecerūt: q2 antea toto tempe vite
ſue ꝑ ſucceſſus ꝓſperos. licet virtu
oſos · Hec autem exempla ideo po
ſui. ut videamus q2 ordinate temp
tacōes procedant moderante eas do
mino: ne ſi turbine impetus ſui ſup
nos venissent toti9 ꝓfcūs noſtri ſta
tū ſubruerent: eētqz nobis ignotū · q̄
ordine qua fiducia contra eas di
micare debuiſſem9 · Eſt igitur pri
mum bellum vnius cuiuſqz in ſemet
ipſum · Ecce iam incipim9 intrare
materiam ſpiritualis milicie · A te
ipſo incipe: ſi eſſe vis probatus mi
les criſti · Humana enim tempta
tio michil inhumanum adducit · Qd
patitur mundanus homo pro mū
di gloria et lucro: hoc tu ſtude pati
pro celeſti gloria ac premio · Expe
dit ergo ut primum ſuus dei expi
atur. q2 ſibiipſi ſit inimic9. et q̄t vul
nera ſibiipſi infligat: quotqz ſecum

cum externos hoſtes cõtra ſe addu
cat: q̃ eciam ſit grauis ad ſeipſum
iuuandum: q̃ grauior ad ſeipm̃ ar
mandũ: q̃ grauiſſimus ad ſeipſum
ſupãdũ. Applicando igiẗ quinq3 p̃
dcã ad ſtatum religioſum occurrit
primo diuina miſericordia: ⁊ dat ho
mini gratis ſine omni merito ſuo cor
dis trãquillitatẽ q̃ ī iã ſit pfcũs ami
cus dei: ſʒ p⁹. ut magis pficiat eãdẽ
trãquillitatẽ maiori mĩa paulatim
aufert. quatin⁹ ſic locus fiat ſpũali
milicie. Niſi eñ auxiliũ grẽ equaliẗ
ſubtraheẽtur ⁊ natura in ſua ꝓpria
infirmitate relinqueretẽ: nõ eſſet poſ
ſibile ut ſeruus dei temptacionibus
pbaretur. Si eñ ad nutum ſemp
gracia adeſſʒ: eciam in medijs flam
mis quilibet incipiens rideret. Vt
ergo temptacõni locus detur. incipit
pficiẽs noſter gratam illam cordis
pacem cotidie pdere: nec p̃ualet ſoli
tis exercitijs ipſam recuparare: erigiẗ
q3 ipe contra ſeipm̃. aliam vidẽs le
gem in menbris ſuis repugnantem
legi mentis ſue. captiuũ ducentẽ ſe
in legem peccati: adeo ut peccata que
prius amare fleuit iam dulceſcere
incipiant: vix q3 ſe poſt tanta virtu
tum exercicia. poſt tanta ſpũalium
grãcũ cariſmata. ab eis continere p̃
ualeat. Opera eciam miſericordie ſi
ue corporalia ſiue ſpũalia que lar
giter impẽdit. quaſi nullius momẽ
ti ſint penſanda. deplorarẽ vix ceſſat:
ma lẽs ſua retinuiſſe. nichilq3 ꝓrĩs
tribuiſſe: et ut in honoratiores aut
vtiliores vſus ea reſeruaſſet. exop
tare pemptat. Demũ innocenciam
ſeruaſſe. opera bona ꝑpetraſſe. ieiu

naſſe. feſtiuaſſe. a ſocietate munda
norum ſe abſentaſſe. et breuiter q̃d
quid ꝓpter di timorem aut fecit aut
p̃teriuit: hoc totum moleſta tempta
cio iſta necare contendit. Hic labor
hic gemitus: hic timor immenſus o
ritur et afflictio ſpiritus. Succedit
de hinc varia tocius corporis tabetu
do: dolor in capite. torſio in vẽtre. pa
liſis. fluxus. conſtipatio. febris. calor.
vertigo: aliaq3 incõmoda cotidiana
vix ſufferibilia. Poſt hec vel pariter cũ
iſtis. cõtemptus. paupertas. deſpect⁹.
honor nullus. nulla reputacõ. nul
la conſolacõ. nullũ refrigeriũ: auxi
lium vile. ſuſtentaculũ exiguũ. ſer
uitium debile: obiurgacio frequens.
labor magnus. curſus impaciens.
pfectus modicus: vita miſerabilis.
ſpes trepidabilis. mors formidabi
lis. Et quis enumerarẽ ſufficiat om
nia: que concurrere ſolent ad humi
liandum miſerum hominem. ſemp
aliquid magni de ſe preſumentem:
Quot feruentes libidĩs eſtus. quot
amaros ire. inuidencie. diſplicencie
q3 aculeos. quot carnis preſſuras.
quot ſpiritus anguſtias. quot pro
uocaciones. quot pſecuciones ſuſti
nebit: antẽq̃ ſe pfecte ꝯgnoſcere. px
imum non deſpicere. deumq3 ſuper
omnia venerari diſcat. Hec ſunt q̃ſi
quedam ſuauia preludia ſpiritua
lis milicie: in quibus nouus agoni
ſta vires ſuas experiri habet donec
ad ſblimia proficiat. ſeq3 viz oſten
dat. non refugam. non pauidũ. non
muliebrem: ſed ſtrennuũ ſed mag
nanimum. ſed cõſtantem: ſicq3 lega
liter in cunctis ſe habeat: ut merito

militari clamide. aureaqȝ torque ꝑ
omnia dignus predicetᷣ· Qui em̄ in
hijs exordijs rudē ſe prebet: ſpūalē
miliciā nondū legittime inchoauit·
Vt puto aliq̄liter apparere incipit:
q̄ꝫ multa includant verba illa bre-
uia ſcē mechtildis ſupius dicta: vi-
delicȝ Qui vicijs et cōcupiſcēcijs re-
luctātes. dyabolū cū omnibus que
ſuggerit cōtempnūt: in quarto gra-
du cum pcātibȝ triūphum glorie op
tinebūt· Reuera eſt facile iſta dice-
re: facile cōſcribere: ſȝ expiri non fa-
cile· nec modice afflictiuū· Q̄mdiu
enim ſeruus dei cum tēptacōibus io
catur: q̄ꝫdiu eas velut muſcas repel-
lit· q̄ꝫdiu ad libitū eas ꝓſternit: ad-
huc verbū iſtud minime intelligit·
Colligamꝰ de hijs exempla autēti-
ca: Et p̄mo de tēptacōe fornicacōis·
Scriptū eſt em̄ in iob: ca· v· In ſex
tribulacōibus liberabit te: et ī ſep-
tima non tanget te malū· Sex er-
go modis ſpūs fornicacōis tēptacē
forte aliquos diſponit: vnūquēqȝ
ꝑ qualitate viriū ſuarū· Primum
ſuggerēdo aggreditur ſimpliciter: ⁊
abſcedit ſtatim· Iſte ſic temptatus
ſatis habȝ agere ne ꝯſenciat: qꝛ ad-
huc nouiciꝰ eſt in via dn̄i: qui eciaȝ
de ꝓprijs naturalibus adhuc fati-
gatur quotidie· Scdm̄ durius tēp
tat. ſȝ non nimis diu· Terciū duriꝰ
et diuturniꝰ: tamen ꝑ reſiſtēciam ⁊
occupacōem bonam. ut eſt lectio. vel
opacō aliq̄ delcābilis. vel oracō ſup
ficialis. duo iſti eciā cicius liberantᷣ.
Et hij tres modi cotidie occurrunt:
nec minamur nec affligimur nimis.
Quartū ita feruēter tēptat: ut vix

nō de tēptacōe fornicacōis

labore magno et abſtinēcijs ac vi
gilijs ſtimulum huiuſcemodi ſupa
re poſſit· Quintū adhuc feruencius
tēptat: ut neqȝ predictis modis cuā
ri poſſit· niſi adhuc forciora ꝛmedia
apponantᷣ: vicȝ inſectacō iniuriarū·
aut leſio corꝑalis ꝯſueta ꝑ flagella
cōnes. aut alias caſtigacōes mona
ſticas· Sextū feruētiſſime incēdit·
ut neqȝ predictis hijs modis carētᷣ:
ſȝ vix ꝑ īcēdium corꝑale aut inciſio-
nē grauem· aut morſū lingue oīmo-
dū euadere poſſit· De hijs tribꝰ vlti-
mis dignum eſt loqui: ⁊ plura ex-
empla reꝑiuntur. Simili mō de cor
ꝑali egrotacōe dicē poſſumꝰ: ſicut de
delcācōe et de q̄libȝ alia tēptacione
ſuo mō: ut ſemꝑ illud qđ vni eſt mi
niū alteri eſt minimū: ſub q̄ vnus
cadit alter impterritꝰ ſtat· Et vnꝰ
q̄ſqȝ iuxᷣ ſtrēnuitatis ſue meita ma-
gis aut minꝰ tēptatᷣ: et ꝑ ꝯñs ſꝫm eā
dē menſurā eciā plus vel minꝰ meꝛᷣ:
vniuerſi tn̄ ad extremitatē ſimiū
ſuoꝝ ꝑuenire ſolent· ut vicȝ iā vix
aliq̄d vltra ferre poſſent· Añ hūc ar
ticulū temptacō plena nō erit· Eciā
ē ſciendū ſꝫm dcm̄ beati greḡ· in dy-
alogo. q̄ꝫ nōnunq̄ꝫ euenīē ſolet. ut ꝑ-
fecti viri in ꝑuis temptacōibȝ q̄nqȝ
ſuccūbant ꝓpter ipſorū humiliacō-
nē: ut dū videt q̄ꝫ minima ſupare ñ
pñt· maiora ſibi nō aſſcribāt. Sepe
eciam contingit. q̄ꝫ propter nimiam
vexacionem naturaliū aliq̄n in ver-
ba impaciētie tēptati prorumpant:
ſȝ tamen piis dñs hoc ipis in bonū
conuertere ſolet ut forcius ſurgant.
et deinceps caucius ſe cuſtodiant·
Qui enim quotidie certātᷣ nō mirū

eſt ſi aliquādo ꝑſternant̄. Cedit er-
go tota iſta milicia huiꝰ gradꝰ ad
illū finē ut noſipos vincere diſcamꝰ:
quia niſi hoc p̄ceſſerit. de nullo alio
ꝑfectā victoriā hr̄e poterimꝰ. Tūc āt
ꝑfecte nos vincimus. qn̄ ad omnem
volūtatem dei noſipos ꝓmpte offeri-
mus. tā quo ad corpus q̄ȝ quo ad a-
nimā: ſicut exēplificat btūs greḡ. de
ſcō paulo aplō. q̄ dixit. Ego nō ſolū
ligari ſȝ et mori paratus ſū ꝑ xp̄o ne-
qȝ facio aīaȝ meā ideſt vitā corpalē
p̄cioſiorē q̄ȝ me. q̄ dicēt. q̄cq̄d maiꝰ ha-
beo. ab illo hēo: et ergo illi reddē de-
beo a quo hēo. Et in hoc notat̄ ꝑfcā
caritas quo ad deū. qn̄ ſcȝ ita ꝑfcē
ſe vicit ꝓpt̄ dei gloriā āplificandā. p̄-
dicādo. diſcurrēdo. laborādo. ⁊ tandē
moriēdo. ut ſibi de ſe penitus michil re-
ſeruaret. Qn̄ eciā dixit corīthijs. ego
libent̄ impēdā et ſupimpēdar ipe ꝓ
aīabȝ vrīs: in hoc notat̄ ꝑfcā dilcōo
ad ꝓximū. Sed hec tā ꝑfcā ſuiipiꝰ
victoria nō ē huiꝰ ḡdus. ſȝ altioris.
Sufficit āt huic ḡdui. ſi quo ad hu-
manas delcācōes abiciēdas aut hu-
manas adūſitates ſufferēdas ſe vi-
cere poſſit: cū btō iob illud ſecū pari-
ter dicendo. Dn̄s dedit dn̄s abſtulit:
ſicut dn̄o placuit ita fcm̄ ē: ſit nomē
dn̄i bn̄dictū. Hinc btūs greḡ. dt. Si
adhuc ꝑ xp̄o mori nō poſſumꝰ: ſaltem
aīm vincamꝰ. Ex q̄ videt̄ ſequi. q̄ȝ ad
iſtū gradū r̄quirunt̄ oīa illa que in-
fra martiriū ⁊ alias penalitates eqȝ
ḡues cōtinēt̄: videlȝ maxillā p̄bē al-
terā paciēti vnā: dimittere tunicam
auferēti palliū: ſuſtinē v̄ba cōtume-
lioſa. opprobrioſa. iniurioſa et alia ſi-
milia. eciā ab hijs q̄ grās ꝓ perceptis

bn̄ficijs reddē debuerant: Neqȝ ꝓpt̄
hmōi ſolitā fāiliaritatē aut bn̄ficēci-
am ipis ſubtrahē: niſi forte quantū
hoc v̄tutis ordo aliqn̄ req̄rat ꝓpt̄ eo-
rū efficaciorē emēdacōnē. Itē odien-
tem diligē. inimicis placatū eē: offē-
ſam dimittē an̄q̄ȝ veniā petāt. ipiſqȝ
bonū optare et hūano mō ꝓcurare:
ſine tn̄ magno ſui piculo atqȝ dāp-
no. Itē ſuā gloriā contēpnē. honores
non appetere: hūiliacōnē āplecti. defe-
ctus ꝓprios nō excuſare. culpas re-
cognoſcere: aīm ad beniuolēciā ꝯtra-
iuges et amaras tēptacōnes cogē.
Qui hec ꝑſeuerāt facē p̄ualueit. ſui
ipius potēs ē: et ideo merito int̄ cele-
ſtes p̄tātes ꝓ hijs coronai mēbitur.
Et ut btī ieronimi v̄bis vtar. quaſi
hūano moē ꝯſulēdo huic hūāne tēp-
tacōni: breue aliqd̄ v̄bū ānotaui. Ait
eīm in ſinā: q̄ȝ qui in ꝑlio dimicaturi
ſūt. ante in pace ſilato bello cōgredi
unt̄: ut ſingula diſcāt. q̄ in vero cer-
tamine mox futuro neccaria ꝑſpex-
erint. Cadūt. currūt. flectūt. trahūt.
v̄berant. ſuſtinēt. reſurgūt. firmit̄-
qȝ ſtare aſſueſcūt: ne qd̄ in ſimula-
ta pugna didicerūt in apto bello ꝑ-
timeſcant. Ita nōnulli in hac huma-
na tēptacōne ſp̄ualit̄ fecerūt. Vt ei
paciētes fierent. exercicia iniuriaȝ
ſibi inferri ꝓcurauerūt more antiq̄-
rū phoȝ: vt ſobrij. omnē apparatum
eſcaȝ ſibi p̄ſētari iuſſerūt. nichil inde
guſtātes: ut hūiles. oīa cōuicia pub-
lice ꝓclamari. ſibiqȝ in faciē ſpui mā-
darūt: vt beniuoli. oībȝ obſeq̄oſi con-
tra eciā ꝓpria ſua naturalia q̄ vio-
lenter extiterūt. Similit̄ de alijs v̄-
tutū exercitijs hitū quēdam ſibi vel

ymaginē vincende future tēptacio
nis īpreſſerūt · Et iſtud exercitium
valde magni ſancti videnē a ꝓba
re: Iux̄ illud · gḡ · Iacula q̄ p̄uidenē
minus feriunt. Et btūs · ambroſius
de officijs dicit · ꝙ fortis viri eſt nō
diſſilare cū aliq̄d immineat: ſ; p̄tedē
et tamq̄ de ſpecla quadam mentis
obuiaē cogitatione ꝓuida rebus fu
turis: ne forte dicat poſtea. ideo iſta
incidi qꝛ non arbitrabar poſſe euei
re · Prudentis eñ nō eſt dicere. hoc
non putabam futuꝝ : ſ; exſpectabā.
Veꝝ quāuis iſta ſit bona cautela
et merito frequētanda: tamē adhuc
mens ſibiipſi manet ſuſpecta: an fir
miē in fortitudine ſit radicata. Pro
bata eñ v̄tus agit in modū nature:
neq; aliē v̄tuoſi habitus manifeſtā
tur: niſi p motus repentinos et īpro
uiſos. Poteſt eñ aliquis eciam qui
habitu fortitudinis caret. ex diutur
na p̄meditacōe animū ſuū cōtra pi
cula ꝑparaē: qua eciam ꝑparatione
eciam fortis vtitur cū tempus adeſt:
vt dicit ſanctus · thōs · 22e · q · 123 · Et
ſic patet ꝙ ſacre doctrine ⁊ bona ex
empla cū pijs exerciciis v̄tutes nutri
unt: tēptatio exercet · infirmitas p
ficit: ſ; motus repētini eas ꝓbāt: ſp
tamē ḡcia dei cooꝑante et natura n̄
recalcitrāte · De hoc igitur ḡdu. et ſi
multa ſacra ſcripta leganē: tamē e
piſtola ad · hebreos · ſatis directe de
ipſa loquiē. Ibi eñ legitur, Vinctis cō
paſſi eſtis. ſās miniſtraſtis. t̄bulati
onē ſuſtinuiſtis. rapinā bonoꝝ veſt
roꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis ⁊c. Et tādem
ſequiē. ne fatigemini aīs veſtris. nō
dū eñ vſq; ad ſanguinē contra pec

catum repugnaſtis · Et auiſantur
eciam de radice amaritudis: q̄ huic
ꝓfectui valde impedimento eſſe ſo
let: ne videliʒ ſurſū germinando mł
tos inquinet · Hortāē eciā ad pacē
et obediēciā bñficēciā hoſpitalitatē:
et vt ꝓpoſitum certamen currāt ex
emplo xp̄i: quatenus aliquādo dig
ni habeanē crucem et impium ip̄i9
portare extra portam. hoc eſt aptum
martiriū paciēē ſuſtinē: q̄d ad ſeq̄n
tē ḡdū ptinet · Reꝑhendūē eciā de q̄
buſdā īꝑfectionibȝ et tepiditatibus:
viȝ cū deberēt mgrī eſſe ꝓpē tpꝭ: rur
ſū f̄ā ſūt velut puuli q̄b9 lacte op9
eſt nō ſolido cibo. Hoc eñ rcē huic ḡ
dui aſſcribiē: qꝛ ſicut ſup̄ dcm̄ ē. ma i
feſta eſt hec hūana tēptatio nouis
militib9. ut eē ab īcipiētibȝ ſepe deſ
piciāē ꝓpē crebros caſus: donec diſc
āt artē cū hoſtibȝ pugnādi · Perueī
unt eñ aliq̄n hoīes bone volūtatis
ꝓpter leſiuam exercitationē iſtā ad
tantam cordis exulcerationem: vt
ne ſaltem leui quidē verbo benigne
correptionis attrectari poſſint: ⁊ nō
nūq̄ in hocipſo vſq; ad mortem per
mittente dei occulto iudicio pſeuerēt.
Hic eſt ſpiritualis ille morbus aīe.
q̄ frequēē a deuotarijs q̄buſdā vocē
nolimetāgē: ꝓpē cōformitatē corpora
lis morbi. q̄ ex frequenti tactu in pe
ius ꝓficit. Putāt q̄ȝ nōnulli inexpti.
hos xp̄i milites hac longa ꝯcertati
oē tabefactos. ꝓpē huiuſmodi venia
les defcūs a ſancto ꝓpoſito corruiſſe.
et quaſi nichil ſanctitatis habere: q̄
ſi vel vna die deberent cum eis talia
temptamenta ſuſtinere · omnino
deficerent. De hoc notabile habetur

exemplū in quarto libro vitaſpr̄m.
de quodā imperito ſene:qui iuuenē
quedā ſtolide corripuit.p eo ꝙ nouē
annis temptacionem fornicacionis
ſuſtinuiſſet:quaſi non eſſet dignus
monachi nomine· Sed cum abbas
appollo pie dn̄m exoraſſet.ut temp
tacio illa ſup eundem ſenem veniēt:
ſtatim hincinde cucurrit:heremūqꝫ
deſerere cupiens abire cepit· Tunc
appollō cū obiurgacōne ei dixit· Aut
ignoratus es a dyabolo vſqꝫ modo
aut contemptus:ꝓpter quod nō me
ruiſti ſm̄ virtutum vires habere cō
tra dyabolū luctamenta · Quid āt
dico luctamēta:q̄ nec vno die aggreſ
ſionem ipſius portare potuiſti. quem
iuuenis ille tanto tempore ſuſtinuit:
Ergo qui hec expti nō ſunt:alios fa
cile diiudicare non debent. Hinc eſt.
ꝙ apoſtolus in p̄dicta epiſtola fati
gatis diſcipulis rurſum conſolato
rie ſcribit.dicens· Confidimus aūt
de vobis dilectiſſimi meliora et vici
niora ſaluti:tam et ſi ita loquimur·
Non enī iniuſtus eſt deus:ut obli
uiſcatur opis veſtri.⁊c̄· Hoc autem
eſt firmiſſime tenendum:ꝙ ſicut eci
am ſup̄ dictū eſt· caritas minui nō
poteſt.ſed p̄t corrūpi·et hoc nō niſi p
actū pc̄ti mortalis· Si ergo predā
bellatores mortalit̄ non peccant:ꝗ
uis aliunde venialit̄ delinquāt· ſiue
p negligēciā vel ipaciēciā aut tepidi
tatem.aut quouis alio mō:nichil de
perit eis de p̄ncipali iā adepto carita
tis ḡdu· Sūt ergo nōnūꝗ rephēdēdi. tm̄
vene
radi:qꝛ valde difficilis ē ꝯflict⁹ iste i q̄
laborāt· Et hui⁹ figuā p̄ceſſit olim
in filijs iſrahel:q̄bus palee nō dabā
tur· et tn̄ idē nūs laterꝝ requirebat̄
ab eis· Ita et iſtis contigit· Nam p
ſingulos dies accreſcit eis labor.et
grā ſubtrahit̄:ymmo ad maiora ex
ercicia ꝗ antea paulatim vocāt̄ur.
Exponi eciā de iſtis p̄t illud ſapiētis
Melior ē vir peccans.ꝗ mulier bn̄
faciens:hoc ē.ſꝑ illud quod ē maius
in principali caritate.incōpabiliter
eſt melius illo qd̄ ē mi⁹:ꝗuis ſordi
datum ſit aliquibus venialibus deli
ctis· Sicut forte caſtrū.melius eſt
domo aliqua pulcherrima:licet ca
ſtrū cotidie oppugnetur et maculet̄
p aduerſarios· legitur de quodam
abbate magni meriti:qui cum quo
dam iuuene monacho et innocente
poſt mortem ad iudiciū dei venit· In
nocēs monachus ſtatim gloriā ad
eptus fuit· Abbas vero poſt amariſ
ſimū purgatoriū tandē ad celi pa
lacium pueniens:multo honorificē
cius ē receptus.et altius collocat⁹·
Hoc eciam eſt tenendum.ꝙ licet a
nime beate grauiſſime in purgato
rio puniant̄·tamē anteq̄m minimū
ḡdiolū caritatis amitterēt:mallent
in eodē purgatorio vſqꝫ ad finē ſeculi
pmanē· Nā ſi defalcaret̄ eis aliq̄d de
caritate:tūc ec̄ minuet̄ eis mces illa
eterna:qd̄ eſſꝫ incōpabile dāpnū· Pea
enī et ſi grauis ē.tn̄ ē tpalis·et mi
nimū gaudiū regni celeſtis plus le
tificat aīam racionalē:ꝙ q̄libet pea
licet grauiſſima ipam poteit affligere·
re· Patet:qꝛ ſi lucifer mīmo gaudio
celeſti frueretur:penam non ſentiēt.
Hic g° puei in ſcol' repħēdūt̄ et va
pulāt:nō qꝛ aliq̄d omiſerāt.aut obliti ſīt
eoꝝ q̄ didicerāt:ſꝫ qꝛ debito tempore

nichil ſupaddiderunt pro vt ex mo
re debuerant. Sic electi tempus ne
gligēter expendētes. nō ſūt ſine cul
pa neqȝ erunt ſine pena. quāuis iā
habitas ſancte caritatis diuicias ñ
amittant. quas vtiqȝ per virtuoſa
exercitia augmentare cotidie. iuſſi
fuerant. Ex quo patet. ꝙ ā pernici
oſi ſunt quidam ꝓficere nō curan
tes. hincinde poſt vanas conſolatiū
culas peruagantes. qui nōnullos
feruide proficere cupientes retar
dant. et a multis bonis opibus im
pediunt. Timent enim colaphos ſibi
in faciem dari: ſi quem melius ſe cō
uerſari conſpexerint. Hoꝝ figuram
prophetes ille ſenex habitans in be
thel olim geſſit. qui virum dei veni
entem de iuda in ſermone domini et
fortia agentem qualia ipſe nō pote
rat. ſuo mendacio reuocauit et dece
pit. Ait enim. Et ego propheta domi
ni ſum. ſimilis tui. Fefellit eum. et ad
caſum vſqȝ perduxit. Applica cete
ra vt vis. et videbis in malis ſuaſi
onibus bonam conuenietiam. Inue
nies eciā in fine illos deriſores cum
plāctu fallaci: quos ante habuiſti
feruide gracie tue ſubuerſoēs. Dicēt
qȝ. Heu heu mi frater. vbi eſt modo
feruoꝛ ſanctitatis tue. Euge euge. ꝙ
perfectus eſſe voluiſti. Quis tibi ſi
milis erat. Och deus eterne. quid a
maritudinis habet infelix expientia
verbi huius. Cito quaſi in momento
ꝑditur tante familiaritatis tue diu
poſſeſſa dulcedo. ꝙ vix nunꝙ in reli
quū duplex aut triplex laboꝛ pote
rit recupare languentis. Raro ad
te redit feruenter. qui ſemel a te diſ

ceſſit tepēter. Quā paucī ſūt qui
ꝑceptum tuū ſeruaē conanť ne cibū
aut potum vetitum inſumant. et ne
per viam qua venerunt ruſum re
dire preſumant. Quā plures heu
cotidie ſumus. qui nociua. curioſa.
infructuoſa ſuadente tepore. exper
iri velut mulieres impregnate fer
uemus. virtutum viam. ꝓpoſitumqȝ
ſacri ꝓfectus certamen currere vſ
qȝ ad ſpiritualem perfectionem te
pemus: ad ſolita vetuſte ſenſualita
tis primoꝛdia velut canis reuerſus
ad vomitum. reuadere nequaꝙ eru
beſcimus. Quare hoc. niſi quia ſicut o
lim ſenioꝛ quidam interrogāti fra
tri reſpondiſſe ferť. ꝙ ideo fratres
modo non ꝓficiāt ſicut antiquitus.
quia tunc vnuſquiſqȝ primū ſuum
ſurſum trahē nitebať. nūc vero qui
libet aliū deoꝛſum trahit. Et ſūt vti
qȝ multi in hoc ꝯcoꝛdantes. ꝙ reſpec
tiē pauci hodie ḡdū iſtū trāſcendūt.
Quidam dicūt. ꝙ habeat ſimilitudi
nem fluuij in q̊ plures natāt: ꝫ pau
ci ad deſideratū litus enatāt. Alij di
cūt. ꝙ ſit velut maē magnū et ꝓcello
ſūi q̊ mlťi nauigāt: ꝫ pauci ad optatū
portū ꝑueniūt. Alij dicūt. ꝙ ſit velut
mōs petroſꝰ. ꝑruptis ſcopulꝰ plenꝰ
quē plures ꝯſcēdē ꝓponūt: ꝫ vix du
o de toto iſrahel ſcȝ ionathas et ar
miger eius. hoc eſt pauci electi. ad
cacumen eius perueniunt. qui ma
nibus et pedibus reptant. ideſt qui
magnis deſiderijs ſtudium operati
onis iungunt. Neqȝ ideo hunc montē
conſcendunt vt ibi vacent ſpiritua
libus delicijs ſicut olim moyſes. et
helias. ꝙ adhuc illꝰ tpe necdū veīt.

ſed ut ibi fortius ⁊ quaſi deſperatū
bellum niſi deus aſſit inchoēt: et mi
raculoſe innumerabiles hoſtiū ca-
teruas diſperdant. Et q̄mq̄ huius
cemodi ſimilitudinibus. eadem facili
tate ad cunctos ſacre caritatis gra
dus poterunt applicari: tamē hanc
humanā ut ſic loquar victoriā. q̄m
rariſſima ſit. in ꝓmptu eſt videre.
Quis eſt ſic inter huiꝰ tēporis ꝓfici
entes ſuꝑius ita potens. ut poſtq̄
oīa iuxta exigēciā p̄dictorū gradu-
um bene fecerit. malit ſm̄ ꝓfeſſionem
huiꝰ quarti gradus pocius cōtemp
ni q̄ ꝓferri: pocius increpari q̄ reco
mendari. pocius egere q̄ abunda
re. pocius iniurioſo maxillam p̄bere
q̄ liber abire. pocius tedioſo et ing-
to ſeruire q̄ in quiete ſedere: pocius
delicijs ac alijs deſiderijs carere ad
que iſta humana temptacō impel-
lit. q̄ ea adipiſci. Et tamen omnia
hec condicōnē noſtre humanitatis
non excedunt. neqꝫ vincula. neqꝫ car
ceres. neqꝫ vulnera nobis ingerūt:
quinymo multi carnales hec ſibi mu
tuo vano amore impēdunt. Qui er
go in hac humana ⁊ leuiſſima mili
cia ſuccūbimꝰ: ad vere ſpūalia quō
valebimus? O ſi nobis daretur vel
ad modicū videre qualē gloriā in ce
leſtibꝫ xp̄i milites ꝓ hijs conſequūt:
mox vniuerſa velut aranearum te
la facillima redderentur. Igitur teſte
beato auguſtino: modicitas fidi. eſt
huiꝰ miſerabilis tepiditatis cauſa.
Sed non ꝓpter hoc ſtrenuus mi
les debet retrocedere quia paucos
habet concurrentes: ymmo debet eo
fortius inſiſtere. Glorioſiora enim
bella: ab euo ſemꝑ minori numero
bellantium ſunt confecta. Nec mul-
titudo virtutis indocta: ſed ars ⁊ ex-
ercitium ſolent preſtare victoriam.
Cum ergo tepidi. inertem quietem ꝑ
ſuadere viro bellatori volunt. nō ſūt
audiēdi: ſed pocius faciant ſicut ab
bas paſtor docuit. Qui habet tunicā
vendat illam ⁊ emat gladium: id eſt
qui habet requiem dimittat illam: et
aſſumat bellū contra dyabolū. Itē.
abbas iohānes cū aliquādo rogaſſꝫ
deū. abſtulit ab eo om̄es paſſiones:
et effectus eſt ſecurus. Et dixit cui-
dam ſeni. Video me quietum: et nul
lam habentem pugnam. Et ait ei ſe
nex. Vade roga deum ut iubeat in
te moueri pugnam: quoniamquidē
pugnando ꝓficit anima. Et fecit ſic.
Sancta quoqꝫ ſincletica nūq̄m ro
gauit dominū ut temptaciones ab
ea auferret: ſed ut pacienciā et vi-
ctoriam donaret. Confidenter quo
qꝫ ſcire debemus. q̄ nullibi ſecura ē
anima xp̄iana: niſi in tribulacione.
Multo em̄ plures ceciderunt ꝓſpe
ris elati: q̄ aduerſis fracti. Et ſimi
liter plures perierūt in ocio: q̄ in exer
cicio. Et btūs ābroſiꝰ dicit. Non debes
timere temptaciones. Eſt em̄ cauſa
victorie: materia triūphorꝫ. Btūs em̄
vir qui ſuffert tēptacōnē: q̄m cum ꝓ
batꝰ fuerit accipiet coronā vite: quā
repmiſit deus diligētibꝫ ſe. Et apo
ſtolꝰ in ſup̄dcā ep̄la ait. In diſcipli
na pſeuerate: tanq̄ filijs vob ſe offert
deꝰ. Quis eī filiꝰ quē nō corripit p̄r?
Oīs aūt diſciplina in p̄nti q̄dē videt̄
nō eſſe gaudij: ſꝫ meroris. Poſtea aūt
fructum pacatiſſimum exercitatis

per eam reddet iuſticie. Propter qd̾ re
miſſas manus et ſoluta genua eri
gite: et greſſus rectos facite pedib9
veſtris. Pacem ſectamini cū oībus
et ſāmoniam: ſine qua nemo vide
bit deum ⁊c̄. Hec oīa ſunt aurea v̾
ba: et īeſtimabili p̄cio ponderanda.
Valde ei fatigatū animū cōfortāt:
et vires graui tedio deſtitutas re
formant. Colloq̄a autē et tepidorū
ꝯſilia. q̄ tūc ſolent ſe maxie oſtenta
re ſi vel modice bellator delinquat.
oīo ſunt fugienda: qꝛ ſp animū deor
ſum trahūt et īfirmiorē reddūt. Di
cunt enī pax. pax: et nō eſt pax. Ve
rum de hijs āplius iudicaȓe non eſt
meum: vt ſcꝫ idrn̄t talia abiicienda di
xerī. Iā enī de v̾tuoſis hominib9 ac
deum timentib9 loquimur. In q̄bus
ſi aliqui minus feruide qn̄tū de ſoīs
datur ītelligi ꝯſentur: q̄s ſcit q̄les
intrīſicus ſūt? Quis affirmare au
deat eos in grā puſillos: q̄s ab eťno
p̄elegit deus? Pt eciā aliqn̄ feruor mi
ni9 eē: ⁊ ad v̾tutis bonū p̄ceps. Ne
qꝫ obliuiſci debem9 illi9 ſpectabilis
ſeníoīs magn̄ficū v̾bū: qd̾ turbato frā
rn̄dit: qn̄ pene ī deſperacōem corrue
rat ꝓpt̾ mētis ariditatē. Ait ei. Miſe
ricors de9 elcōꝝ meorū abſcōdit: vt ſe
paꝝ pfeciſſe ſuſpicētur: et ad vlteri
ora feſtinēt. Et ſicut eq̄s molā tra
hētib9 velātur oculi. ne frumētū qd̾
molere debuerāt fatigati ꝯſumant.
opari. qꝫ ceſſent: ſic elās nō paꝝ ex
pedit. ſi pfectus ſui menſurā neſciāt:
vt hoc timore iugit̾ de ſe hūiliter ſenti
ant. et amplius pficere ſtudeāt. In
hoc igitur ꝯſolemur: fideles qꝫ criſti
ſeruos q̄tidie pondus diei et eſtus

portātes. q̄ dui ī apta crimina non
cadunt iudicare timeam9. q̄n pocͦ
ſm̄ doctrinā bt̄i pauli apli. exhibea
m9 noſmetipos ſicut dei miniſtros in
multa paciēcia: in tribulacōib9. ī neceſ
ſitatibus. in anguſtijs. ī plagis. ī car
cerib9. ī ſedicōib9. ī laboribus. ī ieiu
nijs. in vigilijs. ī caſtitate. ī ſcīa. ī lō
ganimitate. in ſuauitate in ſpūſcō.
In caritate non ficta: in verbo veri
tatis: in virtute dei. Per arma iuſticie
a dextris et a ſiniſtris: p gloriam et
ignobilitatem: p infamiam et bonā
famā. Vt ſeductores: et veraces. Si
cut qui ignoti: et ꝯgniti. Quaſi mori
entes: et ecce viuim9. Vt caſtigati: et
non mortificati. Et h̾ ē t̾min9 ſū per
fectō huius q̄rti gd̄9. Capitulū. 3.

De pria te prin patus

Principacia caritas ſic dici pōt.
q̄ p eā mēatur hō q̄ ipam hū
erit aſſūi in choꝝ pn̄cipatuū: q̄ ē q̄n
tus in aſcēdendo. et 29 2e ierarchie:
cui correſpondet ſecūdus g̅dus cari
tatis pficientis. iuxta aſſignacōem
ſup̄ poſitā. Ipe ē q̄ntus. hoc ē medi9
toci9 ſepedcē nouenale diſtīctionis.
Grās agim9 benigniſſiō redēptori
noſtro. ſup īenarrabilibꝫ donis ſuis:
qui tot merendi vias hūano generi
diſpoſuit p ſe ipm in ſe ipo. Ipe enī
eſt qui ait. Sine me nichil poteſtis
facere. Et q̄ n̄ vēit poſt me: neſcit quo
vadit. Idcirco ſi q̄d digne ⁊ ut mate
rie ꝯueīt de hijs ꝓtulim9: ī ipm ēfun
dim9 a q̄ oīa. Nūc āt qm̄ ea q̄ ēſtāt
lōge vltra vires nrās ſūt: multo ā
plius nob ipis ſuſpā mane9. Si eī
neqꝫ de īfima caritate ſecū ſum9 loq̄
de ſupma cur p̄ſumim9? Nō g° mira
mur. ſi q̄s ī pn̄ciaꝝ nos d̾ſpicit: q̄ q̄

ad hec colligenda ob cuiuſdã dilecti
fratris inſtãciã licet inuiti ſatis de
uenebamꝰ. Et ſepe accidit:ut ſuſcep
tũ ꝓpoſitũ fallat nõ p̃meditata diffi
cultas. Deniqȝ ſi michi ipſi penitus ig
notus non ſum qđ toto corde ſencio
dico:in me accidie viciũ amplius ha
būdare puto:q̃m vane glorie. In in
ſipiēcia magna iterũ dico. Familiare
michi valde ē:cito reſpuere quicq̃d
difficultatē afferre videt̃. Quo igit̄
in hãc lõginquã et ignotã regionē
ineptus deueni:qui nec nãlia nec g̃
tuita hēo ꝑ tãtis floribus colligēdis.
Euenit ꝑ certo michi:qđ de vetulis
comicꝰ fat̃. Tacere neſciũt:ſed neqȝ
loqui ſciũt. Jeronimꝰ ad demetriadē
virginē. Multi iuxta vetus elogiũ
cũ loqui neſciant.tacere non p̃nt:do
cētqȝ ſcripturas quas nõ intelligũt:
et cũ alijs ꝑſuaſerint.eruditorũ ſibi
aſſumũt ſupciliũ:p̃us īpitoꝝ mgr̃i.q̃
doctoꝝ diſcipli. Ver ad hec ſupflua q̃
cepi qualitercũqȝ cõplēda.ex̃nea q̃dã
accedit nõ nc̃aria nc̃itas:mei ſcili
cet cordis tanta vãitas.fugacitas.
inſtabilitas. Hec michi gemitũ ac
dolorē inceſſant ꝑturiũt:tamē quia
melius habeo qñ ſacris lr̃is intendo:
idcirco ad ꝓpoſitũ.in xp̃i nõie ↄtinu
andũ.calamũ licet tremulus refle
cto. Primũ aũt tãte difficultatis ra
cio p̃oſtendēda ē. Supdã nãqȝ gra
dus et ſi de ſpũalibus tractãt:tñ vl
tra hũanã cõdicõnē metas ſuas nõ
extēdũt. Hic vero ⁊ ſequētes.oĩo ſu
ꝑ hũana.tãq̃m ſpũalia ſpũalibȝ cõ
pantes:ſublimit̃ trãſuolare noſcũ
tur. Scimus ſcm̃ viꝝ iob p̃mũ bellũ
facile ſupaſſe.dñmqȝ bñdixiſſe:ſȝ pꝰ
q̃ ſcđm incepit qđ ad iſtum gradũ
ſpectare videt̃.iteꝝ pacient̃ ſuſtinu
it:ſiluitqȝ ſeptē diebus. Poſt hec ve
ro apuit os ſuũ et maledixit diei ſu
o:dicēs. Pereat dies in qua natus
ſum:⁊c. Quis hic nõ contremiſcat:
Quis hic tantũ viꝝ oēs ſupdc̃os g̃
dꝰ ꝑdidiſſe ꝑiter nõ diceret.qñ iſtũ
cum tot maledictionibȝ inchoauit:ſi
ip̃m diuinũ teſtioniũ apte non iuſti
ficaſſȝ: Similit̄ dicit ieremias.caͦ.
xx:qui in vtero ſc̃ificatus fuit. Non
ne de multis ꝓbatis hoībȝ cotidie ti
mere ſolemus:qñ pꝰ lõgã ⁊ bonã vi
tam in verba maledicta ac impaci
encie plena ip̃os corruere videꝰ: Et
ut de vicino loq̃mur:ante paucos ã
nos p̃latus q̃dam valde catholicꝰ.
cũ ſe et oĩa ſua ꝑ zelo aĩaꝝ expoſu
iſſet:neqȝ vincula neqȝ carceres ꝑ
defenſione iuſticie timuiſſȝ: nõne pꝰ
q̃ in tribulacõne ſua ſenſus amiſe
rat.neqȝ ꝑ miraculũ.neqȝ ꝑ reuela
cõnē iuſtificatus fuerat:nõne ꝑiter
omēs timuiꝰ.q̃ eius ꝓceſſus deo nõ
placuiſſet: Quãto magis de ſcõ iob
idem ſuſpicati fuiſſemꝰ:ſi ut dc̃m ē.
a dño excuſatus nõ eſſet: Jã ſi pla
cet.dicat facilia eē.que huic gradui
congruũt. Puto q̃ nõ p̃ſumat:ſi vel
paꝝ intelligencie habuerit. Intrãdo
igit̄ materiã hanc.dicamus cũ timo
re dñi:q̃ ſcḋm aſſignacõnem ſupiꝰ di
ctam.iſte quintus gradus ſcē cari
tatis tũc in amicis dei incipit excre
ſcere:qñ vltra hec q̃ de quarto g̃du
dc̃a ſũt.ita notabilit̄ roborantur.q̃
pellem ꝑ pelle et oĩa q̃ habent ꝑ dei
amore cupiũt impēdere. Hoc eſt.q̃
diſponãt ſe ad corpale martirium

pacienter et fortiter ſufferendū.vel
aliquod aliud eqȝ leſiuum:non ob
ſtantibus grauibus temptacioni
bus que huic negocio magnifico ſe
ſolent īmiſcere.Hinc btūs greg⁹.di
cit:ꝙ ſunt nonnulli qui acceptis v̓
tutibus eciam electorum hominum
merita tranſcendunt.Cūqȝ et bōis
meliores ſunt:electis q̊ȝ fratribus
principātur.Quo ergo iſti ſortē ſuā:
niſi inter principatuum numerū ac
ceperunt:Iſti enī merito mgrī dicēdi
ſūt.qui ſic in omni ↄuerſacōe ſua ſe
gerūt:vt qd̓ reprehendi poſſit nō le
uiter inueniatur:ſȝ qd̓ imitabile ſit
a cunctis venerētur.Vn̄ in vita bea
ti āthonij.legitur:ꝙ nūꝙ̄ hilaritate
nimia ī riſum ſolutus eſt.nūꝙ̄ re
cordacione pcīi triſtia ora cōtraxit.
non nīginis ſtupencium ſe elatus ē
laudibus:nichil in illo indecens ſoli
tudo.nichil aſperȝ q̊tidiana cū hoſti
bus bella ↄtulerāt:tēpata mens eq̄
li ad cuncta ferebatur exāīne.Et be
S. mecht
ata mechthildis d̓īnit⁹ ſibi reuela
tū dixit:ꝙ q̊ ī ecc̄ia ceteris p̄lati.offi
ciū ſibi ↄmiſſū bn̄ miſtrāt.aīaȝ lu
cris die noctuqȝ īuigilātes.et tradi
ta ſibi talenta duplicātes oī q̄ pñt
diligēcia:Hij cū pricipatibȝ ī quīto
ḡdu ꝓ labore ſuo regni gl̄aȝ poſſide
būt.Hec āt optīe ↄcordāt.Nā q̊ cete
ris meliores ſūt:ad p̄laturas vocā
di ſūt.Et nēo digne ī p̄lacōe miſtrat:
q̊ ꝓ ouibȝ ſanguinē fundē ā alia ex
ercitia eqȝ ḡuia ſū agēdo ſū pacien
do ꝓ eiſdē īpēdē recuſat.Hec magna
reuera ſūt:ac oī laude p̄dicāda.Ne
qȝ h̄ de vicijs ā negligencijs ſit men
cio:qȝ ꝗ ſi p̄lati h̄mōi n̄ ſūt ſiē oī per

cato.tn̄ illa ſūt adeo pua vt ā n̄ ap
pareāt ā falce q̊tidiāi martirij h̓ ē
laboris ſū paāe ple purgēt:ā ꝓt re
uerētiā officij n̄ īputēt.Hic ē.ꝙ apl̄s
dic.Spūalis oīa diiudicat ꝗ ipē a
nullo diiudicat:idq̄ vē ſpūal̓ē n̄ ſi
cte.q̊ ꝑ ſup̄dcōs ḡd⁹ reglarit ſpūſcō
duce ad hāc grāz ꝑficiēdo pueit.Et
ſicut ſupra ꝑrimo ca.º dictū ē.ꝙ vēi
ſimilit̓ pauci ad illū ḡdū ↄplēdum
pertingāt:tamen adhuc pauciores
ad iſtū.Hoc enim ſemꝑ tenēdū ē in
dubitāt:ꝙ qn̄to ſūt aliq̊ ſanctiores
tāto ſūt pauciores.Et q̊cq̊d poteſt
inferior gradus h̓ eciam p̄t ſupior
et meli⁹:et adhuc aliq̊d vltra.Iuxt
ſn̄iam boecij dicētis.qd̓ p̄t po iferior.
p̄t ꝗ ſuperior.Vn̄ et ob h̓ ꝗuis iſti q̊i
h̓ quīto ḡdu ſūt ↄſtituti.hēant dig
ni ad prelaturas:tamē teſte beato
gregorio.caucius agunt ſi ad eas
declīauerīt:donec ad ſtatū caritatis
pfecte pueniant.Qui eī adhuc ī ſuo
proprio ꝑfectu ſollicitare habet ne
ceſſe:et ſi bonus ē ꝓ ſe ſꝫm gen⁹ ſuū.
tamen adhuc in oī congreſſu temp
tacionū decoctus mīme eſt:et ideo a
lios non poteſt ſecure docere hoc qd̓
ipē exptus non eſt.Hinc exiuit com
munis ſn̄ia omnium ſcōꝶ patrū:ꝙ
ars arcium et ſcīa ſciarum eſt.re
gimē animarum.De quo īfra dicet.
Dictū ē eciā ſupra ꝙ iſti ḡd⁹ mutu
o ſe reſpiciunt ꝗ examinant:et er
go iſte ſecundus ḡd⁹ caritatis ꝑfi
cientis examinat ſecūdū ḡdū īcipiē
tis.Sup enī illd̓ qd̓ ē ſupi⁹:exaīat ꝗ
dirigit illd̓ qd̓ eſt infei⁹.In illo enim
ſecundo gradu incipientis caritatis
dictū fuit de plena abrenunciacōe

ſeculi et mortificacōne viciorꝝ ꝑ tria
vota religioīs. aut alia exercitia eq̄-
ualēcia pfectarū virtutū ſcḋm modū
illum: ꝓpter qḋ monach⁹ dicit̄ quaſi
mundo mortu⁹ aut martir cotidia⁹.
Quia tn̄ tanta grā nō pt̄ cōſūmari
ſine magnis temptacōībꝫ. neqꝫ ſcit̄
an bene radicata fuerit. ideo iſte gͣ-
dus illū examinat: et vult inquire-
re nō ſolū voluntate ſed eciā ope. an
vere mortificatus ſit an non. Inſur-
gunt ergo noue temptacōnes in aī-
mo contra oīs ſacre religionis re-
gulas et conſuetudines: et incipit di-
ſplicere quicqḋ antea placebat. Te-
det orare. legere. cātare. laborare. obe-
dire. hūiliari ꝯtinēter viuere: et breui-
ter oīe qḋ ſacra inſtitucio ꝑ aīarū
ſecuritate ſanxiuit. tāq̄ ſit fatuū et
inutile ſic amareſcit: q̄ cōuictus fra-
trū et monaſterij clauſurā que fuit
ante velut paradiſus. iā bellatorē iſtū
ita affligit ꝑmittente deo: ut pocius
in carcerē et mortē ſe tradere raciona-
biliter optaret: q̄ illa vſqꝫ ad plenā
victoriā ſuſtinere. Addit nō ꝑuam
tribulacionē tribulacioni. q̄ oīa hec
in tanta oportet paciēcia ſuſtinere.
ut nichil de ſuperioribꝫ exercitijs mi-
nuat: ymmo et plurima inſolita ſup-
addat. ne pfectui ſuo obicē ponat. aut
ꝑuulos ſcādalizet: qui ipm tāq̄ ſpi-
ritualē ex aīo verāt et imitari co-
nātur. Neqꝫ ſufficit hic iniurias pa-
cienter ferre ſicut in ſupradco gradu:
ſed vltra hoc oportet. q̄ ſicut aduſari-
us induſtrioſe machinat̄ diuſa mul-
ta mala eciā vſqꝫ ad corpale marti-
riū: ita vir iſte ſpūalis et īclitus bel-
lator ꝑ viribus et vltra vires econ-
tra reddat omne bonū toto corde et
ſinceriſſimo affectu: ſciens qm̄ cari-
tas non ſolū paciēs eſt. ut aduerſa
eq̄nimit̄ ſufferat: ſꝫ eciā benigna. vt
ipis aduſarijs bona ītribuat. Qui
in hoc leſiuo cōgreſſu ſeipm ſpūalit̄
et virilit̄ ſupgredit̄. merito pncipes
dici meretur: et ideo iuſte cū celeſtibꝫ
pncipatibus corona glorie decorabi-
tur. Excreſcit hec moleſta tēptacio
non ſolū quo ad humanū cōuictum.
ſed eciā quo ad oīa alia virtutū ex-
ercicia: et quocūqꝫ ſe vertit ita homi-
nē exercet ut nō ceſſet ipm purgā-
do excruciare: donec martirio corpali co-
equetur. Si igit̄ cōtra ꝓxim inſur-
rexerit: ſic affligit paciētis animū. ut
vix cōtinere ſe ab apertis iniurijs p-
ualeat. Et ſi tūc ipm vel ſemel benig-
ne aſpicere poterit. rē magnā fortit̄
fecit: ſi dulcit̄ ſibi loqui poterit: iā ta-
le opus nūq̄ oībus diebus vite ſue
patrauit. Si deniqꝫ ꝑ eo orauerit
aut aliquod bn̄ficiū impenderit: iā in
eo crucifixi imago refloreſcit. Ecce
quomodo cū pfectu virtutū. creſcit
et tēptacōnū immanitas. Quis hec
niſi expertus crederet: Quod in iuuenili
pfectu facillimū erat: in virili ſupra
modū excandeſcit. Audiet hec diſſo-
lutus quilibet et inexpertus. et deride-
bit: qui ſibi hoc futurꝝ foret impoſſibi-
le. Audiet feruidus et tn̄ adhuc īex-
ptus et mirabit̄: qui vix eſſet credibi-
le. Audiet pbatus et expertus et pa-
uebit: q̄ ſcit qḋ miſterij. qḋ periculi in-
tus latet. Et ut breuit̄ hec clareſcāt
eſt ſciēdū: q̄ qm̄ exercicia virtutum
magnarū fiūt cū facilitate aut iocū-
ditate: tūc ꝑtinēt ad ſtatū īcipiētiū

aut pfectoꝝ· Pueri eñ et ſenes ha-
bent quādā ↄformitatē adinuicē:qꝛ
nullus grauis labor ab eis reqrit:
neqꝫ ad bellum ꝓcedunt· Sed qñ
eādem exercicia ſiūt cū notabili dif-
ficultate:tunc ptinent ad ſtatū pfi-
cientiū· Et ſcḋm ꝙ illa difficultas eſt
maior aut minor:ſcḋm hoc eciam eſt
correſpondencia ad gradū altiorē ꝟ baſ-
ſiorē· De hoc ſic dicit greg· In ichoa-
cōe bone vite pueniūt blandimen-
ta dulcedinis:in medio ſuccedit cer-
tamē temptacōnis:ad extremā vero
pfectionē ſeqtur quies cōtemplacio-
nis· De hoc habet notabile exēplū
in actibus aploꝝ:vbi legit ꝙ ibant
apli gaudentes a cōſpectu conſilij:q-
niā digni habiti ſūt pro nomine xpi
cōtumeliam pati· Et mirabilis fer-
uor erat in illis octo milibus ſubito
cōuerſis:intm ut cum gaudio rapi-
nam bonoꝝ ſuoꝝ ſuſciperent· Sꝫ
quātas difficultates·infirmitates·
temptacōnes ac leſiua ſcādala ſuſ-
tinuerunt.anteꝙ ad vltimatā pfe-
ctionē ſuccreuerunt:neſcit nemo qui
ſacras litteras legit. Et eſt cōiſſima
ſententia oīm ſcōrum patrū:ꝙ ſine
dolore et labore nemo efficit virtuo-
ſus. Et arſeniꝰ ait.ꝙ impoſſibile eſt
hominē ſine fletu eē:aut hic aut in
futuro flebit. Saciꝰ eſt ergo hic vti-
liter laborare.affligi et flere:ꝙ illic
inutiliter· Similiter cōis ſentēcia
ſanctoꝝ eſt.ꝙ nemo regulariter lo-
qndo.de puo repente fit magnꝰ:neqꝫ
hoc eſt opꝰ vnius diei.ſꝫ pluriū· Et
ergo qñ huiuſmodi grē pingues dā-
tur alicui in pñcipio ↄuerſionis ſue.
non ob hoc ſtatim eſt aliqs magnꝰ

iudicādꝰ:ſꝫ ē velut delicata ſpōſa ex-
iſtimādꝰ:cui pmū dant arre.et de-
nodia pcioſa.et pia blādimēta:ne a
futura filioꝝ tā doloroſa pturicione
ac educacōe expaueſcat· An nō re-
cte ſimilitudo hec ad martiriū reſpi-
cit:qñ ↄmunit licꝫ ī die ſollēpnitatis
ſue ſoleāt ſpōſe ſeipſas deflere.alijs
oībꝫ ridētibꝫ et gaudētibꝫ· An nī ī ip-
ſo eodē āno cōiter vltr illas vehem-
tes nature pſſuras eciam in piculo
corporū ſuorū erunt· Sic et de quo-
libet ſpiritualit pficere cupiēti anꝙ
ad verā pfectāꝝ plium·i·virtuoſaꝝ
opacōnum parturicōnē ſuccreuerit:
nō ſemel neqꝫ bis.ſꝫ innumeris vici-
bus amariſſime torqbitur:nedū cū
piculo corpalis martirij:ſꝫ eciā men-
talis pdicacōnis oīm graciaꝝ:niſi
deꝰ ſingularit auxat· Ach quot flebi-
lia de hoc exēpla hēmus· Gaudeāt
ergo et rideant ſi volunt quos non
tāgit negociū iſtud:nos vero q huic
delicate ſponſe cōpati ſumus.qui p-
cioſas margaritas·i·ſpūales graci-
as pcepimꝰ.qui ſacre religionis a-
nulo ſubarrati ſumꝰ:qui firmā fidē
dedimꝰ ut iugit pficere et ad verā p-
fectionē tendē velimꝰ:nos inquā de
nrō martirio indubitāt futuro nō ſn
lacrimis trepidi cogitemꝰ:qtenꝰ ali-
qñ dño iuuāte plē ſempitne felicita-
tis gignē mēamur· Nū iſtud exerci-
ciū nullū reputemꝰ ſecurū gaudiū
nos hrē poſſe:alio qñ ī extrēo luctꝰ
nos occupabit. Oēs eī ↄſolaciūculas
qs ſtudioſe ↄfingiꝰ p qlicūqꝫ rlcua-
mīe īfirmitatis nrē.et ſi meior nō
nūꝙ fiāt:tñ plene aīm ñ ↄſolātur poſt
luctū iſtū. Hō nōt apls cū dicit:qi triſtes

ſemꝑ aũt gaudẽtes/quaſi dicẽt· tũc
vere gaudem⁹ qñ triſticia nrã verſa
eſt ĩ gaudiũ: quia añ hoc ſemꝑ gau-
dere non poſſumus. Sunt preterea
diuerſa virtutũ exercicia. que corpo
rali martirio cõpant᷑: et oĩa illa ad
iſtũ gradũ ꝑtinẽt· Primũ eſt grãs
agere in magnis et ꝑſeuerantibus
infirmitatibꝫ: ⁊ pacienter ſuſtinere
cum interno conflictu temptacõnũ: vt
eſt lepra. paliſis magna. morbꝫ ſan
cti anthonij. ſci cornelij: ⁊ alij ſimiles.
qui ipõ primo auditu nãꝫ horribilit᷑
terrẽt· Talia diu ſuſtinẽ ẽ magne ꝑ
cie: et martirio cõpat᷑. ſꝫm illud· Me-
lior ẽ mors ſecura: q̃m lãguor ꝑſeue
rãs· De hijs multa exẽpla hñt᷑: vi-
delicꝫ de lazaro. ſeruulo. ac alijs plu
ribꝫ: q̃ oẽs moẽ martirꝝ ſtati p⁹ mor
tẽ euolarũt ad ꝑadiſi celeſtis gau-
dia· Scdm ẽ ꝑacĩa in magnis iniu
rijs et ꝑſecucõibꝫ: qñ ſcꝫ adeſt facul-
tas vidẽ cũ impulſu ꝗuis tẽptacõ
nis: tũc ſe continere nichil aliud eſt
q̃ ꝓpriũ ſanguĩe fundere· Talis fu-
it in dauid contra ſaul· Quartũ eſt
caſtitas in delitijs hĩta oĩ oportuñta
te fornicãdi cũ ardẽti tẽptacõne libi
dinis: qualis fuit ĩ ioſeph: de quo dr̃.
Ferrũ ꝑtranſijt aĩam eius: nõ ſolũ q̃
ad tribulacõnẽ iniuriarꝫ· ſꝫ eciã quo
ad incredibilem ardorem libidinis:
ꝓpter maleficia quibus egipcia ĩcã-
tabat eũ. Quintũ ẽ ꝑſiõnia in ꝓprio
domate cũ deſpcũ magno illorꝫ q̃ iu-
re deberent venerari: talis fuit in al
lexio· Sextũ ẽ obĩa in arduis cum
obluctacõe nãliũ: talis fuit in abra
hã et mauro et alijs m̃ltis/ Septi-
mũ ẽ obſuãcia regule moñaſtice iux̃

ſcõꝝ pnm̃ intẽcõnẽ inoffẽſo ꝑede: de q̃
aliq̃d laci⁹ placet loq̃· Tripliciť em̃
aliq̃ ꝯũſant᷑ in religione· Primi ſũt
qui regulã ad lrãm ſuãt. extẽdẽtes
deſideria ſua ad oĩa q̃cũqꝫ ꝑmĩt: nichil
negãtes neqꝫ oculis neqꝫ vẽtri ſuo:
dũmodo directe regula nõ obſiſtat
eis· De hijs dicit btũs bernard⁹: q̄
ſunt genus tepidiſſimorꝝ monacho-
rũ: quia nõ ſũt cõtẽti habere ſufficiẽ-
ciam· inſuꝑ eciã ſuꝑflua requirunt:
⁊ ſi plus poſſent pl⁹ facerẽt· Hij nõ
cõpant᷑ martiribꝫ: q̄ et ſi in religioẽ
viuãt. nõ tamẽ viuũt religioſe: ym
mo plurimũ de ipõꝝ ſalute formida
tur· Vix em̃ aliq̃d grẽ hrẽ vident᷑: ſꝫ
quaſi ſeruili timore cogant᷑. ſic ince-
dunt murmurantes· clamantes· di
ſputantes: ſi a ſolitis ſuꝑfluitati-
bus arceantur· Secundi ſunt qui
regulam humano modo obſeruant:
cum graciarum actione ꝑcipientes
que ſufficiunt ad cotidianũ victum
et veſtitũ. nichilqꝫ ſuꝑfluitatis am-
bientes: et ſi que talia aſſunt. velut
non habentes ſunt vel vtẽtes. ſemꝑ
parati ad reſignandum: pacifici q̃
eti. iuſte ac pie viuentes: nichil tam̃
interim ſtrẽnuitatis eximie ꝑagen-
tes· Hij diebꝫ iſtis tulerunt laudũ
ꝑconia in religioſis domibus: qm̃ de
fecit ſanctus: et priſtina caritas re-
friguit· Qui em̃ ita hodie viuit. ve-
lut ſũmus aliquis ſanctus reputa
tur: q̄ rarus valde eſt. q̃ de illa car-
nalitate et curioſitate ꝑdcã nichil in
tmiſceat· Et q̃mq̃ teſte btõ bnardo
iſti boĩ ſint. tñ adhuc iſtũ quĩtũ gdũ
nõdũ attigerũt: neqꝫ martiribꝫ com
pant᷑: niſi forte ꝑ aliq̃ occulta exẽcicia

aut diuturnitate tpis id ſuppleat:
qd' min⁹ de cotidiano pſcū hnt. Ter⸗
cij ſunt regulā ſpūaliter ſuātes: ita
incedentes quaſi de nouo pfecte di
ctauerint: qui non ſolū ſupflua abi⸗
ciunt. ſʒ eciā licita ſibi interdicūt: coti
die creſcentes in augmēto boni ope⸗
ris: nichil carnale nichil terrenū ad
mittūt. niſi quātū nccitas ipſa extre
ma nature reqrit. Et ſicut quidā ad
lautiora fercula ⁊ pcioſiora cleno⸗
dia ſollicite anhelant tn̄ ordinate:
ſic iſti ſuperogāter ſemp ſeipſos de⸗
ponunt et humiliāt. viliora queqʒ ⁊
ſimpliciora ſumētes. Neqʒ ceſſant
reluctātē animū caſtigādo ſubmit
tere quātūcūqʒ eciā dure inſurgat:
donec ipſū plene ſubiciant dine mo⸗
cioni et regulate racōni: vt tāq̄ be⸗
niuolus ſeruus pmpte obediat. Si
quid gracie cogūtur accipere: ōnino
alijs pocius fauerent. Et iuxta ſen⸗
tenciā bti greg. ſicut ſeculares pitu⸗
ras colligūt diuicias et obſeruant:
ſic iſti ſtudioſe cuncta contēpnē mo⸗
liunt: ut altiſſima ipſoꝝ pauptas ī
ſpūales diuitias excreſcat. Hij ſm
beatū bnardū ſunt veri confeſſores
et imitatores xpi: et nō īmerito mr⸗
tiribʒ comparantur. Eſſetqʒ eis ſuaue
ſemel carnē ipſam p xpō dare: quā
tantis cotidianiſqʒ exercicijs p ipō
crucifigūt cū concupiſcēcijs ſuis. Hic
de martino ſcō monacho et epō. ſul⸗
pici⁹ teſtatur: q tāta diſtrictōe car
nem ſuā macerauit: q ſi occaſio mr⸗
tirij ſe obtuliſſet in medijs flāmis ri
ſiſſet. Pariformit de ōmbʒ alijs ex⸗
ercicijs pfectarum virtutū dicē poſ⸗
ſumus: q tunc ad iſtū gradum per⸗
tineāt: qn ſm dictamen diuine ſapi⸗
encie que cuncta vſqʒ ad vnguem
moderatur in numero pondere ⁊ mē⸗
ſura cum tāta difficultate veniunt.
vt corporali martirio coequari meri⸗
to credātur. Ab hoc ergo gradu glo
rioſos et iuſte vite milites exclude⸗
re non audemus: qui diu timorate
vixerunt et cotidie bellicos labores
ſiue p fide ſiue p iuſticia ſubire nō
formidant. qūis eciam ſanguinē
ſuum non fundant: ſicut olim ma⸗
chabei. Similit nec excludere debe⸗
m⁹ deuotiſſimas quaſdā mulieres.
in thoro ꝯiugali p nccitate vocacio⸗
nis ſue ꝯſtitutas: que in hocipſo cri⸗
ſto ſeruiūt: q ples non ſine minori
leſione ad dei gloriā paciētiſſime p⸗
turiunt. q eſt corporale martirium.
Status em̄ ſanct⁹ ē: ⁊ ſex⁹ ⁊ officiū.
Neqʒ de⁹ acceptor pſonaꝝ eſt. Quā
ta em̄ verecūdia et caſtitate et deuo
cōne tales effloreant. qui ſcire volue
rit: legat ſcāꝝ mulierū vitas. ſare. re⸗
becce. debbore. iudith. heſter. olde. he⸗
lene. elizabeth. āne. birgitte. aliarū
qʒ ſimiliū: ⁊ inueniet eas nedum ad
iſtum gradum pfeciſſe. ſʒ eciam ad
ſublimiora conuolaſſe. Nonne olim diuinit⁹
magn⁹ ille macharius audiuit ſibi
dici. q nōdū peruenerit ad menſurā il
larum duarū feminarū q̄ in alexā⸗
dria morabātur: et erāt coniugate
dormiētes ſingulis noctibʒ cū viris
ſuis. nccitate tn̄ pocius q̄ volupta⸗
te. Veniēs ptrea idē vir ſanctus
ad eas. cū didiciſſet vitā earū: excla
mauit letabūdus dicens. In verita⸗
te non eſt perſonarum acceptor de⁹:
ſʒ in ōni ſtatu qui querit ipſū inueit.

Qz aūt hec nō ſūt incredibilia:ſatis
pz:vſqz hodie ī qbuſdā deuotis mu
lieribz. Similiť nō ſūt excludēdi ab
hoc gradu qdā v̄tuoſi p̄reſfamilias.
ſiue alij qcūz layci.et p̄cipue ruſtici
ſcē vite:q ī ſudore vultus ſui veſcūť
pane ſuo.laborātes nocte ac die ulť
vires:vt ī vocatiōe ſua dn̄o deo dig
nos fruct9 exſoluāt. Quot aūt gra
ues exactōes ſuſtinē hn̄t.⁊ q̄ ſit cōe
dieb9 iſtis vt ōmb9 iuſticiā faciāt
et a nullo iuſticiā expectēť.q̄ qz du
rū ſit martiriū qd qtidie portāt.ille
meli9 narrarē poterit q id expiť. Hec
pauca de multis dcā ſufficiāt:q ad
hāc cōueniēciā corpalľ martirij.ad
alia exercitia eqpollēcia. Cōſtat eī
q̄ corpale martiriū nō ē de nccītate
hui9 grad9:alioqn nemo ipſū hr̄e
poſſz niſi realiť occiderēť:ſʒ ſufficit p̄
pacio cū cum pfectu fortitudīs nc̄ie
ad hoc ipſū. Hoc ē dicere:q̄ ita fortiť
deū diligat q̄ ſufficiēs ſit ſe dare in
mortē pmpte pp̄ ipſū qn̄ hoc regu
lariť eſſet faciendū:ſic ſcī martires
fecerūt. Qd ſi hoc non cōtingit.tunc
ſufficit patus animus cū alijs exer
cicijs:q dn̄s deus eque diligit ſic ipz
martiriū. Si aūt queraťpenes qd
debet homo hoc ſcire.an vicz ad id
idoneus ſit.et qn̄ temp9 debitū et lo
cus hoc reqrat: Dicēdum q̄ non eſt
nc̄e de hoc īquirere. Spūs eni ſan
ctus qui in talibus habitat ipſe ſo
let miſteriuz iſtud reuelare electis
ſuis:et ad hoc eos efficaciter moue
re non ſine grandi admiraciōe ipſoz:
ſicut eciā de introitu religionis ali
cuius ardue ſolz exēplificari. Qui
enī heri et nudi9tercius oio auerſi fu

erunt:hodie mirabiliť feruēt. Qd ſi
ita eſt ī modico:quātomagis ī mag
no erit.eodē ſpū coopante: Similiť
neqz p̄latura eſt de eēncia hui9 gra
dus:qz alias nemo ipſū hr̄et niſi eſ
ſet p̄latus qd ē abſurdū:ſʒ ē de con
gruencia pp̄ter fortitudinez carita
tis:que in p̄lato tāta eē debet vt pa
tus ſit animā ſuā dare p oib9:aut
etiā pp̄ exercitia alia eque difficilia:
que quotidie p̄latis incūbūt. Et ſcdz
iſtū ſenſū eſt intelligēdū dcm̄ beate
mechthildis ſupius allegatū:ſcz q̄
hmōi p̄latis debeť aſſociatio cū prin
cipatib9 ī celo. Nichilomin9 btūs gre
go.ſeruat officiū p̄lacōnis ſtatui ca
ritatis pfecte:pp̄ magiſteriū illud
magnū ipſ p̄latis neceſſariū q ad
regimē aīaz:vt ſup̄ dcm̄ ē.⁊ infra
plenī9 adhuc diceť deo volēte. Sz
ɔtra iſtud fortiſſime inſtaťvicz q̄
mr̄tiriū ad iſtū qntū gdū n̄ ptineat.
Dcm̄ ē eni ſup.q̄ aureole ad ōnes
choros indifferēter ptineāt:ergo vi
deť etiā q̄ martiriū ſimiliť:optz enī
q̄ meritū corrn̄deat p̄mio. Qd aūt au
reole ad ſiglos choros indrn̄ť ptine
ant.ex hoc ſatis pz:qz aureola ē me
ritū accn̄tale. Si ergo accn̄s ē.dz ī
drn̄ť oib9 eē cōis.niſi forte ſac ſcrip
tura aliquē choz excipiat:qd nō cō
ſtat mi fallax:ergo eē martiriū dz eē
oibz gradib9 eq cōe. Pbať idē p illud
ſaluatoris:luc.17. Qui me erubueit
⁊ meos ſmoēs corā hoib9:hūc fili9
hoīs erubeſcz cū veneit ī maieſtate
ſua corā p̄re ⁊ āgel eius. Ergo vidr q̄
ad oēs ī gra exn̄tes ptineat martiri
um ſi occaſio ſe p̄beat:nullū eī exci
pit neqz pfectum neqz imperfectū.

Eadē quoq3 ꝗ̄lītate dcīn̄ ē.q̄ ꝑdi
derit aīa3 ſuā ꝓp̄t me.ī vitā eternā
cuſtodit eā.cū alijs multis ſimilib9.
Quō igit̄ hic dicit̄.ꝙ martiriū ad hūc
quintū gradū ſpēalit̄ ꝑtineat? Di
cēdū.ꝙ aliq̄ putabāt ꝙ corꝑale mr̄
tiriū eſſet ſimplicit̄ dicē do ſine oī di
ſtinctōe act9 ſūme ꝑfectionis: ꝓp̄t il
lud ioh̄.15. Maiorē caritatē nemo
h̄3:ut aīa3 ſuā ponat q̄s ꝑ amicis ſu
is. Et g° ꝯn̄t dixerūt.oēs mr̄tires eē
ſūme ꝑfcōnis:⁊ ī choro ſeraphī eq̄lit̄
locādos. Sz iſtd̄ n̄ p̄t ſtare:q2 dilige ē
act9 ꝑn̄cipal̄ caritatis:q̄ ē ſupma v̄
tus. Et iſte act9 q̄ ē dilige ē ita excel
lēs.ꝙ nūq̄ in hac vita plene ꝑfici p̄t:
ſ3 ī futura. Martiriū āt ē act9 forti
tudis:q̄ ē h̄ ꝑfectibil̄ ⁊ ī futuro n̄ erit:
nec eē aliq̄d h̄3 meiti n̄ inq̄tū ex dile
ctione ꝓcedit:ſm illd̄ apli.p̄.chori.
13. Et ſi t̄dideō corp9 meū ita ut arde
am:caritatē āt n̄ hūero:nl m̄ ꝓdeſt.
Quare ſeq̄t̄ ꝙ dilige ē ꝑfecti9 q̄ꝫ pa
ti:⁊ mag̃ dilige ē ꝑfecti9 q̄ꝫ mag̃ pa
ti:⁊ ſūme dilige q̄ꝫ ſūme pati:ſic ſa
nai ē meli9 q̄ꝫ mederi:iux̄ illā regulā
cōiſſimā ꝓp̄t qd̄ vnūq̄dq3 ⁊ ipſū ma
gis. Dilāo ei n̄ ē ꝓp̄t mr̄tiriū:ſ3 econ̄
martiriū ē ꝓp̄t dilcōnē. Sic terill9 ē
ꝓp̄t oculū. Finis em̄ ē pocior q̄ꝫ ea q̄
ſūt ad finē:ſic ſanitas pocior eſt q̄ꝫ
mediāa. Alij dixerūt.ꝙ martiriū n̄
poſſet eē alicui9 g̃d9 inferioris carita
tis.ſ3 cuiuſdā emīnētis.citra tū ſup̄
mū:ita viz ꝙ n̄ req̄reret̄ ſūma cari
tas ꝑ tolerācia martirij:ſ3 tū q̄da3
nōbilit̄ mag̃ ī q̄ oēs martiēs ꝯueni
rent:ſic ꝙ null9 eēt inferior illa quin
ad min9 eā h̄rēt:iux̄ illd̄ apoc̄.6. Vi
di aīas interfectorū ſubt̄ altare:quaſi

in vno loco et eiuſdē meriti. Sz iſtd̄
ſimilit̄ non p̄ōt ſtare:q2 actus extei
ores nō pl9 h̄n̄t de merito niſi inq̄tū
ꝓcedunt ex habitibus meritorijs:⁊
ſm ꝙ illi interni habitus ſunt ma
gis vel minus perfecti:ſm hoc ecia3
actus qui ex ipſis ꝓcedunt:iuxta il
lud grego. Non quātū ſ3 ex quāto.
Et ergo dicēdū.ꝙ martiriū inq̄tum
eſt nudus actus fortitudinis vel v̄
tutis.ꝑtinet indifferēter ad omnem
caritatē:⁊ minima caritas ē ſuffici
ens ad tolerandum huiuſmodi mar
tirium ſicut ad quēlibet alium actū
v̄tutis:ſi et inq̄tū eſt de nc̄itate ſa
lutis. Alioquin niſi ita eſſet:opteret
dicere.ꝙ imꝑfecti neceſſario ꝑcca
rēt:ꝑ eo ꝙ gracia ipſis collata non
ſufficeret eos p̄ſeruare a ruina.ſi ꝑ
ſecutor ipſos vrgēret contra verita
tē fidei ā cōſtāciam iuſticie. Sz mar
tiriū acceptū cū aliquibus circūſtā
cijs aggrauātib9 ipſū ſicut eciā ꝯtin
git in ceteris actib9 v̄tutū indifferēt̄:
tūc non q̄libet caritas ſiue grā ſuffi
cit ad toleranciā ipſi9:ſ3 optet ꝙ iux̄
menſurā adiecte difficultatis eciam
ſit g̃cia correſ̄dens et alleuians on9
qd̄ naturales vires excedit. Et ſm
iſtam accepcōnem martirij non ꝑti
net ad omnes grad9 caritatis tole
rācia martirij:ſicut nec actus alia
rū v̄tutū maxime difficiliū q̄ ſimilit̄
h̄n̄t h̄mōi difficultates ānexas ſūma
ioēs ſū minoēs:de q̄b9 mlta dcā ſūt
ꝑ ſinglos g̃d9 ⁊ īfra dicet̄. Siveō mr̄
tiriū accipiat̄ r̄gulait̄ ꝑ vt ſc3 ordie
q̄dā moāli ꝑſiet ad p̄ctīcād.illi q̄ ſpi
ritualit̄ conat̄ ꝑfice:tūc ꝑſiet ad ſm
g̃dū caritatis ꝑficiētis:iux̄ illd̄ g̃g̃.

Primū diſcamus nrā impendere: de
inde nos. Et ſic patet quō martirium
diuerſimode acceptū. ad diu̇ſos gra
dus ptineat. Qd̓ ut adhuc clari⁹ in
telligat᷑: pt dici ꝙ duplicit᷑ aliq̄d dr̄ p
tinē ad aliquē. Uno mō reglarit᷑: et
hoc modo nō ptinet ad lapcū tangē
corp⁹ xp̄i. Scdo mō caſualit᷑: et h° mō
ptinet ad eū tangere illud ſi ip̄m ve
nerabile corp⁹ videt̄ in luto iacē ab
ſente p̄ſbrō. Tūc em̄ peccaret: ſi ipſum
nō leuaret. Ita regularit᷑ loquendo.
martiriū nō ptinet niſi ad illos qui
ad hoc hn̄t ſufficiētē grām. Sed in
caſu aliquo. videlicȝ quādo quis de
p̄hēdit᷑ a pſecutorē tenet᷑ ad martiri
um ſufferēdū: nec tūc excuſat᷑ ꝓpter
ſuā impfcōnē ſi fidē negauerit vel a
iuſticia receſſeit: quia in tali caſu di
uina grā illud ſupplet. quod ex pte
ſui deeſt ſi fecerit qd̓ in ſe ē. Alioqn̄ ſ̄
ante tēpus debite fortitudīs ad ſuf
ferēciā tam ſublimē ſe ingeret̄. p̄ſūp
tuoſe agēt᷑: neqȝ excuſaret᷑ a pcc̄o: ṅ
forte ſpecialit᷑ a ſpū ſancto ad hoc i
ſtigaret᷑ ꝓpt̄ fidei nc̄itatē aut aliq̄
aliā cauſam que nos latet. Nā tūc
grā eciā defcm̄ ſupplēt paciētis: ſicut
credit᷑ in multis fcīn: q̄ ſtatim p⁹ ſu
ſceptā fidē eciā ante baptiſmū mar
tirio ſe obtulerunt. Creditur em̄ hoc
dn̄s eis ſpecialit᷑ infudiſſe ad corro
borandos fideles: et cōfutandos pſe
cutores. Sed hmōi exēpla paucoꝝ
p̄uilegiatoꝝ nō ſūt trahenda in re
gulam: quia plur̄es ita faciētes defe
cerūt: ⁊ rep̄hendūt᷑ q̄i deū tēptarē vo
lentes. Legitur in reuelacōibus be
ate birgitte. qualit᷑ quidam indiſcre
tus ſtolida quadā deuocōne ſuccen
ſus ut martir fieret. cucurrit ad ſar
racenos: ⁊ confitendo xp̄m ſtatī occi
ſus fuit. Et ait dn̄s. Non eſt ob hoc
martir fcūs: quia ad martiriū verū
magna requirit᷑ prudēcia. Neqȝ is q̄
ſm ſuā volūtatē occidit᷑ martir eſt:
ſed q̄ ſm voluntatē diuinā trucidat᷑
hoc magno honore dignus ē. Pla
cet em̄ dn̄o deo. ut ip̄ſī ad illa exer
cicia ſe applicent q̄ ip̄is ſūt ꝯpetēcia:
hūilit᷑ ꝓficiendo donec apti fiant ad
maiora. Ut em̄ btūs ieō⁹ dr̄. Nō for · potētia
titudine. ſ; hūilitate ad ſūmā virtu
tum ſcandit᷑. Et ſcūs thōs in 22ᵉ. q.
cxxx. dr̄: ꝙ viciosū et p̄ſūptuoſū ē: ꝙ
aliq̄s in ſtatu ip̄fcē v̓tutis exn̄s. at
tēptaret ſtatī aſſequi ea q̄ ſūt pfcē
virtutis. Sed ſi quis ad hoc tēdat
ut ꝓficiat in v̓tutē pfcām hoc ē lau
dabile: ſm illud apli phil. iij: que re
tro ſūt obliuiſcēs ad anteriora me
extendo ſcȝ p continuū ꝓfectū. Dicit
eciā ibidē: ꝙ p̄ſūptuoſū ē. ſi aliq̄s abſ
qȝ fiducia diuini auxilij ad aliquod
opus virtuoſū faciēdū intendat. Et
ſic patet. ꝙ iſta duo requirūtur ad
quēlibet actū v̓tuoſū: ſcilicet diuinū
auxiliū: et hūanū ſtudiū conforme
ad mocōnē diuinā. Hic poſſet oppoī
de ſcō āthonio. franciſco. et quibuſdā
alijs. q̄ ſe obtulerūt martirio ⁊ tn̄ nō
fuerūt cū alijs martiſati: ergo videt᷑
ꝙ nō erāt moti a ſpū ſcō. Dicēdū ꝙ
tales laudādi ſūt: ꝙ idonei fuerunt.
licȝ nō ſint ꝯſecuti qd̓ ꝯcupierūt. Nā
d̓imit⁹ ad maiora ſuabāt᷑. Poteſt
ei eē. ꝙ ꝓpt̄ feruorē illū h° meruerīt:
ut diutius adhuc viuerēt ꝓ maiori
glīa cōſequēda. Sicut em̄ peccatum
peccato vindicatur: ſic virtus v̓tute

p̄miatur· Et vnum opus bonū de
bite factum ꝑparat ad aliquod meli
us faciendum· Ex quibus patet. ꝙ
corpale martiriū non ſit ſimpliciter
loquēdo actꝰ ſūme pfectionis. q̄ſi ſn̄
illo nemo poſſit pfectꝰ eē: ꝙuis actꝰ
martirij ſm̄ ſuū genus inter cete
ros actꝰ hūanos eſt pfectior. quaſi
maxime caritatis ſignū. Et ſm̄ hoc
debet intelligi illud ioh̄·15· ſup̄ indu
ctum. Maiorē caritatē nemo habꝫ ut
aīam ſuaꝫ ponat quis ꝑ amicis ſu
is· i· nō poteſt oñdere maius ſignuꝫ
dilectionis ad extra corā hoībus: ꝙ
ut quis pro altero moriat̃· Quādo
ergo animꝰ eſt paratus et martirij cu
pidus: tūc nichil de principali merito
minus hꝫ homo. ſiue occidatur ſiū n̄.
Et ſi tunc ſupuiuat̃ poteſt quotidie
vltra iam habita merita adhuc plu
ra alia colligere. et poſt in pace mori.
et longe ſublimiꝰ in regno celoꝝ co
ronari: ꝙ ſi iuxta deſiderium ſuū an
te tempus illud martiriſatus fuiſſꝫ.
Ita contigiſſe creditur cuidam ſan
cto viro nobili: qui trans mare con
ſtitutus ꝑ defenſione terre ſcē diu
militauit· Tandem captus a ſarra
cenis nimis optauit martiriū· ſꝫ vti
qꝫ ſibi non dabatur: ꝙuis alios cō
fortando plures p̄miſerat ad celū
cum martirij gloia· Videns ergo ꝙ
ſibi hoc mirabilit̃ negaretur quod
alijs atrociſſime inferebat̃. qui neq̄
ꝙ ita prompti fuerint ſicut ipſe: coa
ctus ad ꝓpria remeauit. Et valefaci
ens ſeculo vt ſpūali deinceps mili
cie vacaret carthuſiam adiuit.
Quāta aūt diſtrictōne ibi ꝑ annos
plures carnem ſuam afflixerit quā
ta virtutū p̄rogatiua rutilauerit q̄n
taqꝫ ſecuritate bt̄ā morte potiꝰ fu
erit: vix aliquo ſtilo cōmendare va
lebimꝰ· Quis igitur hos viros glo
rioſos plꝰ ꝙ martires eē negabit?
Tāto ſiqdem ardore caritatis flag
bāt: vt hoc eis q̄ſi martiriū reputa
bit. ꝙ martiriū ipſꝫ nō dabat̃· Quis
deniqꝫ audebit affirmare. tales ac
tātos dei amicos nichil in tā longo
tēpe ꝓfeciſſe. aut nō incōpabilit̃ pfe
ctiores extitiſſe ꝙuis in pace vitaꝫ
finierunt: ꝙ ſi in flore iuuenili cū ce
teris celeri martirio ad celoꝝ pala
cia tranſiſſent? Ecce ut de alijs inte
rim taceamꝰ: ipſum glorioſiſſimum
anthoniū parump attendamꝰ· Ec
ce anteꝙ̄ triceſimū etatis ſue annū
attigiſſet. feruēſcēte iam decima pſe
cucōne in xp̄ianos circa annum do
mini trecēteſimū. magno feruore ſan
ctos martires ſequebatur. ut parit̃
cum ipſis coronaretur: et valde do
luit ꝙ ſibi martirium negabatur·
Rediens ergo ad heremū annis ſep
tuaginta quinqꝫ poſt tantam gra
ciam ibi expleuit. inimitabile exem
plum poſteris relinquens: tum quo
ad demonum expugnacōem qui eū
pluries lacerauerunt horrendiſſīe:
tū quo ad vite pfectionē: tū quo ad
diuoꝝ contēplacionē· tū quo ad āge
loꝝ ꝯſolacionē· tū quo ad innūabi
liū aīaꝝ ſaluacionē ac heremitice
vite īſtitucōnē: tū q̊ ad tociꝰ ecclie edi
ficacionē: tādē pꝰ tot martiria infini
ta glōſa morte in pace qeuit· Iā qri
tur. an ſi celeri martirio cū ceteris co
ronatꝰ fuiſſꝫ. an eē tātā glaꝫ ī ctis ai
celo ꝓmeruiſſꝫ· ñ vtiqꝫ· Ex q̊ lucidiſſīe

patet.ꝙ plurimi adhuc ſūt ꝑfectus
ſpirituales intermedij inter graciā
corꝑalis martirij et ſupm̄ā ꝑfectio-
nem:quando tantus vir ꝓ illa ꝑfe-
ctione adipiſcenda tam longo tēpoē
quaſi a martirio incipiēs agoniſan
do ſudauerit. Simile de alijs mul
tis legit̄:ſcꝫ marthino.athanaſio.be
nedicto.dominico ⁊c̄. qui omnes cor
pale martiriū quaſi ſuaue balneū
cupierunt. Veriſſima enī ſnīa eſt:ꝙ
plus apud deū valet intenus ꝑfcūs
virtutis.ꝙ quelibet exterior opacio
vel paſſio corꝑis:nec quicq̄m glorie
ſaltem ſubſtācialis dabit̄ exercita
cōni corꝑali:niſi ſcḋm mēſurā interne
caritatis. Si g° is q̄ martiriū cor
pale patit̄ ē in ſupm̄o gḋu ꝑfcōnis:
tūc eciā martiriū illḋ ē act⁹ ſūme ꝑ
fcūs. Si infra:tūc ec̄ iux̄ modū inte
rioris gr̄e iudicād⁹ ē act⁹ exterior.
Ita cōſequent̄ de oībꝫ alijs actibus
v̄tuoſis tenēdū ē certiſſime.a mīmo
vſqꝫ ad maximū. Iſtā enī veriſſimā
ſnīam vir vulgo ꝑſuaſibilem apte
dn̄s abſoluit:qn̄ dixit.ꝙ vidua illa
paupcula q̄ duo nūmiſmata miſit ī
gazophilatiū.pl⁹ oībꝫ miſit. Et ſub
dit racōnē:q̄ illi de hijs q̄bꝫ habūda
bāt qḋ voluerūt mittebāt:Hec autē
totū victū ſuū miſit. Pariformit̄ di
cere poſſu⁹ ad ꝓpoſitū:ꝙ pt̄ ꝯtingē.
ut aliquis ꝑuā eleōſinā tribuat.aut
aliq̄d aliud opus virtutis faciat:et
plus mēat̄ ꝓpt̄ magnitudinē intne
caritatis:ꝙ ali⁹ martiriū paciendo:
qui talē et tātā caritatē nō hꝫ. Ecce
ponam⁹ an̄ oculos gladiatorē ali-
quem aſſuetū ad bella:michilqꝫ mor
tis picula metuentem. Ponam⁹ qꝫ

iuxta eū aliquem ſanctū virū ꝓ ipo
orantem:et eum ad fidem ſua oracō
ne et exhortacōne cōuertentē. Forte
ſupuenit tirannus.et gladiatorem
illum ſacrificare nolentē ſicut heri et
nudius tercius vnico ictu trāſuerbe
rat:et martirē faciendo ad celū mit
tit. Jam queritur cuius opus ē ma-
gis meritoriū:an iſtius martiris no
uicij.vel illius ꝑfcī confeſſoris: Certe
non dubiū ē:qn̄ orō illa tā efficax q̄
martiriū pepit.eciā illo martirio ꝑfe
ratur. Dicat̄ adhuc.ꝙ gladiator ille
crebro cū piculo corꝑis ſui ex iactā-
cia dimicauit:ymmo nōnūq̄ꝫ doluit
ꝙ nullū hūit q̄ ſecū ꝯgredēt̄:ſic plu
ribus ꝑeale eſſe fert̄. ꝙ cū inteḡ ante
dormitū vadunt:⁊ tamen vno ictu
martir effectus ē:licet tepide cōuſus
fuit nō ſine oī fermēto timoīs ſerui
lis. Forte dixit. Melī⁹ ē hic trāſitori
am penā ſubire:ꝙ eternalit̄ dampnai.
Iſtum talē martirē nō ſuſpicor infi-
mū chorū trāſiſſe:qnymo bn̄ actū ē
ſecū:ut ꝑ tātillo dolore ad talē glaꝫ
tā celerit̄ ſine oī purgatorio ec̄ p⁹ tā
multa pcā trāſiuit. Silr̄ ſuo modo
de oī gn̄e martirij ē ſenciēdū:ꝙ ſem-
ꝑ magis ē attēdēd⁹ intnus hītus.ꝙ
extior act⁹ vel paſſio:licꝫ regularit̄
loquēdo q̄ durius patit̄.ceteris pari
bꝫ eciā pl⁹ mēat̄. Et ſimilit̄.q̄ pt̄ du
riora ſuſtinē:eciā ceteris paribꝫ cōni
cit̄ maiorē caritatē hr̄e. Dicit̄ notā
ter ceteris paribus eciā q̄ad extrio
ra:quia quod vni eſt paruū.alteri ē
multum. Forcaſſe quod vni exerci
tato rutero et animoſo eſt facile.pu
ta collum gladio parare:hoc tenere v̄
gini eſt difficile. Et ergo huiuſmodi

comparationes ſemꝑ ſūt examian
de. Hic dicat aliquis. Cur ergo mar
tirij nomē venerabile ſupꝑfūs imper
fectiſqꝫ cōmune eſt? Dicēdum ꝙ mr̄
tiriū ſꝫm ōimodā ſue ꝑfectionis ra
cōem ſūptū. eſt valde magnū et vl
tra oēs actus hūanos ꝑferendꝰ: ad
quod nō ſufficit mors q̄literaūqꝫ ſuſ
cepta ꝓ fide vel iuſticia: ſꝫ vltra hoc
req̄ritur paratus et ſufficiēs animus
ad oīa ſufferēda q̄ inferri vel aufer
ri pūt citra deū. Hoc em̄ req̄rit ꝑfe
cta rō teſtimonij. Martiriū nāqꝫ te
ſtimoniū dr̄. Cōſtat aūt ꝙ tria a do
mino deo nob̄ donata poſſidemꝰ: ſcꝫ
exteriora bō. corpꝰ et animā. Qui h̄
ꝓ deo ꝑfcē cōtempnere pōt. ꝑfcm̄ te
ſtimoniū dat deo: et ideo ꝑfcūs mar
tir eſt. Quāta vero in hijs paucis v̄
bis ꝯp̄hendant̄: quis dicē ſufficiat?
Quicq̄d pōt mūdus excogitare q̄ ad
oē genꝰ penaꝝ. quicq̄d antiquꝰ ho
ſtis machinai quo ad ōne genus in
terne tribulacōnis: hoc totū eſt ſube
undū tā intenſiue ꝙ̄ extēſiue. anq̄
ab amore vniꝰ veri dei recedatur: q̄
ſolus latria colēdus eſt. ut btūs au
guſtinꝰ dicit. Hinc apl̄s dicit Quis
nos ſepabit a caritate dei que eſt in
xp̄o ihu. Tribulatio an āguſtia. an
ꝑſecutio. an fames. an nuditas: an
piculum. an gladius. Certus ſū em̄.
ꝙ neqꝫ mors neqꝫ vita. neqꝫ ange
li. neqꝫ principatus. neqꝫ virtutes.
neqꝫ inſtācia. neqꝫ futura. neqꝫ for
titudo. neqꝫ altitudo. neqꝫ profūdꝰ.
neqꝫ creatura alia. poterit nos ſe
pare a caritate dei: que eſt in criſto
ihu dn̄o noſtro. Ecce quanta requi
rūtur ad ꝑfectionem huius gracie.

Ad hūc ſenſum trahēda ſunt verba
ſupius allegata. Maiorē caritatē
nemo hꝫ. ut animā ſuā ponat q̄s ꝓ
amicis ſuis: q̄ſi dicēt. Qui ſic aīam
ſuā ponit pro amicis ſuis ut ego: hic
iam nichil habet quid vltra facē poſ
ſit. Ego em̄ nichil michi reſeruaui:
ſꝫ totalit̄ me ꝓ ſalute hominū impē
di. Et hic eſt verus intellectus litte
ralis ut ex circumſtancia littere pꝫ.
et quidam expoſitoēs dicūt: ꝙ hijs
verbis dn̄s voluit diſcipulos ſuos
ad ꝑfectam caritatē ꝓuocare: et er
go ꝑmiſit. Hoc eſt preceptū meum
ut diligatis inuicē ſicut dilexi vos: idē
ut vos mutuo ꝑfecte diligatis. Quod
tūc facietis. ſi nō q̄literaūqꝫ moriami
ni ꝓ alterutrū: ſꝫ ſicut ego ex ꝑfecta
et ſincera dilectione ꝓ vobis morior:
in nullo michi ꝑcens. ut vos ſalui ſi
tis. Nullū em̄ potuit ſibi dn̄s in exē
plum ꝓponere: ꝙ ipſe ōnibus ꝑfecti
or fuit: ſꝫ ōnes alios ad ſui exēpluꝫ
inuitauit dicēs. Maiorem caritatē
nemo hꝫ: ut vicꝫ exēplo meo animā
ſuaꝫ ponat quis ꝓ amicis ſuis. In
hūc modū btūs augꝰ. exponit mul
ta dicta ſancti iohānis: ſicut eſt illd.
Amē dico tibi. cui multū dimittit̄. mſ
tū diligit: et cui minꝰ dimittit̄ minꝰ
diligit. Hoc em̄ nō eſt trahēdum idif
ferēter ad oēs i caritate exītes: ali
oquin plꝰ diligēt latro xp̄m ꝙ̄ aliq̄s
aploꝝ. ꝙ plꝰ ei dimiſſuꝫ fuit: et alia
incōueniēcia pluā ſeq̄rēt̄: ſꝫ ē intelli
gēdū q̄ ad illū caſū de q̄ euāgeliū lo
q̄tur. ſcꝫ int̄ ſimonē et mariā mag
dalenā. et alios caſꝰ cōſimiles: ꝙ fer
uidꝰ pctor ptꝰ cōuerſionē plꝰ diligit
criſtum occaſione remiſſionis. ꝙ̄

alter tepidus qui minus peccauit·
Ita in ꝓposito p̄dcā verba· maiorē
caritatem ⁊c̄·non ſunt ſic extenden-
da quaſi ob hoc cūcti martires ſint
equales:·ſed ꝙ illi ſint pfc̄iores qui
in hoc xp̄o ſunt cōformiores.et eoꝝ
ſo:ſicut iā dcm̄ eſt · Hoc exēplū xp̄i
pfecte imitatus fuit·paulus aplūs:
qui milies tradidit ſeipꝫ ad oīa ſu-
ſtinenda· Inſup et alij apli et mar-
tires gloſi. Oms em̄ martires q̄ꝝ ſo
lēpnia ecc̄ia p̄cipue celebrat.fuerūt
pfcā in xp̄iana vita anq̄ꝫ coronarēt:
ita ꝙ ſi nō fuiſſent martiriſati.nich
ilomi9 digni fuiſſent oī honore ſicut
ceteri ſcī cōfeſſoēs· Et ergo eoꝝ mar
tiria ita gloſa ſūt:qꝛ ex pfcā virtute
pceſſerūt. Legit̄ ec̄ de btō dnico:ꝙ cū
interogaret̄ q̄d potiſſimū deſideāuit
qn̄ ſe ad martiriū obtulit: reſpōdit.
ut acerrime puniret̄.et tandē ſemi-
uiuus relictus.diucius cruciaretur.
Cupiebat em̄ oībus modis xp̄o do-
mino conformari· Hoc quoqꝫ ſcūs
iob deſideraſſe videt̄.quādo apebat.
Qui cepit ip̄e me cōterat:ſoluat ma
num ſuam et ſuccidat me. Et hec ſit
michi cōſolacō:ut affligens me dolo-
re non pcat· Qui ſic martiriū deſide
rat:pfcē adeptus ē martirij graciā·
Qui aūt tedio tēptacionū et laborū
afflict9.cupit p martiriū celeri9 cōſū
mari.q̄i pocius vellet ſemel decapita
ri q̄ꝫ tot paſſionū amaritudīes ꝑpe
ti:· p̄t quidem ita eſſe ꝙ letus ictum
gladij ſuſcipet:·ſed tamen adhuc p-
fecte martirij grām nō habet̄.q̄uis
magnā rem faceret· Aliud em̄ ē mr̄
tirij grām hr̄e:aliud martiriū q̄licūq̄
qꝫ ſuſtinere · Qm̄ diu aliq̄d adhuc
ſupeſt qd̓ inuite ſuſtinetur.aut deſi-
derat̄ ut nō applicetur.tam diu gra-
cia martirij impfcā ē.que nichil pa-
ciēdum excludit·ſed oīa fortiter pa-
ti contēdit· Ex quo ſequitur regula-
riter:ꝙ non omnis martir ad omne
martiriū ſufferendū ſufficiēs ē· Sic
non oīs virgo ad oīs tēptaciones
fornicacōis ſupandas ſufficit:· ſed
vnuſquiſqꝫ hꝫ donū ſuū et mēſurā
a deo vltra quā nō extendit̄: do hoc
mirabilit̄ diſponēte· Et ſi extendit̄:
tūc ſtatī adeſt dīna grā recōpēſan-
do illud aliūde:ut ſuſtinibile ſit ⁊ ne
mo peccare cogat̄· Eciā ſeq̄t̄ ꝙ aliqū
martiriū ex īpfcōne deſiderat̄:qd̓ de-
ſideriū btūs bnard9 repbaē videt̄
dicēs. Quō poteris ſuſtinē ictū gladij:
qui nō vales ſufferre pūcturā iūcis?
q̄i dicēt· Quidā leuit̄ ꝓrūpūt in hāc
vocem aut cōſimilem · Vtinā quis ā
putaret caput meū:ut liber trāſirē
ad celū · Qui tn̄ adhuc ita īpfcī ſunt:
ut nec vnū verbū ꝯtumelioſū porta
re equanimit̄ pn̄t· Ver btūs aug9
alit̄ videt̄ ſentire· Dicit em̄ tractās
illud pſal. A ſagitta volāte ī die.⁊c̄.
Quis non acciperet vnū ictū:ut reg
naret cū xp̄o in etnū,q̄ſi dicēt· Vix
aliq̄s ita īpfcūs ēpit:qui nō eligeret
celerit̄ decapitari ut in ꝑpetuū viue
ret· Loquit̄ em̄ ibi de pſecucōis xp̄i
anorū incremēto · Nā p̄mū iuſſerūt
tirāni:ut q̄cūqꝫ xp̄m ꝯfiteret̄ ſtatim
occideretur· Et tunc tanta multitu-
do concurrit ad martirium:ut xp̄ia-
ana religio de hoc edicto magis vi-
deretur gaudere.q̄ꝫ dolere· Ideo ſub
iungit auguſtinus· Quis non acci-
peret vnum ictū ut cum xp̄o rgnaēt

ineternū:q̄ſi hoc eēt facile· Et eciaꝫ btūs bernard⁹ dicit· q̄ temp⁹ pſecu cōnis fuit temp⁹ miſeracōnis:q̄n eci am ſecularib⁹ ⁊ impſās dabat̄ via ꝯpendij ad celum · Et iſtud martiri um vocat̄ ſagitta volās in die:q̄ t̄pē te venit.et inficit ſubito:ita ut dolor ipſe michil a morte differat· Sꝫ tirā ni videtes q̄ xpiani morteꝫ letanter acciperēt· mutauerūt edictū:iuben tes q̄ xpiani nō ſtatī occiderētur· ſꝫ tādiu punirētur donec xp̄m abnega rent: et tūc plurimi defecerūt in pe nis· Et iſtud martiriū vocat̄ nego cium pambulās ī tenebris: q̄ paga noꝝ pncipꝯ tot immaniſſimaꝝ et ī auditarū penarū gn̄a reperunt. ut merito negotiū agere viderent̄· q̄ſi neḡās ociū:q̄n nec animo nec corpe̅ q̄eſcebant die ac nocte fidē pſequē tes· Sꝫ erat magna cōſolacō mar tirū· q̄ apte videbant eos in tēbris pambulare· ſe aūt in luce veritatis eē· tū p internam inſpiracōeꝫ· tū p ex ternā miraculoꝝ opacōem · Terciū aūt martiriū qd̄ omnibꝫ eſt grauiſ ſimū.ſignificatur p incurſū et demo niū meridianū:qd̄ maxīe feruet tūc q̄n internā conſolacōem dn̄s ſubtra hit:et pſecutor xp̄m predicare vide tur· q̄ſi in clara die ambulet.⁊ mar tires in tenebris ſint· Hoc ex parte fuit tēpe conſtācij arriani:q̄n fides magno turbine ſubuerſa fuit:quā do eciā quidā ſimplices deuotarij in zelo ſuo licet nō ſc̄m ſciam hereticos uiuerunt· Tūc viuere martiriū ſup martiriū fuit: ꝯpuis adhuc penali or ps ei⁹ reſtat.ſcꝫ tēpe antixpi. De q̄ dicit btūs greḡ· O quid tunc aget̄

ī corde xpiano quādo pſecutor mīā cul[?]is coruſcabit:et martirum corpa nemo ſepelire audebit· Et beat⁹ au guſtinus de illis martiribus loq̄ns dicit· Quid nos ſumus reſpectu il lorum qui tunc victuri ſunt et con greſſui cum hoſte ſoluto.cū quo nos adhuc ligato tanto periculo dimica mus: quāuis non dubitauerim ali quos nunc viuere qui parati eſſent pro criſto martiriū ſubire· Ecce q̄n ta eſt differencia martiriorum· Il le ergo graciam martirij habet·qui ad omnia hec ſuſtinenda ſufficiens eſt· ſed ad aliquod leue martirium ſufferendum eciam multi neophiti idonei fuerunt· Tamen quia neſcit̄ qualem penam perſecutor vult īfer re· an leuem aut grauem · an bre uem aut longam:ideo regulariter loquendo imperfecti aut incipiētes ad martirium ſe offerre non debent vt dictum eſt: quia plurēs taliter fa cientes.et de ſe et ſuis viribus pre ſumentes quaſi ſufficientes eſſent. cum ad negocium ventum fuiſſꝫ.mi ſerabiliter defecerunt· Hinc augu ſtinus iterum dicit· Criſtus qui pa lam docendo et arguendo et tamen inimicorum rabiem valere in ſe ali q̄d non ſinendo.dei demōſtrabat po teſtatē:idē tn̄ fugiendo et latēdo ho minis inſtruebat infirmitatē:ne deū tēptare audeat.q̄n hēt qd̄ faciat ut qd̄ cauere optet euadat · Et paul⁹ non fugit quaſi non credendo in de um: ſed ne deum tēptaret ſi fugere noluiſſet:quādo ſic fugere potuiſſet· Hinc dominus diſcipulis ait· Si vos perſecuti fuerint ī vna ciuitate

fugite in aliam: vbi dicitur cōmunit᷑:
ꝙ impſās in dultū ſit ꝑ hec verba
ꝙ poſſint declinare martiriū. Gloſa
pſalmi lxxv. Xp̄us fugit: ut cōpme-
ret audaciā ſtulte ⁊ incōſulte temei-
tatis. Alio loco dn̄s dicit de mercenā
rio. ꝙ fugit quando lupus venit. nec
animā ſuam ponere vult ꝓ ouibꝫ: ⁊
tamē quidā ſancti p̄lati fugerunt ⁊
in ſiluis ⁊ cauernis latuerunt: ſicut
ſilueſt᷑ et alij. Et eſt grandis diuer
ſitas apd̾ ſcōs de hac materia mar
tiriorū: ut videlicet non ſolū videat᷑
eſſe difficile martirium ſuſtinere: ſed
eciam recte de ip̄o loqui. Qui poteſt
capere capiat. Hoc tandem ſupad-
dendum eſt. ꝙ lōge īpar ē martir ſub
ito conuerſus. a martire qui diu in
ſancta vita ante cōſenuit. ſtante eā
dem ꝓmptitudine ⁊ acerbitate pene.
Nā et ſi beatus ieronimus dicat. ꝙ
ſubitus calor longū vincat tepo᷑em:
tamen nuſq̄m legi eum vel aliquem
ſcōrū dixiſſe. ꝙ ſubitus calor longū
vincat calorem: ymmo racō hoc di-
ctat. ꝙ quanto diucius aliquid ca-
leſcit tanto calidius efficit᷑. Exēplū
habemus in ſancto paulo aplō. Hic
nouiter cōuerſus ſtatim incanduit:
ita ut fiducialiter agēt in noīe xp̄i.
paratus martiriū ſubire. Vixit pꝰ hec
in apoſtolatu ānis q̄ꝫ xxxvij. in mi-
rabili feruore: currēs et diſcurrens.
euangeliū g̅tis ponēs: tādē capitis
obtrūcacōe martiū expleu᷑. Quis h̄
dubitarē poterit. quin multū differat
paulus in ſporta damaſcenorū: ab
eodem paulo ſub gladio romanorū:
Euaſit volūtarie ꝓpoſitū arethe re-
gis: ſed noluit euadere manus nero

nis impatoris. Similiter de beato
petro apoſtolo dicendū eſſet: quē an
gelus eduxit de carcere herodis: ut
eum ſeruaret cruci neronis. Sed in
terim q̄ꝫ magna ꝓmeruit: qui ſemꝑ
paratus ad martiriū fuit. Suo modo
dici p̄t de oībus alijs: applicādo vni
cuiqꝫ menſurā ꝓfectus ſui. Qn̄ aūt
ſacri doctores vident᷑ ſibi mutuo con
tradicē. vel eciā in ꝓprijs dīcīs varie
ſentire. iam alleuiādo martiriū. iam
aggrauādo. quaſi aliqn̄ ſit leue ſu-
ſtinē martiriū. aliqn̄ g̅ue. aliq̄ndo oc
currēdū. aliqn̄ declinādū. aliqn̄ pſe-
uerādū. aliqn̄ fugiēdū. cū alijs circū
ſtancijs ſolitis q̄ in oībus virtuoſis
actibus difficultatem pariunt: tunc
ſunt concordandi iuxta ſupius dcā:
q̄muis cū non ſit neccariū multa de
hijs loqui. Vnctio enī iſtos tā egre
gios milites docet de omnibus: quid.
quomō. qualit᷑. quādo ſit ꝓcedendum.
Hoc enī neccarium ē oīo: quia exerci-
cium iſtud vires naturales trāſcē-
dit: et eſt ſuphūanū. Simile ē aliq̄
mō q̄ꝫ int᷑ nos crebro dicē ſoleꝰ de in
greſſu ordis: videlꝫ ꝙ totꝰ mūdꝰ nō
facēt vnū carthuſiēſem. quātūcūqꝫ
cuncti doctores p̄dicarēt. pſuaderēt
ac diſputarēt: niſi ſpecialis gracia
intus operetur. Quando autem illa
incipit efficaciter mouere animum:
tunc ſimiliter totus mundus nō po
teſt auertere. Iſta tāq̄ꝫ exꝑti loqui-
mur. Facile gͦ ad māꝫ m̄tirij quā
iā vltra q̄ꝫ martiriſati ſumus ītēde
bamus. hec ſimilitudo trahi p̄t: q̄a
ſp̄us ſanctus hijs p̄ſto eſt. Qz eciā
hic exemplificatum eſt de m̄ltis ſan-
ctis ⁊ viris perfectiſſimis qui longe

vltra iſtū quintū gradū pfecerunt.
non debꝫ abſurdum reputari: eo ꝙ
aliqñ in iſto gradu extiterūt ſicut de
ſenibus dicim⁹. ꝙ aliqñ iuuenes fu
erūt. Hoc tñ moderādum eſt: ꝙ ſuf
ficit ad iſtum gradū ſufferre corpa
le martiriū aut aliqđ aliud equiua
lens. ſiue agēdo ſiue paciēdo illud p
ueniat pacient et fortit. licet cū diffi
cultate et notabili acerbitate. que ĩ
pfectiſſimis viris ꝓpt magnitudinē
amoīs locū qñqꝫ nō habēt. Fortitu
do enī q̄ hūc gradū reſpicit. michil de
lcābile in ſuo actu videt̄ hrē. Et quā
uis infecio virtutis vincit corpalem
dolorē. tñ ꝙ dolor corpalis eſt ſenſi
bilior. inde eſt ꝙ a magnitudine ei⁹
q̄ſi euaneſcit delcātio ſpūalis: ſicut
patꝫ ĩ verbis eleaſari. 2. machab. 6.
dicētis ad dñm. Diros corpis ſuſtieo
dolorēs: ſcḋm aīam vero ꝓpt timorē tu
um libent hec patior. Qz autē q̄dam
in penis ſenſerūt magnū refrigeriū
ſaltē ad temp⁹. hoc poci⁹ fuit mira
culoſū ꝙ regulare. neqꝫ ꝓpt hoc dicē
dum eſt ꝙ ita cū ōibus actum ſit.
alioqñ martiriū nō eēt martiriū. ſꝫ
q̄ddaꝫ negocium fictum. Duabꝫ enī
de cauſis hmōi exuberās gracia col
lata videtur q̄buſdam martiribus:
pmo ꝓpt eoꝝ impfectōem. q̄ alias ĩ
penis defeciſſent. ſcḋo ꝓpt cōfutādos
pſecutores et ꝯfortādos fideles. Il
li aūt qui ita pfecti ſūt ut quaſi car
nem nō ſentiāt: nō ad iſtum gradū
ptinent ſꝫ ad ſeqūtes. Verū quicq̄d
dicatur regularit loqūdo ceteris pa
ribus. martiriū quāto eſt acerbi⁹ tā
to eſt pfecti⁹. et quāto in pñti minꝰ
rē recipit cōſolacōnem tanto in futu
ro maiorē merebit̄ remuneracōnem.
q̄ſi martirio xpī cōformi⁹: qđ ē regu
la pfectiſſima oīm martirioꝝ. Et ſi
cut de reprobo dr. Quāto in delicijs
fuit et glorificauit ſe. tātum date ei
tormētum et luctū. Ita e regione ele
cto martiri dicetur. Quātum in tor
mentis fuit et humiliauit ſe. tātum
date ei refrigeriū et gloriā. Ceterū
de multiplici ꝯgreſſu huius arduiſſi
me pugne ſiue tēptacōis ſuphūane
que hūc quintū gradū reſpicit. q̄ ſci
re deſideāt: legat ꝯflictū btī Iob. quē
cum amicis ſuis ſtrēnuiſſime habu
it. et ſanctos doctores deſup ſcriben
tes. et inueniet ꝙ nemo de ipſa dig
ne iudicabit. niſi qui gradatī ad tā
tam graciā puenit. ut eā in ſe ſpūa
liter experiri. et de ipſa victorioſe tri
umphare meruerit. Hoc eſt ꝙ doci
ens btūs gg̃. replicat de amicis ſā
iob. ꝙ iō v̄ba ei⁹ nō intellexerūt et
eum iniuſte rephenderūt. q̄ longe inf
riores ipō in pfcū ſpūali fuerūt. Si
aūt illa v̄ba dixiſſent ĩ tpe ſuo. et il
li cui merito dicēda fuiſſent: vtiqꝫ ne
gociū magne prudencie peregiſſent.
Sꝫ ūt ei rligioſiſſiā: et oī veritate ple
na. Sꝫ ꝙ ĩ tāti viri ſuſtinēcia q̄lem
ipi nūq̄ expti fuerāt. ſcādaliſabāt:
neqꝫ cōſiderabāt ꝙ non ſit hō ſuper
terrā q̄ ad libitū pducat fruct⁹ v̄tu
tū ſine palea alicui⁹ defectuoſitatis:
ideo increpatōe a dño audierūt. Nō
eſtis locuti rcm̄ corā me: ſicut ſeru⁹
me⁹ iob. Quaſi dicēt. Ipſe diu m̄ fide
liter ſeruiuit. qñ vos vix tepide egiſ
tis: et nūc videntes plagā ei⁹ ſietis q̄ſi
ego deſeruerī eū. quē ſꝑ pl⁹ ꝙ vos dile
xi: et nc̄ āpli⁹ inf̄ flagella diligo. ꝙ vnq̄

ātea dilexi qñ ꝓſpera tribuebā. Id-
circo iratꝯ ē furor meꝯ ꝯtr̃ vos. quo-
niā cū ꝯpati deberetis ſibi. eī inſipiē-
ter eū calūpniati eſtis ſn̄ cā. Ca. x. De caritate dñatia.

Dominatia caritas ſic dici pōt.
ꝙ ꝑ eā mereatᷣ hō q̄ ipſam ha-
buerit aſſumi ī chorꝫ dñacōnū. q̄ eſt
ſextꝯ in aſcēdēdo. et tertius ſecunde
ierarchie. Cui correſpōdet terciꝯ gradꝯ
caritatis ꝑficiētis. iuxta aſſignacō-
nē ſup̄ poſitā. Ipē ē ſextꝯ totiꝯ nouenarie
diſtinctoīs. ſcḋm ꝙ planiſſiē dici pōt.
ꝙ sextꝯ gradꝯ leuat ad ſextū chorꝫ
ut ſup̄ dcm̄ ē. Demōſtrādo autē qñ
iſte gradꝯ veriſimilis in hoīe excreue-
rit. eī plane dici pōt. ꝙ qñ vltra p̄di-
ctos ꝑfectꝯ ita fortificatᷣ ſpūs. ꝙ ne-
dū exteriora bō et corpꝯ ꝓpriū. ſꝫ eti-
am ſeipſū cōtēpnere ꝓpt̃ dei gloriā
pōt. Ad quō fiat ē aduertēdū repete-
do breuit̃ aliq̄ q̄ ſup̄ dcā ſūt. Cōſtat
ſiq̄dem ꝙ ita nos deus ꝯdidit. vt ad
ipſū tēdere debeamꝯ. Largitus ē etiā
nobis tria iuuamina ad hoc. ſcꝫ ex-
teriora bō. corpꝯ ⁊ aīam racōnalē. ſꝫ
ōnia hec vſa ſūt nobis in offendicu-
lū. et impediūt nos plurimū etiam
poſt gratiā ſuſceptā. Quare ſeq̄tur.
ꝙ grādis labor reſtat. añq̄ hec tria
ſubicere poſſimꝯ ne nos impediāt in
amore dei. Ordo eī hꝫ. ꝙ leuiora pri-
mū aggredi ꝯuenit. vt illis ſupatis
ad altiora veniamꝯ. Pꝫ aūt. ꝙ leui-
us exteriora bō ꝯtēpnimꝯ q̄ corpus.
et corpꝯ q̄ aīam. Vñ ſeq̄t ꝙ ptꝯ duo
illa virilia certamīa q̄bus exterioꝛa
et corpꝯ vincūtur. nūc tercō dicatᷣ de
bello aīe. q̄ vicꝫ ipā ſeipſam vincat.
q̄tenꝯ totalit̃ in deū ꝑ amorē ꝑfcm̄
trāſeat q̄ſi a nullo impedita. Mirꝫ
fortaſſe videbitᷣ aliquꝰ quō aīa ſic ꝓ-
bata vt cūcta exteriora et etiā cor-
pꝯ ſuū victorioſe ꝯtempnat. adhuc
ita imꝑfecta ſit. vt ſeipſam in amā-
do deū ī pediat. ſꝫ hꝰ faciliter conicimꝯ. ſi
ordinē amoris attēdamꝯ. Apte eñ
ſcimꝯ ꝙ aīa valde diligit exteriora
bō q̄ vocātᷣ cōitᷣ bō fortune. ſꝫ multo
āplius corpꝯ ſuū cui ꝯiūcta eſt. ſup
oīa aūt ſemetipſam. Quare ſeq̄tur.
ꝙ vbi ē maior amor. ibi etiā ē maior
pugna. Vincēdo ergo amorē p̄mū q̄
tēdit ad exteriora. req̄ritᷣ ꝙ ad hoc
hēat hō gratiā magnā cū labore cor-
reſpondēte ꝓporcōbilitᷣ. Vincēdo ſcḋm
q̄ tēdit ad corpꝯ req̄ritᷣ maior. vicēdo
terciū q̄ tēdit ad ſeipāꝫ req̄ritᷣ maxīa.
Qm̄ diu eñ aīa aliq̄d cū deo diligit.
tā diu eciā amor eiꝯ ipſius ē. niſi hoc
in ipō et ꝓpter ipm̄ diligat. An gͦ ſe
ita diligat an n̄. iſte gͦdꝯ ſextꝯ vult
inquirē. quare eciā ut ſup̄ dcm̄ ē. ei g-
uiſſima tēptacō ꝓuatᷣ ſu pug. q̄ dr̄ di-
uina. Iā eñ nichil aliud reſtat. niſi
ut deꝯ cū iſta aīa pugnā ineat. q̄ ſibi tur.
videtᷣ oībus creaturis fortior effcā ē.
ſicut gl̄atᷣ aplūs dicens. Certus ſū.
ꝙ neqꝫ mors. neqꝫ vita. neqꝫ āgeli.
neqꝫ p̄ncipatus. neqꝫ creatura alia
poterit nos ſepare a caritate dei. Qui
āt iſtā tēptacōnē vicerit q̄ ꝯfors dei
effcūs. verū dominij nomē merebitᷣ. et iu-
ſte cū celeſtibꝫ dñacōibꝫ corona glīe
decorabitᷣ. Hic ē ꝙ btūs gg. dt. Sūt
nōnulli q̄ ſic in ſemetipis cūctis vici-
is oībꝫqꝫ deſiderijs dñantᷣ. ut ipō iu-
re mūdicie dij inꝰ hoīes vocētᷣ. Vñ et
ad moyſen dr̄. Ecce cōſtitui te deum
pharaoīs. Quo gͦ iſti. q̄ꝫ ꝯpacōne
ceteri hoīes ut ita dixerim ꝓui ſunt.

niſi mẽ nuos dñacõnũ currũt. Deus
autẽ pticipacõe nemo vocat̃ q̃ adhuc
carnem plene nõ ſubdidit: q᷑ de⁹ ſpi
ritus eſt. Neqȝ dñs dici meret̃: q̃ ad
huc ſeruire cogit̃ inferiori ſe. Recte
igit̃ tẽptacio hec que diuos homĩes
exercet. diuina nuncupat̃: ſicut ſup̃ p
xima angelica dr̃ que hoĩes angeli
cos exercere ſolet: et hũana que hu
manos ꝗ̃ ſimplicit̃ virtuoſos hoĩes
exercet. Demũ ẽ etiã ſup̃. q᷑ iſti gͣdus
q̃ſi p triangulũ mutuo ſe reſpiciũt.
et examinãt: et ergo iſte terci⁹ gͣd⁹
caritatis pficientis reſpicit ſiue di
rigit atq̃ examinãdo terciũ grad⁹
caritatis incipiẽtis. Ille enĩ tãto iu
bilo ſentit de deo in bonitatẽ: ut in cõ
feſſione dicat: bonus dñs et omnia
opa ei⁹ bona valde. Iſte hoc idẽ libẽ
ter diceret: ſȝ ita moleſta eſt ſibi tẽp
tacio iſta diuina. q᷑ in oppoſitaȝ ptem
labi timet. Illi celũ et terra ⁊ õnia q̃
in eis ſunt preſtãt materiã laudis.
Iſti efficit̃ celũ eneũ et terra ferrea:
⁊ õnia q̃ in eis ſunt materiã afferũt
ariditatis et obduracõnis. Ille am
bulat ſup flores: iſte ſup ſpinas. Il
le cãtat: iſte gemit. Ille ſuauit̃ pſal
lit. dñs exaudiuit me cũ clamauero
ad eũ. Iſte amariſſime rugit. clama
bo p diem et noctẽ et nõ exãdies. de
us de⁹ meus ut quid me dereliq̃ſti.
Quare triſtis incedo dũ affligit me
inimicus. Illi dñs dicit. adhuc te lo
quẽte ecce aſſum. Iſti rñdet. bibens
bibes calicem meũ latũ et pfundũ.
Sufficit tibi gracia mea: nam vt⁹
in infirmitate pficit̃. Et breuit̃. q̃cq̃d
illic fuit cã ſpũalis leticie: ẽ hic cau
ſa interne triſticie. Et hoc vnde: niſi

q᷑ dñs cũ dilcã aĩa pugnare videt̃.
ut ipſaȝ in ſcola pfecte humilitatis
exerceat. Putauit enĩ aĩa deuota
q᷑ iã pfcã eſſet: ſȝ q᷑ debilis et impfe
cta adhuc fuerat. ſcire niſi p tẽptaci
ones non poterat. Succreſcũt igit̃
in archano cordis pũſa murmura cõ
tra diuinũ regimẽ in vniũſo: quaſi me
lius foret ſi õnia ſuauiter trãſirẽt
ſine turbacõne pcĩi et penarũ: quaſi
de⁹ nõ deberet pmittẽ cũ poſſet pcĩa
fieri. hoĩemqȝ in tanta afflictione ut
beſtijs cõparetur derelinq̃re. carnẽ
ſpũi cõtradicẽ. inimicicias tantas i
vniũſo agitari. racõnalẽ aĩaȝ a pa
diſi gaudijs pegrinari: aliaqȝ innũa
naturalit̃ afflictiua. q̃ ſic ṗm dei volũ
tatẽ pſeuerãt cõtinuari. Et quãuis
mẽs ſcã totis virib⁹ hm̃oi blaſſemijs
reſiſtat: ſic tñ fatigat̃: ut õnia q̃ ſup̃
dcã ſũt vere ardua et grãdia. reſpe
ctu h⁹ leſiuiſſime tẽptacõis leuia vi
deant̃ ac minĩa. Nec dubiũ quin mag
na meret̃ vltra iã dcã pmia: qui in
hac ſublimiſſima pugna victor ex
titerit. Hinc btã mechthildis ſibi a
dño reuelatũ dixit: q᷑ q̃ diuine maie
ſtati reuerẽt̃ cũ oĩ ſubiectiõe ſe incli
nãt. et p ei⁹ gloria omnẽ hoĩem re
uerẽt̃ ⁊ diligũt̃: ſeipõs īſup q᷑ fcĩ ſũt
ad ymagĩeȝ dei. deo q̃ ad pñt ꝯformt̃.
ſubiciẽtes carnẽ ſpũi. dñant̃ aĩo
ſuo. ipſũ ad celeſtia trãſferẽdo: ĩ ſex
to gͣdu cũ dñacõib⁹ exultabũt. Ecce
q᷑ notabilit̃ gͣd⁹ iſte cõtͣ tẽptacõneȝ
hãc terciã vadit q̃ oĩbȝ ẽ g̃uior: exer
cetqȝ aĩaȝ donec pẽit⁹ a ſe deficiat ut
ſic pfecti⁹ ĩ deũ pficiat. Sȝ anq̃ p
ſeq̃mur hãc materiã: dubiũ vnũ p⁹
ſoluẽdũ ẽ. Poſſȝ eĩ aliq̃s fortaſſe dicẽ.

ꝙ iſta iam dcā ſtare nō pñt: videlꝫ
ꝙ ſit aliqua tribulacō aīe interna q̄
grauior ſit ꝙ̄ corꝑale martiriū: ꝓ eo
ꝙ vulgatiſſime dicit̄. omniū terribi
lium terribiliſſima eſt mors. Verū
ſi iſtud ꝯcedim⁹. non video quō de
fenſare poterim⁹ dcm̄ bt̄i ieronimi ⁊
alioꝝ ſcōꝝ: q̄ ꝯcordit̄ loquūt̄ de glo
rioſa v̄gine maria: ꝙ pl⁹ q̄m martir
fuerit. licet mālis gladi⁹ eā nō ꝑtrā
ſierit. Ait eīn ieronim⁹. ꝙ ꝗ in illa ꝑte
paſſa ē que īpaſſibilis ē. hoc ē ī aīa:
ideo pl⁹ ꝙ̄ martir fuit. Vn̄ et nobi
liter ꝓphecia ſimeoīs d̄r: et tuā ipi⁹
aīam gladius ꝑtranſibit. Et de ſcō
patriarcha ioſeph. qui pre cunctis
fratribus ſuis ꝑfectior credit̄. ſimile
legitur: ferrū ꝑtranſijt aīam eius.
Vnde anſelmus. Vere tuam aīam
o virgo glorioſa ꝑtrāſiuit gladius
doloris: qui tibi extitit amarior oībꝫ
doloribus cui⁹uis corporee paſſioīs.
Quicq̄d eīn inflictum eſt corporibus
martiꝝ leue fuit aut poci⁹ michil ꝯ
paracione ipi⁹ tue paſſionis: que ni
miꝝ ſua immēſitate tranſfixit tua
penetrabilia tui benigniſſimi cordis.
Relinquit̄ ergo ꝙ ſit eciā aliq̄d mr̄
tiriū mētale: q̄d graui⁹ ſit ceteris pa
tibꝫ q̄m qualecūqꝫ martiriū corꝑale.
Ad illud aūt vulgatū et ꝓhiciū dcm̄
p̄t reſponderi: ꝙ intelligat̄ de hijs q̄
huāno oculo ꝑſpicari pñt: ſꝫ non de
hijs que ſubiciūt̄ oculo fidei. Cōſtat
eīn infernū t̄ribiliorē eſſe oī morte v
ſuali: q̄n ſcꝫ illi q̄ in eo infeliciter vi
uūt. mortē cupiūt nec dabit̄ eis. ſicut
ſcriptū ē: cupiūt mori et mors fugit
ab eis. Dicit eciam ſcriptuā eccl̄i. 30.
Melior ē mors ꝙ̄ vita amara ⁊ cō
telligēdū ē de hoībꝫ bone ſpei. q̄ vitā
iſtā hñt in paciā et mortē in deſiderio:
q̄ꝛ mors p̄cioſa ē. Impij aūt q̄rum
mors peſſiā ē q̄i porta inferni. nō mi
rū ē. ſi maxime ipam ꝑtimeſcāt: ꝙ ꝙ
nōnūꝙ̄ eciā cedāt ei ꝓpt̄ aliq̄s mḡnā
penās q̄ ipis infligūt̄. aut īfirmitates
g̃ues. vel intnā cordis amaritudinē: li
cet aliūde aliq̄ ipoꝝ delicijs et diui
tijs affluāt: tn̄ q̄ ī aīa g̃uit̄ ſuſtinēt.
mortē ipam āplectūt̄ velut remedi
um quoddā intni doloris. Hinc ē ꝙ
quidā ſe aquis p̄focant. quidā gla
dio ſe ꝑimunt. quidā laqueo ſe necāt.
aut alio quodā infeliciſſimo mortis
gn̄e ſe extinguūt: q̄ꝛ terribilior ſit ipis
vita ꝙ̄ mors ipa. Ide d̄r ieremie 8.
de gn̄acōe peſſima: ꝙ eligent magis
mortem q̄m vitam ꝓpter afflictionē
hoſtilem. Quod ſi ita eſt: nō debet re
putari abſurdum ꝙ electi in hac vi
ta ſuſtinēt aliquando quaſdam int̄
nas amaritudines que corꝑali mar
tirio ſupeminēt: p̄cipue cū ſecuri ſint
ꝙ martiriū ipos ſtati ad refrigeriū
ꝑducat: de tribulacōe aūt qua actu
aliter grauāt̄ magnus eis adhuc ti
mor ſit ꝓpt̄ exitū incertū. Hinc ſcūs
iob lamentat̄ dicēs. Quare miſero
data ē lux. ⁊ vita hijs qui in amari
tudine anime ſūt: Qui expectāt mor
tē et non venit quaſi effodiētes the
ſauꝝ: gaudētqꝫ vehement̄ cum inue
nerit ſepulchrū. Anteꝙ̄ comedā ſu
ſpiro: et quaſi inundantis aque ſic
rugitus meus: quia timor quē time
bam euenit michi. ⁊ q̄d verebar acci
dit. Et infra. Occidat ſelꝫ ⁊ de penis
innocētū nō rideat. Quātus puta⁹
vir iſte ſcūs ⁊ toci⁹ paciē ſpeculum

p̄ſſuras tā̄ corpis q̄ȝ aīe ſuſtinuerit:
an̄q̄ȝ ad hec tā̄ pegn̄a v̄ba ꝓductus
fuerit. Vere ſi aliq̄s aīcorū̄ ei9 ſic lo
cutus fuiſſ ȝ· abſq̄ȝ dubio deliq̄ſſet. ꝓ
eo q̄ȝ ſimilē cā̄m mīme h̄uiſſet· Hoc
ē. q̄ȝ ec̄ ipſis apte exprobrat. dicens·
Nunq̄d mugiet bos cū̄ an̄ p̄ſepe ple
nū̄ ſteterit: q̄ſi diceret. Vos nullā̄ occaſi
onē̄ ꝯq̄rē̄di de dīno regimīe habetis:
q̄ꝛ ōmia ad nutū̄ vobis ſuccedūt. Mi
chi āt accidit q̄d ē̄mitis· Que ei ē̄ for
titudo mea vt ſuſtineā̄: aut q̄s finis
me9 ut pacient̄ agā̄: Nec fortitudo
lapidū̄ fortitudo mea: nec caro mea
enea ē̄· Deſperaui: neq̄q̄ȝ vltra iam
viuā̄. Hec ⁊ ſilia v̄ba ⁊ adhuc hijs
acriora vis dolōis ꝑturiebat: q̄ ami
ci eius velut a feriato idest tēptato
dicta. aſperrime impugnabāt. Con
tremiſco reuera in verbis iſtis: ⁊ de
cies confundoꝛ q̄ȝ de hijs magnalijs
loquoꝛ: qui quotidie in minimis la
boꝛ· Nō̄ ſim autē̄ aptus ad hec colli
genda licet plene a ſanctis digeſta:
ad lirā̄m aſinus applicitus rectius
demonſtraret· Derideat· conculcet·
cō̄buret· ꝓiciat qui voluerit: ego con
tradicē̄di cauſam nō̄ habeo· Tot9
eī̄m velut deui9 in ignoto pelago nū̄c
nauigaturus inſiſto· Quis hic non
aduertat difficultatē̄ fandi: vbi pe
ne nullum apparet nobis adhuc ig
nauis exē̄plum tute operandi: Hoc
ſaltem ſolum videoꝛ michi videre: ut
alicui docto ſancto et expto viro. da
ta ſit vtiliter occaſio de hijs ſaluber
rimis doctrinis religioſi9 diſſerendi·
ſi dn̄o placuerit: eaſq̄ȝ ad normam re
ctitudinis apcius reducē̄di· applicā̄
di· emē̄dandi· In xp̄i igit̄ noīe cui

ſamus vniuerſos qui hec triſtia le
cturi ſūt: q̄ȝ ſapoꝛē̄ ī eis aut vix aut
ōnino n̄ inueniēt. n̄ pri9 tēptacōībȝ
attriti fuerit· Quis inquā̄ illos flo
geros cā̄pos dīnaꝝ ſcripturarū̄ ſu
auiſſime redolētes p̄teriet. et ad hec
ſūme afflictiua diuerteret: niſi eū̄ nc̄ci
tas magna q̄ſi violenter impellat:
Non hoc ego: ſ; ſepedictus vir ſcūs
inſinuat dicens· Que p̄us nolebat
tā̄gere aīa mea: nū̄c pre anguſtia
cibi mei ſunt· Simile aliq̄d apd̄ bo
ecium qui in diebus ſuis velut alt̄ iob
claruit. repim9. Lazarus quoq̄ȝ ne
dum micas cō̄cupiuit cum acrit̄ tēp
taretur: ſ; eciā̄ canum linctionē̄ pro
grā̄di cō̄ſolacōne accepit· Hui9 eciā̄
figura olim in helia ſancto ꝓpheta
p̄ceſſit: q̄ p̄mū̄ ad fontē̄ ſedē̄s eciam
carnib9 veſcebat̄: deinde fonte ex
ſiccato in ſareptaȝ veniē̄s ꝓ paruu
lo pane viduā̄ dep̄cabatur: tandem
heremū̄ ingreſſus cū̄ michil repiſſet·
petiuit anime ſue vt moreret̄. dicē̄s·
Sufficit michi dn̄e: tolle animā̄ me
am. Sed āgelus dato pane ſubcine
ricio et paꝝ aque coegit eū̄ ampli9
ieiunare ⁊ ābulare q̄ȝ vnq̄ȝ an̄ feceāt:
vi ȝ xl diebȝ ⁊ xl noctibȝ. Potuit h̄ he
lias dixiſſe. Cur me ſic affligis: Cur
tā̄tū̄ laborē̄ impōis: qn̄ nec extreme
nc̄caria pmittis. Si paup eē̄s: n̄ me
ꝑcitēt. Nūc āt q̄ꝛ ī oībȝ diues es ⁊ me
ī tā̄ta nc̄citate vides. nec q̄cq̄ȝ largir̄
īpēdē̄s: nō̄ n̄ pcā̄ ori meo. Sȝ ītelligebat
vir ſcūs miſteriū̄ ꝓfūs ſui: q̄ȝ ſcȝ eo
āpli9 h̄ debebat ābulare: q̄ glōſi9 ī futu
ro coroāri. Hoc āt p̄ ceteis ē̄ nōbile q̄ȝ ī
vltīa afflictōne ḡu9 hē̄bat: qn̄ iā̄ ad
montem dei pergebat· Ita eciam

electi qñ ſũt in t̉mino ꝓfect⁹ ſui qñ-
qꝫ durius ſentiũt tẽptaciones: q̃i iã
intraturi ad ꝛ̉frigeriũ ſiue quietem
contẽplacõnis. De quo ꝓfectu nunc
vlterius aliqua colligenda ſũt. Et
ꝙ̃ꝙ non ſit oĩo certũ quibꝫ exercitijs
iſte ꝓfect⁹ fiat ſiue pficiat̃. an agẽ
do videlicet opa ſublimit̉ virtuoſa.
an paciendo adũſa vel triſtia nota
biliter luctuoſa. tñ quãtũ dat̃ intelli
gi ſm ꝯueniẽciã illã moralẽ que ſup
poſita ẽ michil apti⁹ occurrit ꝙ̃ iſta
tẽptacõ diuina: q̃ aĩaꝫ ſcãm plẽ pur
gat. ornat. humiliat et aptat. ut di-
uinis colloquijs digna hẽat̃. Huic
multa exẽpla ſcõꝝ ꝯcordarẽ vident̃:
quoꝝ q̃dã dcã ſũt. et q̃dã adhuc in
fra dicet̃. Dicit enĩ btũs gḡo⁹. ꝙ ma
ioris meriti ẽ adũſa paciẽt tolerare:
ꝙ̃ bonis opibꝫ inſudare. Semẽ q̃ꝫ v
bi diuini in aĩa bona fructũ non facit
niſi in paciẽcia: p quã et in q̃ poſſide
mus animas nrãs. Relinq̃t̃ ergo. ꝙ
ceteris paribꝫ. citi⁹ et ſecuri⁹ aĩa ꝓ
ficit paciẽdo ꝙ̃ agẽdo: tñ ꝛ ſi hec duo
nõ ſint ſepanda in hoĩe v̉tuoſo. Dicũ
tur enĩ quidã plus opari in via dei
ꝙ̃ pati: ſicut hoĩes ſani. et pacifice
conũſantes in medio xp̃i fideliũ cum
ꝯſciẽcia bona: ꝙ̃uis tñ nõ ſint ſine
oĩ tẽptacõne. Alij dicũt̃ plus pati ꝙ̃
opari: ſicut infirmi et debiles. vel cap
tiuati ꝓ fide vel iuſticia: ꝙ̃uis tñ nõ
ſint ſine oĩ opacõne bona. Alij dicũt̃
et multa opari et multa pati ꝓ noĩ
ne xp̃i: ſicut p̃dicatoꝛes v̉bi dei in me
dio nacõis praue. et alij p̃lati ſtren
nui habentes zelũ domus dei: ſiue q̃
cũqꝫ xp̃i fideles feruidi in opibꝫ bonis
cũ infirmitatibꝫ vel pſecucõibꝫ cotidi
anis. In hijs oĩbꝫ regularit̉ loquen
do. vbi pl⁹ ẽ de paciẽcia ibi pl⁹ ẽ de meri
to ceteris paribꝫ: qđ ideo dr̃: q2 non q̃
libet paciẽcia pferẽda ẽ cuilibꝫ actioni.
Sicut nõ ẽ dicẽdũ. ꝙ pl⁹ meret̃ ali
q̃s audiẽs ꝯtumeliã leuẽ paciẽt: ꝙ̃
ſi edificaret vnũ monaſteriũ. Sed
qñ ſimul concurrũt in ſtatera. iuſta
actio et paſſio: tũc ſm dcã ſcõꝝ paſ
ſio p̃fert̃. Verbi grã. Si aliquis infir
mat̃ ſine culpa ꝓpria. ita ꝙ non p̃t
viſitare eccłam ſicut libenter faceret:
tũc ꝓ illo loco et t̃pe plus meret̃ illã
infirmitatẽ paciẽt ſuſtinẽdo: ꝙ̃ ſi ſa
nus eſſet ꝛ ſolito more diuina frequẽ
taret. Ita de alijs oĩbꝫ ſine nũo. Pa
ciẽcia enĩ opus pfcm̃ hꝫ. Racõ hui⁹ ẽ:
q2 dñs deus pulchra quadã varieta
te et multiformitate et eciã ꝯtrarie
tate regimẽ vniũſitatis admĩſtrat.
Sicut ergo ipe ẽ ſũme impaſſibilis
et tamẽ ſũme glorioſus in oĩ opacõe.
q2 opꝰ. et pit̉ ſecũ omĩs creature btẽ.
que ſicut ipe michil paciũt̃. Ita q̃dã
mõ voluit eciã hoĩẽ adhuc miſeꝝ ꝛ
erũpnoſũ qui vix paꝝ p̃t aliq̃d licꝫ
impfcẽ opari et multa pati. glorioſi
orẽ eſſe in paſſione q̃m in actione. et
maius mereri paciẽdo ꝙ̃ agẽdo. Ibi
qꝫ eius meritũ ꝯſtituit vbi plus p̃t
ꝙ̃ vbi min⁹. Et hec ẽ cauſa p̃maria.
Sũt alie cauſe ſcđarie: videlꝫ ꝙ con
traria ꝯtrarijs curãt̃. Hõ enĩ agẽ
do: peccauit in illo tã felici ſtatu vbi
michil pati hũit. Juſtũ ergo fuit. vt
ſibi dimiſſus illic locaret̃ vbi paciẽ
do expiret̃ quid amiſeãt: et tãdẽ ad
p̃ſtinã felicẽ actionẽ paciẽdo redire
mereret̃. Quia ec̃ v̉tutũ exercicia eo ma
gis ſũt meritoria quo difficilia: ideo

paſſio ceteris paribꝫ p̄ferēda ē actio
ni q̄n nl ſecū ſolacij adducēs. Hijs
ↄſonāt dc̄a ſcoꝝ. Ait ei bt̄a mechthil
dis: q̄ dn̄s ſibi dixit. Cū tibi ꝓſpera
largitus fuero: dextra mea te āplec
tor. Cū āt adu̇ſa dedero: ſiniſtra mea
te circūdo. Hoc tn̄ ſcito te. q̄ cū ſiniſtra
mea te cōplectit̄: tūc multo vicini⁹ cor
meū iūgit̄ cordi tuo. Dn̄s ec̄ i euāge
lio btitudies ſcḋm ordieꝫ enūerādo. vl
tīo poſuit paciaꝫ: tn̄q̄ ceteris pfectio
rē. Ipſe q̄ꝫ licet p totā vitā ſuam pa
teret̄ tn̄ intus q̄ extra gerendo vicꝫ
in mēte illā futurā penā. q̄ cotidie q̄
ſi iam pn̄s eſſet ipſū maxime affli
gebat: tn̄ in fine ſūme paſſus fuit:
ut nos pocius paſſione q̄ actiōe ab
eterna paſſiōe liberāret. Ita de alijs
ſanctis vniuerſis eſt ſciēdum: q̄ pl⁹
profecerunt et ſecuri⁹ inceſſerunt. et
ampli⁹ meruerunt paciēdo q̄ agen
do ceteris pibus. Bt̄a quoqꝫ brgitta
cū pro quodā oraſſet. ut flagellis at
tereret̄ q̄tenus ſic a peccatis deſine
ret: dn̄s rn̄dit. Non eſt dign⁹. Qua
ſi facili⁹ ei impetrauit bene opari. q̄
tribulari. Fortaſſe hic aliq̄s dicat. Er
go meli⁹ eſt manere in hoc ſexto g̃
du qui eſt ſūme paciē q̄ vlteri⁹ ꝓfi
cere: ꝓpt̄ alciores grad⁹ qui ſunt ſū
me ↄſolacōnis et quietis. Dicendū
q̄ ſimpliciter loquēdo ille ē pfectior
qui eſt deo vicinior et cōformior: qḋ
fit p contēplacōnē in qua eſt arden
tiſſima caritas: ſꝫ ad illam nemo p
uenit niſi p multam paciam preui
am. Quādo ergo dicitur q̄ pl⁹ mere
mur paciendo q̄ agēdo: Hoc tm̄ va
let: q̄ cicius ad pfectam caritatē
venimus paciendo q̄ agendo. Et er
go qui vellet in iſto gradu manere:
ſimilis eſſet illi qui pocius vellet na
uigare q̄ ad portum venire. Verū
quia omnis pfectio hui⁹ vie eſt que
dam impfectio: ideo eciam ſequētes
gradus pfecte caritatis nō ſunt ſi
ne ōni tribulacōne: ſicut dicit greg̃.
Quāto amplius q̄s in hac vita ꝓfi
cit: tanto inueīt qḋ duri⁹ portat. Per
fecti em̄ viri nonnūq̄ duriſſime af
fliguntur. ſiue ex dīna ordinacione
ſiue ex ꝓpria electione: p̄mo quando
qꝫ maiorē penitēciam agunt q̄ inci
piētes. Hoc non eſt cōtra ſtatum ip
ſoꝝ: q̄ ſicut ſepe dcm̄ eſt. quicq̄d pōt
inferior gradus. hoc pōt ⁊ ſupior. Et
adhuc aliq̄d plus. ut eciaꝫ infra pa
tebit. Demonſtrādo igit̄ hanc dīnā
tēptacōēm ex ſacris libris. p̄mo ē ſci
endū: q̄ ideo dr̄ dīna. q̄ tn̄ dīnos ho
mines. i. ſūme ꝓficiētes exercꝫ: q̄ iā
ptrāſierūt oēm creaturā et ad deū
vſqꝫ puenerūt ut dcm̄ eſt. Vel pōt
dici dīna. q̄ ſoli deo imputatur ⁊ nl
li creature ſaltem quo ad ſecūdā ei⁹
ſpeciē directe. et p̄mam indirc̄e vel p
pmiſſiue. vel dicit̄ dīna q̄ circa diui
na verſatur tm̄: q̄ omnia ad deum
refert q̄i oēs creature ad hāc nullū
reſpc̄m hēant. Nō ē ħ nc̄e ponē diſti
ctionē illā mltiplicē. q̄ i ſac̄ ſcriptura
repit̄ de hac materia ſpeculacīe. q̄ ħ
practice loq̄mur: q̄ hīc viꝫ poſſu⁹ mēci
p eā q̄n ipāꝫ ſentim⁹. ſcḋ doctrinā ſcoꝝ
prm̄. Conſtat āt q̄ abrahā tēptādo
deū n̄ peccauit q̄n ſignū petijt. gedeō
vēo ⁊ q̄ḋ alij venialit̄ credūt deliq̄ſſe.
Nōnulli q̄ꝫ c̄rīalit̄ deliquerūt: que
omnia parum aut michil ad iſtum
gradum reſpiciunt. Sed prout

hic ſufficit. dicēdū eſt: ꝙ hec diuina tēp
tacō duas ſpecies habet. Prima ici
pit in homine et vadit cōtra deum:
ſcḋa incipit quaſi in deo et vadit cō
tra hominē. Prima vult capere ex
pimentū de deo: ſcḋa vult capere ex
pimentū de hoīe. Prima inclinat ho
minē velit nolit vſqꝫ ad defectū ſui:
ſcḋa ipm̄ penitus ꝓſternit. ut iā ſibi
ex ſe penitus rſurgēdi nulla ſit ſpes
relicta. Prima grauior vniuerſis: ſe
cūda grauiſſima. Prima agitur. qn̄
homo cogit̄ cōtra oēm conatū volun
tatis ſue intus ſentire aliqua indig
na de deo et iudicijs eius: ſcḋa agit̄.
qn̄ deus derelinquit hominē in ar
duiſſimis articulis. nec vult iuuare
quē iuuare poſſet: quaſi ſit ipe quoqꝫ
hoſtis eius q̄ vnica ſpes credebat̄.
Hec non puoꝝ neqꝫ debiliū fratrū
ſūt confecciones. ſꝫ magnanimoꝝ: et
valde pauci ſūt qui eas intelligunt
aut experiri merēt̄. Non iteꝝ hic nccē
eſt dicere ꝙ nō oēs qui hm̄oi ſuſur
ria ſentiūt ſint in hoc gradu: qn̄ eciā
pditiſſimi homines hec cotidie infeli
citer nō ſolū ſine omni merito ſed eci
am cum ſūma dāpnacōne pcipiunt:
eo ꝙ dāpnabilit̄ ipis locum dāt. Sꝫ
illi qui ordinate p ſup̄dcōs gradus
ad hanc grām puenerūt ut ſufficiē
tes ſint has tollerare et ſupare cū
talibus impulſibus ſicut hec ſūma
fortitudo requirit: Illi imꝙ̄ digni ſūt
ut inter celeſtiū dn̄ationū nūm aſ
ſcribant̄. Dicat forte hic quis. Quo
modo p̄t fieri ut homo quātūcūqꝫ eci
am fortis vincat deū cū ipe ſit op̄s:
nec ſaltē non dico fortiorem ſꝫ neqꝫ
ſimilē velit habere. Reſpondetur. ꝙ
multa in ſacra ſcriptura repiuntur.
que ꝓpe loquēdo deo ꝯuenirē non
pn̄t: tamē methaphorice ſiue parab
lice de ipo dicunt̄: ſicut iraſci. furere
pati. et ſimilia. Ita eciā d̄r vinci vel
ſupari. nō ſimplicit̄ ſed ex quadā be
nigna cōdeſcenſione: ut tali colludio
vel ꝯpugnatiōe creaturā ſuā felici9
honeſtaret. Hoc mō luctabat̄ cum
iacob: et ſe ab ipo victum dixit. Ubi
eſt ſciendū. ꝙ ſꝫm ordinatiſſimā dei
ſapienciā optime cūcta admīſtrātē
ita eſt diſpoſita omnis pugna ſpi
ritualis: ꝙ ſemp in ea ē debita et iu
ſtiſſima ꝓporcio vnius ad alterum:
hoc ē inuadētis ad illū qui inuadit̄.
Alioquin nō eſſet bellum equū ſꝫ vi
olentum: ſicut nemo recōmēdaret a
liquē fortem viꝝ de hoc. ꝙ puerū p
uulū ꝓſterneret. Ita eciā in oī bel
lo morali. ſiue illud fuerit int̄ racōnē
rectā et paſſiones ſenſitiuas. ſiue in
ter demones et animā ſanctā. ſiue in
ter deū et cōſciēciā mūdā. Hoc ſemp
eſt tenēdū. ꝙ nūꝙ̄ homo deſerit̄ ope
grē in tm̄ ꝙ cogat̄ tēptacōni cōſenti
re: ymmo ſemp habet ſufficiēs adiu
toriū ad vincendū: et nūꝙ̄ vincitur
niſi volens: Hoc ē ſine ꝓpria culpa.
Et ſꝫm iſtum intellectum. quedā po
ſicō dicit. ꝙ oīs pfcā tēptacō eſt eq̄li
ter afflictiua. Dicit̄ aūt pfcā tēpta
cio. que oīmode eſt ꝓporcionata ſꝫm
oēs vires ſufferētis: ita ꝙ ſi vel pa
rum excreſceret. iam excederet poſſe
eius. Uult ergo dicere. ꝙ nō minus
affligit̄ impfc̄us p paucis viribꝫ
ſuis in modica tēptacōne ꝙ̄ fortior
in maiore: ſeruato equali ipulſu v
trobiqꝫ. Vnuſquiſqꝫ enī tātū ſuſtiet.

quātum poteſt. An iſta poſicō vera ſit:
ille iudicare poterit q̄ expitur. Cete
rū p̄dictum moderamē ſanctꝰ iob de
ſideraſſe videtur: qn̄ dixit. Nolo mul
ta fortitudine contēdat mecum: nec
magnitudinis ſue mole p̄mat. Pro
ponat equitatē cōtra me: et perueniet
ad victoriā iudiciū meū, q̄ſi diceret: ſi
ita fecerit: tūc victor ero. Hic vir ſcs
exceſſiſſe videt̄: ſic ipſe in fine recog
noſcit dicēs, Vnū locutus ſū qd vti
nam non dixiſſem: et alterū q̄bꝫ vl
tra non addam. Dn̄s enim ad raci
onem ipſū poſuit dicēs. Accinge ſic
vir lumbos tuos. Interrogabo te: et
reſpōde michi. Indica michi ſi habes
intelligenciam. Et poſtq̄ multa p
ſecutus fuit de ineffabili ſua poten
cia, iuſticia et ſapiencia, et iob tace
ret: iterū dixit dn̄s ad eum. Nunq̄d
qui contendit cū deo: tam facile con
q̄eſcit: Vtiqꝫ qui arguit deū: debet r̄
ſpondere ei. Quaſi diceret. Ego in
ōni creatura tātā iuſticiā ſeruo: ut
nulla me arguere poſſit. Cur ergo
audes dicere: q̄ non equo iudicō af
flixerim te: Ecce voluiſti diſputare
mecum. et venire ad ſolium meum. et
ponere coram me iudicium. et os tu
um replere increpacōnibus: ut ſciēs
verba que tibi reſponderem: et intel
ligeres quid loquerer tibi. Age nūc
preſto ſum. Circumda tibi decorem:
et eſto glorioſus. Nunquid irritum
facies iudicium meum: et condemp
nabis me vt tu iuſtificeris: Quis ei
reſiſtere poteſt vultui meo: et quis
ante dedit michi ut reddam ei: Om
nia que ſunt in celo et in terra ī ma
ri et ī omnibꝫ abiſſis: mea ſunt. Si
iuſtus es. ſi innocens. ſi multa ope
ra bona patraſti: vnde hec habes n̄
a me: Neqꝫ dicere poteris. q̄ verſus
ſum tibi in crudelem quaſi deſeruiē
te: quia imp̄fectum tuum tibi ante
oculos poſui. et ideo te afflixi ut am
plius p̄ficeres. Semp̄ eciā tibi gr̄
ciam meā ſufficiēter largitus ſū. ſuf
ficienterqꝫ adiuui te: ut ſi ea debite
vſus fuiſſes. ad hec tam p̄egrina v̄
ba non veniſſes. Ego eni ſum fidel
deꝰ. qui non permitto amicos meos
temptari ſupra id quod poſſunt: ſed
facio cum tēptacōne eciam p̄uentū
vt poſſint ſuſtinere. Quare ergo nō
permanſiſti in verbis priſtinis quā
do dixiſti: Sicut dn̄o placuit ita fac
tum eſt. Sit nomē dn̄i benedictum:
Hoc ſi feciſſes: p̄ certo me viciſſes.
Sꝫ poſtq̄ te iuſtificare voluiſti. et
me arguere diſpoſuiſti: tunc tuū im
p̄fectum oſtēdiſti. nec me perfecte vi
cere meruiſti. Igitur penitenciam a
ge: et memēto belli huius in quo iaꝫ
es. nec vltra addas loqui: alioquin
q̄ diu recalcitrare contēdis. perfcūs
victor non eris. Ad hec ſcūs iob. qui
ſm̄ greḡ. tanta hac diſtinctione fla
gelli nō eſtimabat augeri ſibi meri
ta. ſꝫ vicia reſecari. q̄ in ſe nulla cogno
uit: humiliē rn̄dit dicens. Inſipient
locutus ſū: et que vltra modum exce
derēt ſciam meā. Idcirco ip̄e me rep̄
hēdo: et ago pn̄iam in fauilla et cīe
re. Ecce qn̄o vez ē. q̄ tēptatus nuq̄
ex toto deſerit̄ ope grē: et nūq̄ vicit̄
ſn̄ aliq̄ culpa ſua. Dicit ei expoſito
res. q̄ ſcūs iob ī duobꝫ ſaltez viciat̄
deliq̄t. ſic eē ip̄e ꝯfitet̄: ſ. ī hꝰ q̄ dixit.
ad oīpotētē loq̄r. ⁊ cū deo diſputare cupio.

Et in hoc ꝙ dixit· Valtē nūc intelli
gite:quia deus non equo iudicīō af
flixerit me· In hijs duobꝫ verbis et
alijs similibꝫ que ad hūc sensū spe
ctant:ꝑmittēte deo ꝓpter vim dolo
ris et interne ariditatis aliqualiter
excessit· Dicit eñ btūs gregꝰ·32·mōr·
Quis inueniri p̄t.qui ꝙ̄libꝫ ꝑfectus
sit· de ocioso tñ sermone non peccet·
Sed pius dn̄s non hoc sibi ad insipiē
ciam:sed ad nostram magnā vtili
tatem conuertit· Qm̄ cito eñ peni
tuit.statī dn̄s placatus fuit:nec q̄d
ꝙ̄ de pristino ꝓfectu amisit:q̄ꝛ ꝑmo
plurimū suplucratus.eciā oculo ad
oculum deum videre meruit· Nos q̄
qꝫ qñ ista legiꝰ.nō parū erudimur
quo ad humilitatem et pacienciam:
ne scilicet cōfidamus in viribus no
stris:sed in dn̄o a quo est omnis pa
ciencia scī:et p̄cipue in tēptacionibꝫ
istis magnis· Consolamur eciā mul
tum.si ex huāna infirmitate aliquā
do in verba minus suauia q̄si fati
gati ꝓlabimur:qñ scimꝰ ꝙ clemēs
deus hm̄oi defectus libencius indul
get:ꝙ̄ illos qui in delicijs cōmittūt·
aut eciā deuocōne spiritali· Roƀora
mur eciā in spe.qñ cernimus quō fi
delis deus pugiles suos nō deserit:ſꝫ
in temptacōne iuuat.⁊ gl̄ose in fine
remunerat:sic scriptū ē· Pacīam iob
audistis:et finem dm̄ vidistis· Qm̄
magna pietas dei·nō solū eū sana
uit et cūcta duplicia reddidit:ſꝫ eciā
lōgissimū vite tēpus supaddidit:in q̄
plurimas coronas sup̄ne glorie ꝓ
meruit. Insup eū corā amicis suis.ꝑi
mo corā toto mūdo excusauit:ne ipꝫ
tꝑ̄ p̄torē ꝯtēpnerēt.ſꝫ velut magnū
sc̄m pocius venerari studerent· Hoc
ip̄m eciā ꝙ a dn̄o rep̄hēsus fuit:ad
magnā ei laudem·teste btō gregoio
deputat̄· Qn̄tus eñ in ꝓfcū spirita
li esse credit̄:qui nō nisi a solo deo su
ꝑari potuit· Jam eñ omnia huāna
que cum bona cōsciencia possedit.ve
lut nichil pensauit· Corpꝰ quoqꝫ su
um quod iam velut holocaustū do
mino obtulerat:in martiriū daē ma
gis sibi solacōsū ꝙ̄ penosum fuerat.
Jam nichil restabat.nisi ut eciā mē
tale martiriū celebraret:quod non
nisi ꝑ solū deum inferri potuit. Vinci
tur ergo deus quia voluit:ligat̄.te
netur.captiuatur.et quodāmodo in
hominis ꝑtāte tradit̄:ut q̄cūqꝫ volu
erit.exēplo faciat· Hoc mō plures
scī pꝰ hanc mirabilē victoriā tanta
fuerūt dn̄o deo familiaritate cōiūcti:ut
quicq̄d peterēt ab eo.statī ꝯsequerē
tur· Testes sūt moyses.samuel.heli
zeus.petrus.nicolaꝰ.martinꝰ.bñar
dus.bñdcūs.frācīscus.elizabeth:⁊ a
lij sine nu͛o· Si aūt querit̄.quō vīci
poteit ip̄e op̄s et gl̄osus deꝰ: Jā sepi
us dcīm ē:viz ꝑ simplicē ⁊ huīlē paci
ēciā· Sic vīcit̄ hō.sic āgelus.sic deꝰ
ip̄e· Inde ē dcīm illud solēpne:q̄d poe
ta canit· Nobile vincēdi genꝰ ē paciā:vincit
qui patit̄:si vis vincē.disce pati. Ce
terū bestiaꝝ ē vincere ꝑ potēciā:ꝙ uis
tñ illd nō ē vē vīcē· Ille eñ vē vīcit
et veacit̄ aliū supat:q̄ oīs aīe potēncias
supat.et totū hoīnē sibi seruiē cogit.
Hoc aūt nō potest fieri nisi ꝑ solā ca
ritatē:q̄ paciēs et beigna ē· Vñ seq̄
tur.ꝙ ille solꝰ veracit̄ dici meruit po
tēs.qui paciēs et benignꝰ ē·ymmo
op̄s.quia omnipotentē cotidie vincit.

Hic plauſibilit̄ dn̄s dicit de ſcō iob
ad ſathā: qn̄ p⁹ p̄mā pugnā ec̄ eq̄mi-
tis pmāſit. Tu cōmouiſti me adu̇-
ſus eū ut affligerē eū fruſtra, q̄i di-
cet. Nō potui eū ſupaē p ablacōem
tpaliū ſic̄ tu putabas. Hec ē g° vni
caſoꝝ. breuiſq₃ regula cūcta vincēdi:
ſi in ōni cōgreſſu ſincē poterim⁹ dicē.
Dn̄s de͗. dn̄s abſt͗. ſic̄ dō. placuit ita
factū ē. Sit nō. dn̄i bn̄dictū. Si bō
ſuſcepi⁹ de manu dn̄i. mala q̄re n̄ ſu-
ſtineam⁹. Qm̄ ſit hoc difficile. iā mul-
tiplicit̄ dcm̄ ē. ⁊ adhuc āplius dicet̄.
Btūs q̄₃ aug⁹. hec v̄ba ſepius tra-
ctādo dicit. ꝙ multū pfecit q̄ ea dixit.
Nō em̄ dicebat. Dn̄s dedit dyabol⁹
abſtulit. ꝙuis vtiq₃ ita fuit: ſ₃ confi-
dent̄ ait. idē dn̄s q̄ dedit ille abſtulit.
Oculi em̄ ei⁹ ſemp ad dn̄m: ſciēs ꝙ
ſīi eius pmiſſu penitus nichil pre-
ualuiſſet auferre dyabol⁹. Teſte q̄₃
beato greḡ. eadem ſentencia veriſſi-
ma comprobat̄: qn̄ ſc₃ demones ſine
dn̄i iuſſu nec porcos auſi ſunt introi-
re. Quomodo ergo ad hominē qui
ad ymaginē et ſimilitudinē dei cre-
atus eſt. manū auderēt extendere?
Rurſum btūs aug⁹ tantis certifica-
tus teſtimonijs. confidenter aiebat.
ſupē p̄s. 128. Quicq̄d tibi con̄ tuā₃
voluntate₃ acciderit: ſoli deo imputa.
Tāta ſiq̄dē vicinitate dn̄s deus q̄ ē
ſpūs incircūſcriptus humano ſpiri-
tui coniunctus eſt: ut nichil int̄ eos
intermediet. Quare ſequitur. ꝙ niſi
deo volente aut pmittente: nequaꝙ̄
poſſibile ſit. ut aliq̄d patiatur homo
contra ſuā voluntatē. Et hic oritur
non mediocris impulſus hui⁹ dine
tēptationis: qn̄ vic₃ in ſuo feruore le-

ſiuiſſime exardeſcit. Semp enim
hec aut ſimilia pducit. Ecce qualis
eſt de⁹ cui tam fidelem exhibuiſti fa-
mulatū: p quo tāta ꝑpeſſus es. ecce
qūo deſerit te. Vbi ſunt miſericordie
eius? Que eſt iuſticia ſua? Alij ſic
et ſic faciunt et florent: tu tam ſtu-
dioſe queſiuiſti eum. et non curat de
te. In hunc modum ſollicitatur bel-
lator iſte ſublimis. et fatigatur ſu-
per modum: ſciens indubitata fide.
ꝙ omnia hec manus domini opera-
tur: ut aut erudiat. aut purg₃. aut
probet. aut exerceat. aut flagellet.
aut preſeruet: aut propt̄ aliq̄m aliā
cauſam: que ſi aliquādo eſt occulta.
nunꝙ̄ tamen eſt iniuſta. Et ē pene
incredibile apud impios: quomodo
videlic₃ non ſolum careat omni cul-
pa huiuſmodi aſſcribere deo: ſed etiā
magni ſit meriti. cuncta fideli oculo
aduertere tanꝙ̄ ab ipſo impata. ꝗ
per ſe immediate inflicta. Hinc eſt
ꝙ ſanctus propheta orabat dicēs.
Obmutui et non aperui os meum:
quoniam tu feciſti ammoue a me
plagas tuas. A fortitudine manus
tue ego defeci in increpacōnibus. Et
alibi. Quantas oſtendiſti michi tri-
bulationes multas et malas; et cō-
uerſus viuificaſti me: et de abiſſis t̄-
re iterum reduxiſti me. Iſte et ſimi-
les locutiones ad iſtum gradum p-
tinent: quādo videlic₃ ita ſublimit̄ p-
ficit amicus dei ꝙ penitus creaturās
n̄ curet. nec aliq̄d eis imputat: ſ₃ iugiter
ad manū dī reſpicit ⁊ illū tm̄mō curet.
q̄ p̄t corp⁹ ⁊ aīā₃ pdē ī iehēnā: ſīi cui-
i⁹ nutu nec vnū foliū arboris cadit
ī terā. Hoc ē ꝙ illi gloſi ptēs ī egipto

quoꝝ ſolēpnis memoria ē. non plus
metuebāt demones: q̄ nos muſcas
preteruolantes. Valde ſiquidem ve
recundū reputabat beatus antho
nius. ſi vel minime pauiſſꝫ ad occur
ſum demoniorū: q̄ꝛ pmo ſemel et ite
rum crudeliſſime laceratus. ad con
flictum eos ꝓuocabat: i ꝓperans
eis q̄ ad nichil redacti eſſent. neqꝫ
vel vnum ſupare poſſent. Quid con
tra talem militem vniuerſitas cre
aturarū faceret: quando eo magis
fortificabatᷣ. quanto magis crucia
batur. Cum diu ergo xp̄i agoniſte o
rant liberai ab hominibus iniquis
vel demonibꝫ vel paſſioibus ꝓprijs.
quales orōnes plurime ſunt in ſacra
ſcriptura. ſi hoc faciunt neceſſitate
penditandi q̄ſi eas adhuc ſufferre
nequeant: tam diu ad iſtum gradū
nondum puenerunt neqꝫ apti ſunt
ad iſtud bellum inchoandū. Ex qb' oī
bus patet q̄ ardua ſit iſta tempta
cio diuina: que ut dcm̄ eſt. homines
diuinos id ē ſūme pficientes exami
nat: agiturqꝫ dupliciter. ſiue duas
ſpecies habet Prima conatur homi
nem ſepare a deo: ſcda econtra cōa
tur deū ſepare ab hoīe: de qbꝫ iā pla
cet aliqd ānotarē. Prima ergo ſpēs
hui' diue teptacōis ita ſentitᷣ in mē
te hoīs. q̄i vellit eū retrahē a deo non
q̄litcūqꝫ ſic in alijs: ſꝫ ipetuoſiſſiē iuxͣ
debitam ꝓporcōnē ad hāc maximā
fortitudinē. Qui eni vult fortiſſimū
militē pſternē cū armis ſuis: oꝫ q̄ ḡ
uiſſiōs ict' ſibi porrigat. Cōſtat ꝓin
de q̄ deo vnimur p t̄s vtutes dīnas.
ſiue theologicas: q̄ ſūt fides ſpes cari
tas. q̄ diu ſum' viatores: nec ſepa

ri poſſum' ab eo q̄ diu illas hūeri'.
Vadit ergo temptacio iſta fortiſſiē
contra eas cum vicijs oppoſitis. ita
q̄ contra fidem ſuggerit infidelitatē.
cōtra ſpem deſperacōnē: cōtra carita
tem blaſſemiā. Dicunt quidā q̄ hec
ſint ſeminaria dyaboli: quibꝫ ipſeꝝm
beatū dyonſiū plenus eſt. et alios
implere deſiderat. Quia eni in ipo ē
fantaſia ꝑuerſa. ideo ſuadet pfidiā.
Quia amens cōcupiſcēcia. iō ſuadet
deſperacōnē. Quia furor irraciona
lis. ideo ſuadet blaſſemiā: et aliqn̄do
ſi pmittatᷣ grauiſſima verba appoit
q̄i totus furibūdus: ſed ſicut ſepe di
ctum ē. nō curare habem' a quo im
mittūtᷣ. ſꝫ qualiᷣ ipis ad noſtꝝ pfe
ctū bn̄ vtamur. hoc magnope ſtudē
dum eſt. Legi cuiuſdā venerābilis et
religioſi pr̄is ſcripta de hijs. qui plu
rimū vexatus fuerat p eas ānis mlᷓ
tis: et quaſi decoctus in igne tribula
cionis cotidiane ac pbatus: ut pre
ceteris titulo ſanctitatis decorai me
reretur in diebus ſuis. Omēs eni q̄
ipm nouerant: tāq̄ ſanctum virum
venerabantᷣ. Erat qꝫ ſibi nomē dm̄
cus: ſenior et vicarius ī domo carthu
ſienſiū apud treuerim. Dicit ergo q̄
ob conſolacōnē alioꝝ ſcripſerit: que
ipe expertus fuerat. Nam grauiſſime
in principio affligebatᷣ. p eo q̄ puta
bat inſaniā incurrere: timebat qꝫ ſe
a domino derelictū: inſup nullū in
uenit qui tales temptaciones exp
tus cē̄t: a q̄ ꝯſiliū aliqd ā ſolatiū fu
ture liberacōis acciperet. Deniqꝫ tan
to capitis dolore crebro vexabatur.
ut quaſi crepere aut in ptes ſcindi
cogeretur: mappaqꝫ circumligando

ipſū dolorē lenire ſtuduit. Cūqꝫ tā
te eēt pfectionis ut hec ōnia paciēt
toleraret: acceſſit eciā tā grauis infir-
mitas toti⁹ corporis: ut p decē et ſep-
tē annos pueutū ſequi nō potuiſſet.
Verū p aliquot ānos āte ſcāꝫ mor
tē ei⁹ q̄ placidiſſiā et deuotiſſiā appa
ruit. cū iam ſenio pfectus fuiſſet qn̄
alij magis ſolēt debilitari. ipſe qua
ſi miraculoſe fortificari cepit: ōnia
q̄ ordinis et officij ſui erant pfecte
adimplēdo. Jta mund⁹ et pcupiſcē-
cia ei⁹ in eo aruerāt: ut cū ex neceſ-
ſitate intereſſe tractatib⁹ ⁊ pputati-
onibus opteret. aures cera obſtru-
eret: ne aliq̄d audiret qd internam
ipſi⁹ deuocōem īpediret. Sic eciam
ſe oracōibꝫ et ſanctis meditacōibus
mācipauerat: ut ſublimes perſonas
ipſū viſitātes edificacōnis grā co
tundo ſermone licenciaret. dicens.
Optet ut aut dn̄m dimittā. aut vos.
Sicqꝫ pnuncti ſtatim abierunt: ā ra-
rius redierunt. Erat ei p̄cipuus ami
cus dn̄s otto archiep̄us treueren.
vir vtiqꝫ exēplaris et ſancte vite:
q̄ aliqn̄ ſic ei fertur rn̄diſſe. Melius
ē me licēciā accipe: q̄ dn̄m a vobꝫ expel
lere. Nichilominꝰ āpli⁹ eū ex corde
venerābat. Hijs ⁊ alijs ſās exercicijs
ī ſacro ordīe floruit per ānos q̄i. l.
Scripta eē ſua doctoribꝫ ſacre the
ologie obtulit examinādaq̄ oēs cō-
cordit ea approbauerūt tāq̄ verita
ti pſona. Jnt̄ q̄s fuit venerādus do-
min⁹ et mgr̄ bernard⁹ de reyda ſacre
theologie pfeſſor: q̄ vſqꝫ nūc in ſtu-
dio colon̄. ſāe p̄rogatia et vita boā
floret: q̄ hanc quoqꝫ materiā de pre-
dictis grauiſſimis tēptationibꝫ exai-

nauit. et gratāter approbādo aie-
bat. Libent̄ iſta perlegi qꝛ vtilia mi
chi erunt: pter varios ſcrupulos re-
ligioſaꝝ pſonarū crebro de hijs me
infrogāciū. Hec ideo plocꝰ̄: ut dili
gēci⁹ pſiderem⁹ altitudinē et rarita-
tē negocij hui⁹. Nūc āt ad ppoſitū re-
deam⁹. Dicit g° hec ſnīa. qꝫ dn̄s hꝫ q̄ſ-
dā grauiſſiās tēptacōes q̄bꝫ pbare ⁊ (nō de q̄buſdā grauib; tēptacōib;)
purgare nōnullos ſolet velut auꝝ
in fornace: q̄s tn̄ neq̄ ppt̄ piculū deſi
derare dꝫ: ſꝫ ſufficit qꝫ ſimpliciꝫ ſe do-
mino pmittat: et roget ſe ab eo diri
gi et ſaluari: put placitū fuerit in cō
ſpectu diuine bonitatis ſue. Qui autē
eas expiri et p ipſas pficere deſide-
rat: optet qꝫ ſeorſū in ſolitudine ⁊ ſi
lēcio degat. feriat⁹ ab ōni exteriori
occupatiōe: q̄ten⁹ ad eū acceſſū hr̄e
poterit et ipm̄ iux̄ diuinū beneplacitū
exercitare. Nec dubiū qn̄ pi⁹ et bon⁹
dn̄s cū tali clemēter diſpēſabit: put
viderit illi expedire. Nemo em̄ hūa-
nis viribꝫ eis reſiſtere valet ā vin-
cere. Nequaq̄ tn̄ frāgi debet quātū
cūqꝫ ſeuiāt ſeu plongētur: qꝛ mag⁹
corona p hmōi triūpho reſeruat̄ in
celo. Pria igit̄ tēptacō ē pfidie ſue
infidelitatis. Qui hāc patit̄: illi vide-
tur qꝫ falſa ſint oia q̄ legūt̄ de xpi i
carnatiōe. de vita etna. de inferno.
de āgelis ⁊c̄. Et licet inuitiſſiē ſuſti-
neāt hec: tn̄ intm̄ moleſtantur ut ſe
plurimū peccare timeāt et hereticos
arbitrētur. Remediū hui⁹ ſufficiēs ē
qꝫ violēter pſiteat̄ q̄cq̄d ſcā mr̄ eccia
iubet credēdum: quātūcūqꝫ eciā tēp-
tacō in corde remurmuret. Diſcat eciā
pacienter ſufferre: nec diſputet cum
tēptatore: ſed tacendo eum vincat.

Sc͞da temptacio ē blaſfemie. Qui
hanc patitur: quaſi luto et ſtercori-
bus īpetit̄. et cū dn̄o ih̄u ſpūalit̄ con
ſpuit̄. Confundit̄ q̄z xp̄i immūdiſſi
mas et indicibiles peſſimaſq̄z cogi-
tacōnes: ut vix nomē dn̄i auſus ſit
nominare. aut ſacra aliqua attrec
tare. Putat eciā ſe a deo reproba
tum: et oio indignū ad ea q̄ dei ſunt.
Remediū contra iſtā ē. humilit̄ de ſe
ſentire. et deū q̄i conādo laudae. Ob
hoc em̄ pmittit nos domin⁹ hijs im
mundicijs affligi: ut ad cognicōnem
noſtri puenire valeamus. Tercia
temptacō ē deſperacōnis ceteris pei
culoſior: in qua homo velut ſub q̄dā
maximo mallio edomat̄: q̄i p grādi
cōſolacōne optans ut ad grauiſſim̄
martiriū vel purgatoriū aliq̄n poſſʒ
puenire. Grauior eſt em̄ oī martirio:
adauget eā accuſans conſciencia q̄
ſe ream agnoſcit: ex p̄teritis pc̄tis.
iam denuo an̄ mētis oculos clae re
uocatis. Occurrit demq̄z hoſtis an-
tiquus cū machinacōnibʒ ſuis ſiue
in vigilia ſiue in ſompno: q̄i ptātem
accepit trahendi eū viuum in infer
nū. Remediū ɔtra eā eſt firma fides:
q̄ p̄dicat deū magis pmptū eſſe ad
miſerendū q̄ᵐ ad pdedū. Verū niſi do
min⁹ aſſit ſic tēptato: vana eſſent
omnia que q̄i p remedijs applicāt̄.
Btūs quoq̄z bernard⁹ vocat eā ca-
minū ignis: in q̄ nō niſi p rorem celi
cū p̄ſeruant̄ elā. Licet ergo plurimū
cruciet et ſeuiat̄ tn̄ non nocet paciē
ti: ſed plurimū pdeſt. Dn̄s em̄ eſt cū
ip̄o in tribulacione hac. et eripiet et
glorificabit et longitudine dierū re
plebit eum: ideſt conſolacōne ſpiritu

li. Hec breuit̄ extracta ſunt ex ſcrip
tis ſup̄ dcā venerabil' pris dn̄i. Qui
voluerit p̄t ad lōgū certa legere: q̄ de
his tēptacōibʒ ſentit. Colligēdo eciā
ex alijs libris ſacroꝝ doctoꝝ q̄ huic
materi ſuiūt: videt̄ q̄ btūs aug⁹ p̄mā
temptacōnē ſcʒ pfidie tāgit in mltis
libris. Dicit em̄ ſup illd̄ ps. Ponēs
in theſauris abiſſos. Nō ſit ſecura ꝛ
torpens leticia: quia ꝛ ſi gaudeat de
mīa. tn̄ adhuc ſūt abiſſi in theſauris:
ideſt occulte et pfunde temptacōes
contra fidem. Num ideo q̄ imparator
factus ē xp̄ianus: ergo eciā dyabo-
lus factus ē xp̄ianus: q̄i diceret. q̄
adhuc ſūt temptacōnes grauiores
cōtra fidē: q̄ᵐ pſecucō ydolatraꝝ vn-
q̄ᵐ fuit. Hoc oli figuratū credit̄ in e-
zechia: q̄ dixit. Ecce in pace amaritu
do mea amariſſiā. Ver et ſi hec dīna
tēptacō plene curari neq̄at niſi p ſo
lū deū: tn̄ ſcī viri remedia ſolita que
ſpūſſcūs ordinauit p curacōe eius
non aſpernāt̄. Hinc reor actum. vt
idē btūs aug⁹ libros de ciuitate dei
cōſcriberet: in q̄bʒ pleniſſiē ꝛ rōnabi-
liſſiē pcedit ɔtra vniūſos ſcrup'los
inq̄etātes mētē xp̄ianā: q̄ſi catholi-
ca fides vel in toto vel in pte eſſʒ īſuf
ficiēs ad ea q̄ ſalutē nr̄ām ɔcernūt.
Hʒ aūt modū illū. ut omēs viuēdi
modꝯ pq̄rat tā iudeoꝝ q̄ᵐ paganorū.
xp̄ianoꝝ. hereticoꝝ. ſciſmaticorū. ſar
racenoꝝ. phoꝝ: ac oīm aliorū q̄ vn-
q̄ᵐ in mūdo fuerunt: tādēq̄z ɔcludit.
Si aliq̄ ē melior fides q̄ᵐ illa q̄ apli
co ore p orbē p̄dicata ē: merito pual
dz. Hʒ q̄ hatten⁹ nulla talis appa
ruit: g° catholica fides p̄ualet: ꝛ p̄ a
lijs puāda ē tq̄ᵐ ſecura via ad celū.

Minorē ꝓbat multiplicit᷑: tū p̄ teſti
monia ꝓphetica et martirū penas:
tū p̄ miracula et ſcōꝝ patrū doctri
nas: tū p̄ phꝛoꝝ vanitates et paga
noꝝ delirameta: q̄ nūq̄ ſeipōs iuuaꝛ̄
poterāt: ſꝫ mutuis ꝯtradictōibꝫ ru
diſſiē ſtolidū mūdū fefellerūt: ac mo
bile vulgꝰ pꝰſe q̄ſi certati trahebāt.
Sacrilegia q̄ꝫ ydolatrarum ex ꝓ
prijs dās ipōꝝ lucide refellit: ita ut
nulla racōe ſint ſuſtinibilia. Heti
coꝝ ſimilit̄ p̄ſūptionez apte deiecit:
ꝯfodiendo eos cornibꝫ ſuis et ſcrip
turarū auctoritate. Cui placꝫ eos
legat et relegat: et inueiet venuſtū
opꝰ et ſolatioſū ꝓ oī ſacͤ fidei defen
ſione diſertiſſiē ꝯflatū. Scio quēdā
qui multū vexabat̄ a ſpū pfidie q̄ſi
vtiqꝫ cetere gētes hrēnt in genera
tione ſua eqꝫ rectā fidē ſicuti et nos
in gn̄acōe nr̄ā. aut forte meliorē: ſed
poſtq̄ multa hic inde legit. nec dū ple
ne obuiaꝛ̄ poſſet impulſibꝫ nefarijs.
accidit ut q̄ cito ad p̄dictos libros
de ciuitate dei remiſſꝫ. auideqꝫ plege
ret: illico p̄ oīa ꝯtentus et q̄etus ꝑ
manſit. Hec nō ideo dixerī q̄ſi tā ſu
bito hec tēptatio ꝯq̄eſcat in hijs for
tiſſimis militibꝰ ſicut in iuuenibus:
ſꝫ q̄ aliqͦd tn̄ iuuamē preſtēt ſcrip
ta ſanctoꝝ. Sicut em̄ deꝰ p̄ordiauit
bella: ſic eciā arma q̄bus bellatores
muniāt᷑. Ceterū legi de quodā ſcō
et docto viro q̄ tā grauit̄ impugn̄ba
tur. ut q̄ſi videret corā ſe ſtare vniu
ſas hereſes altiſſimis vocibꝫ clamā
tes: nos ſumꝰ veritas. Et ut fertur
crebro ſancti doctores ſic agitati fu
erūt in diſputationibꝫ hereticoꝝ: ut
vix ꝑ ſolam oracionē laqueū erro

ris euaſerūt. Sanctus quoqꝫ thōs ī
22ͤ. dicit q̄ docti viri amplius temp
tantur in materia fidei q̄ ſimplices:
et eciam plꝰ merētur credēdo. Depe
dictꝰ eciā vir ſanctus iob. non mirū
q̄ huiuſmodi tēptatiōes ſenſerit cū
habitaſſꝫ in medio nationis praue:
vbi vix pauciſſimi vere fideles fue
rant: ſꝫ q̄ fortiter reluctaret̄. oñt cū
aiebat. Si vidi ſolē cū fulgēt. et lu
nam incedēte clare: et letatū eſt in
abſcōdito cor meū: et oſculatus ſum
manū meam ore meo: q̄ſi diceret. Ne
qua q̄ hoc feci ut ſcꝫ adorarē creatu
raꝫ ꝓ creatore: quia hec eſt iniq̄tas
maxima et negatio contra deū al
tiſſimū. Ex quibꝫ patꝫ q̄ ſit aliqua
ḡuior tēptatio ꝯtra fidē: q̄ gladius
tirānoꝝ. De tēptatione quoqꝫ deſpe
rationis amariſſima. ſepiꝰ legūtur
ſcī horribilit̄ vexati. Hec em̄ ſcm̄ iob
plurimū inuaſit. et pene in baratꝛ
traxiſſꝫ: niſi a dn̄o adiutus fuiſſet.
Unde q̄nqꝫ dicit ſe deſperare: q̄nqꝫ
āplius non reſurgere et ſimilia: q̄n
qꝫ iterū q̄ſi ad ſe rediſſet ait victori
oſe. Eciā ſi me occiderit in ipſū ſpeā
bo: cum ſimilibꝫ. Puto eciaꝫ me legiſ
ſe q̄ btūs laurēcius ī craticula hāc
ſuſtinuiſſꝫ: anteq̄ btiſſima aīa ipſi
us de corpe exiret. Nonnullos em̄ ī
morte: quoſdā in vita moleſtat. Sci
ui quēdam venerabilē mgr̄m mag
ne pntele ortū: q̄ tāta hūilitate ſeip
ſū deiecit ut porcos in q̄daꝫ mōſterio
r̄gulariū cūctis diebꝫ vite ſue paſce
reꝫ: neqꝫ poſtq̄ publicatū fuerat ge
nꝰ ſuū ſe ad altioā pmiſit ſubmoueri.
Hūc ſpūs deſpacōis ita afflixit. ut
crebro dicēt q̄ cerꝫ ſe dānādum a

deo ꝓpter pcc̄a ſua:et nō ꝙ poſſet in
dulgenciam ꝓmereri·Cumqȝ de hoc
argueretur:non admiſit conſolacio
nē·Tandē cum morti ꝓximaret ple
ne liberatus fuit:interrogantibꝫ qȝ
ſe de hoc timore.ait.Ego ꝑ omnia in
domino confido:quia ille bonus deꝰ
neminē vult perire:nec vnq̄ aliquē
dereliquit qui ad ipꝫ confugit·Si
militer de temptacōne blaſſemie.ꝙ
plures ſancti conqueſti ſunt·Vnde
legitur in vita ſancti hugonis epi
ſcopi gracionopolitani:qui fuit vnꝰ
de primis ꝓpagatoribus ſacri car
thuſienſ ꝓpoſiti:ꝙ ipm ſpiritū blaſſe
mie vltra xlᵗᵃ annos ſuſtinuerit ad
magnam ſue glorie coronam·Nam
ſicut ipi dn̄o incredibili preſūpcōne
ydolatriam.ſic eius ſeruo ſuggere
bat viperea machinacōne blaſſemi
am:ſcilicet ut de deo vel de hijs q̄ ad
deum ꝑtinent aliquid cogitaret idig
num·Sed ſicut a domino:ſic eodem
iuuante ab eius ſeruo victus et cō
fuſus abſceſſit·Nec mirū reputari
debet.ꝙ hoīes licet ſcōs hac tempta
cōne cruciare cōtendit:cū deum huā
na carne veſtitum eciā vſqȝ ad ydo
latriā temptare auſus fuerit·Mul
ta quoqȝ ſcōꝝ prim̄ ſcripta reꝑiunt̄
de hac materia:⁊ ꝑcipue de ꝑdeſtina
cōne et p̄ſcia et ꝑmiſſione et ꝑcepci
one diuina:et de regimīe dei in vni
uerſo et alijs.q̄ tēptacō iſta ſibi aſ
ſumit in adiutoriū·In quibꝫ oībus
hec ē cōis ſnīa ſcōꝝ:ꝙ vbi intellectꝰ
hūanꝰ deficit ibi eciā hūane loq̄cita
ti ſilētiū ipōni oꝫ:ſcḋm illḋ apli·O alti
tudo diuiciaꝝ ſapie et ſcie dī:ꝙ icōp
hēſibilia ſūt iudicia eius:et inueſti
gabiles vie eius·Quis em̄ cogno
uit ſenſū dn̄i:⁊c̄·Nichil em̄ melius
eſt:ꝙ captiuare omnē intellectū in
obſequm fidei·Veꝝ ſicut iam ſupra
dictū eſt.licet iſta remedia bona ſint
et aliquid iuuent:tn̄ iſta temptacō
qn̄qȝ ita in ſuo feruore excandeſcit.
ut informacōnē non admittat·Si
cut namqȝ infirmitas corpalis ſi ni
mis excreſcat egrotū ꝑturbat in tā
tū ꝙ vix ſenſus videt̄ hr̄e.et tedio ſi
bi ē q̄cq̄d de remedijs dī:ſic eciā affli
ctio iſta ſpūalis ita mētē affligit:ut
q̄cq̄d citra deū ē ipam cōſolari ne
gat.Oꝫ em̄ ꝙ ſolꝰ ille q̄ vulnꝰ iflixit
ſaltē ꝑmiſſiue.ꝙ idē et eidē curā ad
hibeat.Alioqn quiſciāꝫ ſn̄ vnctione: appoīt.
appoīt dolorē ſup dolorē·Scio quē
dā cui hec temptacō ita īportūa fuit.
ut imaginē crucifixi ac cetera q̄ ſuā
deuocionē iuuare ſolebant ad tēpꝰ
inſpicere non auderet:nec deuota le
gere ſcripta que de diuino honorē et
amore tractabant·Qm̄ cito em̄ hoc
faciebat:quaſi temptacio noua ar
ma recepiſſet.acrius inſurgebat·Vi
debatur quoqȝ eidem.ꝙ quaſi duo
ſpiritus ſedebāt ſuper vtrumqȝ hu
merum eius:⁊ ſine intermiſſione in
aures ipſius inſufflarent nefandi
ſſimas cogitaciones:nec ceſſabant
die ac nocte.donec fatigatus vires
omnes exhauſerit reluctando·Tan
dem cum nimis timeret amenciam
incurrere:pius dn̄s miſertus eius
ipm liberauit·Scio alium qui eciā
q̄ſi tennio ſuſtinuit horribilit̄ hmōi
immiſſiones:ſed paciēter tollerās
tandem liberatus fuit·Idem quoqȝ
michi retulit.ꝙ de poſt ita pauidus

effect⁹ fuiſſꝫ: q̄ nulla vocabula ꝯtu-
melie tēptatori dare auderet. Con-
ſuluit eciā vniūſis. q̄ manerent in
doctrina ſancti iude apoſtoli. q̄ hui⁹-
modi diſſuadet: q̄n nec michael ar-
changel⁹ dyabolo auſus fuerit iu-
diciū īferre blaſphemie: ſꝫ dixit. Im-
peret tibi dn̄s. Illi quoqꝫ magni ſci
qui eum ad cōmi⁹ bellandū ꝓuoca-
runt: ſunt magis mirādi q̄ imitādi.
Dn̄s eciā in iob ait: q̄ non ſit pote-
ſtas ſimilis ſup̱ terram. que poſſit
ei cōpari. Vincit̄ ergo cauci⁹ p̱ hūi-
lem fortitudinē q̄ animoſā magni-
mitatē: p̄cipue quo ad illos qui ad-
huc gradum iſtū plene nō aſcēderīt.
Ecce q̄ grauis luctator ⁊ q̄ piculo-
ſa pugna: que ſemp̱ circa ſūma pec-
cata verſant̄. Q̄m̄ facile ē dicere. no-
li diſcredere aliquē articulū fidei. q̄
ſūma veritas eſt: Noli deſperare de
venia q̄ plus eligit deus miſerei q̄
iraſci: et eadem veritas q̄ predicat
eū ſūme iuſtū: eciā p̄dicat eū ſūme
clementē. Quare vis ergo in tuā per-
niciē magis vnū diſcredere: q̄ aliud
in tuā vtilitatē cōfiteri. Similit̄ q̄
facile ē dicere. Sēti de dn̄o in boni-
tate et in ſimplicitate cordis q̄re il-
lū: Omne bonū ab illo eſt: Omne qd̄
intelligis. qd̄ noſti. qd̄ habes. qd̄ po-
teris. ipſe tibi dedit. Eſto ergo beni-
uolēter ſubditus illi: nec arguas ip-
ſū in iudicijs et opib⁹ ſuis. Ipſe em̄
glorioſus et etern⁹ de⁹ ōipotēs. ōni-
ſciēs. incōmutabilis. oīa cōtinēs. ſolo
verbo v̄tutis ſue cōſeruās et guber-
nans vniūſa: cui nemo iuſte dicere
poterit. cur ſic facis. cum omnia ex ni-
chilo creauit. Tu autē exilis crea-
tura inſtabilis. miſerābilis. fame. ſi-
ti. frigori. caumati. pediculis. pulici-
bus. alijſqꝫ innumeis afflictionib⁹
expoſita: Ita ut merito verecūdū ⁊ ir-
racōnabiliſſimū ſit aliq̄d cōtra ordi-
nacōem tāti dei ſentire. Ecce iterūdi-
co. q̄ facile ē iſta dicere et approba-
re: ita ut mirꝫ ſit q̄ vnq̄ homo aliud
ſentire poſſit: tā ut iā multiplicit̄ dic-
tū eſt. nec ſatis dici p̄t: q̄ diſtricte ſci
viri ac doloroſe p̱ hm̄ōi excruciātur:
ut ſic ꝯpleātur et dealbent̄ ⁊ aptioēs
fiāt ad d̄inos ſup̱lucētes radios p̱-
cipiēdos: q̄ nuſq̄m̄ niſi in mundiſſi-
mis cordib⁹ relucere ꝯſueuerūt. Cer-
te ſicut peluis mūda ſplēdore ſolis
decoratur: tn̄ ſi adhuc mūdior eſſet
eciā ampli⁹ reſplēderet: ita quoqꝫ de
aīa ſancta ſentiendū ē. Et ſic eadē
peluis ut mundior fiat. cinere. ſter-
core vel arena durius fricatur: ita
ut inexp̱tus dicat eā peſſiē fedatā
quaſi nūq̄ ad p̄ſtinam pulchritudi-
nē reparari poſſit. tamē expertus adhuc
āplius eā maculat ⁊ fricat: quia no-
uit q̄ q̄cito aqua munda p̱fundit̄.
candidior erit q̄ vnquā antea fuit:
Ita dn̄s deus dilectam ſponſam ſu-
am intus decorā et formoſam p̱mit-
tit foris aliq̄n̄ hijs peſſimis machi-
nacōnibus deturpari. ac tribulari:
ut eā pulchriorem ſibi aſſumat ī fa-
miliaritatē precipuā ac fed⁹ ſempi-
ternū: lauando eā repente de puteo a-
quarꝫ viuencium ſiue fontibus or-
torꝫ: q̄ fluūt impetu de libano. Hinc
ḡg. 32. mora. d̄r. Miro mō agit̄ ut
mēs nrā vnde digna efficit̄ inde ſibi-
met indigna videatur: ⁊ tūc rectitu-
dini lōge ſe eē ſenciat cū appropiq̄t.

Secunda ſpecies hui⁹ temptacōis
diuine ita ſentitur in anima: quaſi
velit deum ſeparare ab hoīe. Et hoc
dupliciť. Primo quādo deus ꝑcipit
aliq̄ grādia que racōnabiliť pn̄t ne-
gari: ſcd̄o qn̄ non exaudit inuocan-
tem ſe. nec iuuat in arti culis mag-
nis. ſꝫ q̄ſi derelictū obliuiſcitur. Hec
ſpecies ꝓprijſſime dr̄ diuina: q2 tam
racōne inferētis q̄ racōne pacientis
totaliť circa d̄ina v̄ſať. Agiť eīm inť
deū et aīam ſcāꝫ ſine oī concurſu ali-
cui⁹ creature. ita q̄ ſi nō eſſet niſi v-
nus homo ſup terram. et omnes an-
geli manerēt in celo. oēſq3 demones
in inferno. adhuc iſta temptacō locū
hrēt pleiſſime in illo vno hoīe. et for-
te eo plenius. quo magis ſolitarium
ip̄m repiſſet. Et hec tēptacō eſt oīm
tēptacionū mr̄. acerbiorq3 vniuſis:
ac tocius miſerabilis vite hui⁹ ſū-
ma penalitas. Et hic eſt finis toci⁹
ſpūalis milicie et cōſūmacio. Nam
qui iſtā vicerit. iam vltra nichil iue-
niet qd̓ veluti durius aggredi opor-
teat. Hāc et ſi plurimi ſcōrū ſtrēnu-
iſſime expti ſint: tamē xp̄us dn̄s ſal-
uator noſter eā ſup oēs grauius ſu-
ſtinuit. qn̄ in cruce lamentabiliť ex-
clamauit dicēs. Hely hely lamaza
bathani. Et poſt eū glorioſa virgo
maria mater eius: de q̄bus infra di-
ceť. Pro intellcū hui⁹ tāte acerbita-
tis ē aduertendū: q̄ teſte beato augu-
ſtino. vita corpis ē anima et vita a-
nime deus: et ſicut corpus nutat et
dolet ſi anima ip̄m efficaciť nō viui-
ficet: ⁊ tādē oīo in aſpernabile cada-
uer reſoluitur ſi ab eo recedat: ſic p
omnia cum ip̄a anima agiť deo ſub-
trahente graciam ſuam magis vel
min⁹. Dictū ē eīm ſup̄ q̄ aīma tātū
gaudiū ſentit pn̄te gracia ꝓ libitu.
q̄ eciam in medijs flām̄is rideret: et
q̄ nullo modo poſſet eſſe locus ſpiri-
tuali temptacioni ſi gracia ita in a-
nima pſeueraret. Sed ut homo iux-
ta regulam diuine iuſticie in ſpiri-
tuali vita p tēptacōes ꝓficiat: pau-
latim gracia ip̄a ordinatiſſime ſub-
trahitur: ita tn̄ q̄ ſemp manet ſuffi-
ciens adiutoriū infirme nature: ad
ſufferendā pugnā et eciā vincēdam
ut dictū ē. Et ſc̄m iſtā gnālitatē oīs
temptacō pt̄ dici diuina tā q̄ occaſi-
onaliť ab ip̄o deo ortum habeat. qn̄ vi-
delicet inducit homini pugnā cōtra
vicia. et eciā pugnandi materiā pre-
beat et occaſionem ſibi ꝓuideat: vt
ſiue velit ſiue nolit pugnādi neceſſi-
tatē habeat. ut clare pꝫ deuť. viij. ca⁰.
vbi dr̄. Adduxit te deus tuus ut af-
fligeret te atq3 tēptaret. ut nota fie-
rent q̄ in tuo aīo verſabanť: vtrum
cuſtodias mandata illius an non.
Recedēte ergo paulatim grā ⁊ pug-
na creſcēte. victoria q3 multiplici ſuc-
creſcēte: tādē p⁹ oīm creaturaꝝ con-
tra bellātiū cū inclitū triūphū. rema-
net ip̄a ſcā aīa cū deo ſolaꝛ: iā p donea
effecta ut eciā cū ip̄o nouū ⁊ mirabi-
le certamē ineat. Hoc aūt nccē ē: ali-
oq̄n veraciť aīa expiri non poſſꝫ. q̄d
ex ſe. aut q̄d ex grā hrēt. Vſq3 eīm
ad hunc gradum ſemp ſibi aliq̄d de
ſeip̄a blandiť: q̄ eciā aliq̄d ad ſe p-
tineat de ſupradcīs tā glōſis ⁊ mul-
tiplicibus triūphis. Sꝫ qn̄ iam gra-
cia totaliter pene auferť. et vix ali-
qua mīma ſcintillula boē voluntatis

relinquitur. tunc perfecte ſentit ani
ma ſancta q̄ nichil ex ſe confidere
debeat: quī qȝ malum ſit ſibi abſqȝ
deo eſſe. ſolitiſqȝ ſuffragijs carere.
Experit̄ enim doloroſiſſime: q̄ nū
q̄ ab ineunte conuerſationis ſue
primordio tanta ſit macie · tanta
ariditate · tantaqȝ acerbitate confe
cta · Accedit ad hoc rurſum noua
omnium proſtratorum hoſtium in
curſio: quaſi iam denuo ſpem habe
ant · deperdita bella reluctandi · cla
mantium ac dicentium · Deus dere
liquit eum: perſequimini et cōpre
hendite eum: quia non eſt qui eripi
at · Acrius nunc inſtate: nam ſi nūc
euaſerit manꝰ noſtras: deinceps ac
ceſſum ad eum nunq̄ habere poteri
mus · Verum ſiue hoſtes redeant ſi
ue non. ipſa derelictio eſt ſibi graui
ſſima pena: que nec in libris ſcribi.
nec ore proferri: ſed tantum experiri
poteſt ab hijs qui ad hoc dignificati
ſunt. Huius figuraꝝ olim geſſit ſan
ctus ille rex iuda ezechias nomine:
q̄ poſt tāta diſcrimīa in cantico ſuo
loq̄tur admirabile verbum cū maḡ
attentione dicēs. Ecce in pace ama
ritudo mea amariſſima; q̄ſi diceret.
Quis hoc credidiſſꝫ. Similit̄ ⁊ btā
maria magdalena. que nec diſcipu
lorū nec angeloꝝ conſolacōe potuit
aliquatenꝰ conſolari: niſi dn̄m ipſū
reinueniſſꝫ. Ita eſt de iſta dīna ani
ma cui ōnis conſolatio · ōnis infor
matio · ōnis ꝓmiſſio oneroſa eſt: do
nec inueniat illum quē tāto amoꝛe
diligit. et a quo nō minꝰ diligi memi
nit · Hēc eī qd tolerat. et qd̄ ami
ſit amariſſiē deflere nō ceſſat · Huic
exercitio aptauit ſpūſſcūs multos
paſſus in ſacra ſcriptuā. ne inauiſa
ti de hijs remaneamꝰ. Dicit ē illud.
Queadmodū deſiderat ceruꝰ ad fon
tes aquaꝝ: ita deſiderat aīa mea ad
te deus. ⁊c̄. Tādem cū nō inueniſſꝫ eū:
ſubiūgit. Ad meipſū anima mea cō
turbata ē · Et iterū. Quid michi ē in
celo: et a te q̄d volui ſup terrā. Defe
cit cor meū ⁊c̄ · Et in cāticis. Anima
mea liquefacta eſt ⁊c̄. Queſiui illum
et non inueni: ſurgam ⁊c̄ · Contigit
enim huic anime quod boeciꝰ de ſe
deflet dicens · Infeliciſſimum genꝰ in
fortunij eſt fuiſſe felicem. Si igitur
amor vilium rerum deperditarum
tantam inducit amaritudinem: quā
tomagis ſummi dei tanta famili
aritas iam quaſi penitus amiſſa:
Hijs afflictionibus propheta edo
ctus ait · Ego dixi in exceſſu mētis
mee: proiectus ſum a facie oculorū
tuorum · Et tamen ante breuiter p̄
miſit dicens. Quā magna multitu
do dulcedīs tue: quā abſcōdiſti timē
tibus te ⁊c̄ · Hec quoqȝ praxis beate
katherine de ſenis contigit · Dicitur
enim in vita eius libro p̄mo. capitlo
xiº: q̄ poſt magna exercitia ſpiritu
alia et conſolacōnes internas. tan
ta demonum multitudo ad eam ac
ceſſit: vt cella que ſibi velut paradi
ſus antea fuit. Iam tedioſa ad tem
pus erat. et ſi licuiſſet. imitando ihe
ronimū p valles fugiſſꝫ ⁊ colles: ut
tā abhoīnabilia demonū mōſtra ac
teptamīta vitaſſꝫ. Addebatqȝ afflicte
mēti afflictō aliā: q̄ ſpōſꝰ q̄ ſolebat
eā ſepiꝰ viſitare. ꝯſolacōeſqȝ plurias
miſericordit dare. videbat̄ ꝓtūc elōgat⁹.

Et nec viſibilit nec inuiſibilit. ſuū ut
apparebat auxilium porrigebat ac.
Tandē liberātā frequent do auit. q̄uo
cōtigere aīe deū amāti ſolz. q̄ feruore
mētalis vel ex diuina ꝓuidencia vel
ex aliquali culpa ex hauſtis adiūc
cōnibz inimici tepeſcit: et q̄nqz q̄i ad
frigiditatē vſqz deducit. Et quidā in
cauti vidētes ſe q̄i ꝑuatos ſolitis cō
ſolacōibz dimittūt exercicia ꝯſueta
orōnis meditacōis ſeu lcōnis vel pe
nitēcie. in q̄ ſe āplius debilitāt et leti
ficāt inimicū. q̄ michil aliud q̄rit. niſi
q̄ tiro xp̄i depoāt arma cū q̄bz ipſū
vincebat. Debet igit̄ tātus athleta
xp̄i ſemꝑ ſua exercicia ꝯſueta ꝯtinua
re nec quicq̄ diminuē: dicēdo. ego cō
fido in dn̄o noſtro ih̄u xp̄o ⁊ nō ī me.
Itē. nūq̄d tu viliſſīe aliq̄bz cōſolacō
nibz dignus es. nūq̄d ꝓpt̄ eas elegi
ſti ꝑuiē xp̄o: Et nō. q̄ veriſſīe in me
dio cordis xp̄s tūc ē. dando ſcām illā
triſticiā et diſplicēciā: alioq̄n null9
poſſet ad momētū talibz reſiſtē. Vide
vbi ſupra pulchre. Et nota q̄ ī iſto
ſexto gradu caritatis. ſpirituale ma
trimoniū ꝑficitur inter deum et ani
mam ſanctam: vſqz eīn adhuc nup
cie ꝑabantur. Conſtat autem q̄ in
vero matrimonio non ſolum mulier
traditur in poteſtatem viri. ſed eciā
vir in poteſtatem mulieris: ad quod
nichilominus prouidi viri non faci
le conſenciūt niſi cum multa experiē
cia ꝓuia. Sic dominus deus in hoc
gradu plene animam ip̄am tēptat:
an videlicet ydonea ſit relinquē pa
trem idest ſpiritū ſuum. et matrē id
eſt carnem vel corpus ſuum: ⁊ adhe
rere ſibi. aliunde conſolacionem nō
requirendo. Perfecta namqz vxoīs
caſtitas. que oculos. manus. labia.
corpuſqz totum et animam ip̄az cō
ponit: maxime in abſencia viri dep̄
henditur. Non omniū animarum li
cet ſcōrum eſt iſta gr̄a. Quinymo
oēs pene ſupradc̄os g̃dus ſancte cari
tatis honeſta ſolacia ſuis ꝑmiſcēt
exerciciis. Iſte aūt velut viduus do
lore confectus ſeorſum ſedet merēs.
nullam prorſus cōſolacionem ad
mittens: donec ab altiſſimo deſuper
miſſa fuerit viſitacō. Vn̄ et ob hoc.
iuxta dictum beati gregorij. iſte g̃
dus diuinitatis nomē accepit. Nā
qui in eo ꝑfectus fuerit. deum vincē
ꝑhibetur: et ei. velut amantiſſima cō
iunx viro. copulatur. Hoc autem ne
quaq̄ fieri poteſt: niſi ſicut iam du
dum ſupra dictum eſt. anima ip̄a ꝑ
fecte ſibiip̄i moriatur et a ſe penitus
deficiat: ſicut iſte gradus pleniſſime
requirit. Hic pulchrum ſpectacu
lum placeat intueri. Dicunt concor
diter ſancti patres tanq̄ mltipli ex
pti: q̄ natura ſemel ꝑ ſerpentem le
ſa. veneno qz illius infecta. ſemꝑ grē
aduerſetur: ſitqz iuge bellum inter
eas donec altera earum ſuccumbat.
Verum natura in hoc quandoqz fe
liciter decipitur q̄ eſt nimis auida:
gracia vero eſt nimis cauta non di
co ſubdola et eciā nimis larga. Ex
condigno igitur ſimul regnare non
poſſunt. Natura eīn nichil facit fru
ſtra: gracia autem ſi aptum vas in
uenerit ſe totaliter gratis infundit.
Oportet igitur q̄ altera earum vin
catur. Agit ergo mirum in modum
gracia ſubtiliter: vt naturā ꝑtinacē

paulatim inducat ad ſibi ſeruiēdū
ex animo et voluntarie: que ex ĩna
ta ſibi rebellione. violenciaȝ ōnino non
admittit. Natura enī ſūme liberta-
tē affectat. et ſui excellenciā atqȝ cō-
modū: nichil diligit. nichil opatur.
niſi ꝑ reciprocū: hoc eſt in ordine ad
ſeipſam. Gracia autē preciſe econ-
tra. Videns igitur grā ꝙ plano pede
naturā ad ſe trahere nō poteſt: pio
quodā dolo ꝑmittit ei ōnia que vult.
gloriā. libertatē. honeſtatē. ꝯmodi-
tatē. vitā. ſuiqȝ ſūmam nobilitatē:
Sicqȝ eam ſibi ꝯſentire facit. obedi-
enciāqȝ extorquet. Gaudet igit̄ na-
tura qm̄ ei bene eſt cum gracia: ꝗp-
pe que ſibi magis ſeruit. ꝙ ipſa ſibi.
Tādiu enī bona pax eſt int̄ eas: ꝙdiu
grā ſeruit nature. et nichil ei preci-
pit niſi quod placet. Largit̄ deuoti-
onē. ſuauitatē. amabilitatē. lacri-
mas dulces. intelligēciam: facilita-
tēqȝ in ōnibus que agit. et famaȝ bo-
nam. Gloriat̄ ergo natuā in ſe val-
de et caput leuat. letabūda. ꝙ dñaȝ
ſuam videt ſibi tam ſedule ſeruire:
cui tāto cum tremore obedienciam
ſpoſpōdit: quaſi non credidiſſȝ ei ꝙ
ſic beniuole ſe tractare deberet. Eſt
igit̄ bona pax. Sȝ gracia videns na-
turā ſic deſidioſam ac ruſticanā ꝙ
nulla venerabilitate ſibi occurrit:
neqȝ aliq̄ verecūdia mouet̄ ſup ſui-
cijs huiuſcemōi: malleꝗȝ ſic ſibi ob-
ſeq̄ in ꝑpetuum a tanta dñā ꝙ ꝓpri-
um pedem mouere: incipit tediū ha-
bere. et paulatī admonē ipāȝ ut eci-
am aliq̄d opari aſſueſcat: grateſqȝ
pro tantis ac inſolitis bñficijs red-
dat. Fit ita. Sed ſtatim natura ve-

lut āccilla mercēnaria ad ſe reuerti-
tur. Denuo grā ipſam hortat̄ mag̃
ac magis. ꝑceptaqȝ ſucceſſiue mul-
tiplicat. Obedit illa more ſuo: iā gr̃-
uit̄. deīde accidioſe: poſtꝰ q̄ruloſe. Quo
ꝯpto. grā iā apte in faciē ei expro-
bat. g̃uioraqȝ impoīt: et ꝙ ſit mēor
ꝓfeſſionis ſue. vehemēter exaggeāt.
Rñdet natura ꝙ ſimilit̄ eciā ipſa ſit
memor ꝓmiſſionis ſue. neqȝ nimis
dure agat: Alioqñ velut doloſaȝ eā
accuſabit. Rurſū grā rñdet. ꝙ de ta-
libꝰ taceat et pfcē obediat: qȝ niſi hᵒ
fecerit diſciplinā hēbit et verbera co-
tidie. nec quicꝙ daturā ſe ꝑmiſit añ
iſtā pfcām et humilē obediēciā. Di-
at eciā ꝙ deinceps adhuc multo gr̃-
uiora iubebit: et ſtrictiorē ꝯputū ex-
iget. Audiens hec natura et ſagaci
oculo ꝓpēdens ꝙ ſic debet ꝯculcari. de-
ſpici. grauari. affligi. āccillari: g̃uiſſi-
me dolet ꝙ ī alienā manū ſe tradi-
dit: cupitqȝ oībȝ modis ad p̄ſtinā li-
bertatē redire. Grā econ̄ ſuos ꝯuo-
cat adiutoēs: et vim faciēs fortiſſiē
naturā ꝑmere cupit. Natuā vero n̄
ſegnis ad bellādū ſe parat: ſiuntqȝ
notꝛe inſidie ābaꝝ. Videbiˢ atrociſſi-
mū indefeſſūqȝ certamē: donec altraꝛ
eaꝝ ſuccūbat. Accurre et ꝯtēplare
femellas has non feminco more cō-
certaēſȝ veluti ſi videſ duos fortiſ-
ſiōs iuuenes eq̄s velociſſimis iſidē-
tes. oīqȝ ꝑicia pugñdi ꝓbatiſſiōs. nl-
la mora ceſſante nūc haſtis vibrātibꝰ.
nūc enſibꝰ nudis. nūc ſagittis a-
cutis. tandem pugnis et fuſtibus ſe
mutuo petentes: donec ſpiritus ſu-
pereſt de campo nequaꝙ abeuntes.
Quis nouit dicē q̄t inſtinctꝰ acres

natura de archano pec- toris ſui ce
lerime pſeāt.quot ꝯſilia.quot aux
ilia.q̊t machinas.q̊t tela.q̊t inuētā
tas nequicias ab imo trahat cōtra
pegrinā debilemq; et adhuc īpitam
nouitēq; creatā grām. Rurſum quot
gemitus.q̊t eſtꝰ.q̊t diſcurſus.q̊t la-
bores.quot ſudōes·anxietates·per-
plexitates·fluctuacōnes·piclitacio-
nes·ſuſtinet ipa exul gracia in re-
gione longinquā.vbi adhuc vix ali
q̄ꝫ minimā pticulam regni hoc ē vo-
luntatis licet tepide obtinuit.ſciens
ꝓ certo ꝙ ſi hoc o amiſerit iam illi
co morti deſtinatur.que ad eternali-
ter viuendū nup creata fuit· Sol
uit ergo nō paruū.quando vtrobiq;
mortale bellum gerit. Fit deniq; cō-
certacō aliqñ longa aliqñ curta:in-
ter domū dauid et domum ſaul· Si
gracia quiuerit ſe defendē.longus ei
labor ſuccedit. Si natura ꝑualuerit.
iam ſtati grā neci traditur.ipaq; na-
turā de infelici ac infami triūpho ad
modicū exhilarata.tādē etnis cruci
atibꝫ expōit exurēda· Noluit em̄ in
tellige ut bn̄ ageret.nec ꝙ recipit dem̄
fuit. Cuiꝰ agi fremis ſūma libertas
eſt. Sed nūc de p̄deſtinatis loqmur:
intra quoꝝ nūm nos q̊z miſericors
deus ānotare dignetur. Domꝰ ergo
dauid id ē grē cotidie ꝓficit ſempq;
ſeipa fortior ē· Domꝰ vero ſaul id ē
nature cotidie deficit ac ſeipa infir-
mior inuenitur.donec tandem penitus
vniuſum ſemen maledictionis ex-
tinguatur idest rebellio venenata:q̄
ſemp indomabilis pmāſit.regnum
q; aīe iugiter ꝑturbabat· Proſterni
tur igit̄ vetus homo ꝑ grām.et reni-
niſcit nouus qui ſcḋm deum creatus
ē.reddit q; regnū pacatū plene.ita
ut in eo dn̄s graciose hītare dignet:
ꝑcipiens libere quicquid voluerit ſi
ne omni cōtradicōne· Nim̄ ſit aūt ra-
rum hoc in iſta vita ꝙq; pauci ad
iſtum gradum ꝑueniant.flebile ē di
cere· Redeundo igitur ad ꝓpoſitū:vi
deamus qualit̄ iſta teptacō diuina
hanc graciā in homine ꝑquirat vel
examinet· Dictum eſt em̄.ꝙ dupli-
citer deus amicos ſuos temptarē ſo-
leat:videlicet vel grauia imponendo.
vel ſolatiū ſubtrahendo· Primo mo-
do temptauit abraham·ſcḋo mō iob
aliosq; innūabiles quos ad hoc dig-
nos iudicauit· Teptando aūt abra-
ham multipliciter ac diuinis varia
iniunxit.pluā ꝓmiſit.ꝓmiſſa diſtu-
lit.tandem eciam qḋ vltimo dedit ac
ꝑcioſius ceteris fuit repeciꝫ.nec ſo-
lum repecijt.ſed eciā contra nature
morem abſq; omni cauſa occidi mā-
dauit.yſaac viz kmn filiū ſuū.nec a
q̊ꝙ alio ꝙ a ſeipo q̄ ipm genuerat·
Que res vtiq; difficilima fuerit im-
pata ſcḋm aug̃·i6·de ciuitate dei· Nō
ne videtur tibi ꝙ ex induſtria virū
piū ac ſimplicē oīq; ꝓbitate ꝑſpicu-
um ꝓuocauerit.eūq; velut fatuellū
tā longo tpe ludificauerit· Crede m̄.
rarus valde inueniet.q̄ veſtigia hꝰ
patriarche ꝑ oīa ydoneꝰ imitari ha-
beatur· Spes em̄ q̄ differt affligit
aīam· Cor quoq; humanū ꝓmiſſio-
nis īpaciēs ſi nō ſtatim quod cupit
feruide accipiat.velut mulier preg-
nans illico proicit abortiuum· Non
ſic vir iſte diuinus.vir inqm.vir v-
biq; iuxta ſentēciā beati auguſtini de ci. dei.

viribꝫ agẽs.nõ ſicelãguit.non refri-
guit.non ſemel ſaltẽ vnũ vbum diſ-
plicibile ꝓtulit. Quimmo fide ꝯſtãs.
ſpe firmus.caritate diffuſus.deuoti-
one feruid9.opacõe non tepidus.oĩ-
qꝫ virtute ꝓbatus:iugiter forti aĩ-
mo ad meliora feſtinabat. Penſet
q̃ volueit an leuis iſta temptacõ fu-
erit.⁊ ſi ita iudicauerit:ſciat ſe ꝓpte-
rea in hijs idcirco ſtolidũ.q2 inexp-
ti. Dicit ſcũs thõ.q2 ſacra ſcripturã
de more hẽt:ut aliqñ magnitudinẽ
opis in retribucõe oñdat. Hic obe-
diẽcia abrahe pfãſſima ꝓbatur ac
deo gratiſſiã:q̃ inſolitis ac maximis
ꝓmiſſionibꝫ p̃miata fuit. Exẽplo
hui9 tñ pfcẽ obediẽcie poterit quis co-
tidie ſeipſũ examinare.et colloq̃ cũ
dño deo.et ſe beniuolũ p̃bere ad oĩa
faciẽda vel ſuſtinẽda p grãm ſuam:
Hic vel ſic dicẽdo. Dñe in ſimplici-
tate cordis mei. cupio tibi ſũme pla-
cere cũ ſancto abrahã.vel illo aut a-
lio ſcõ cuius memoriã hẽt.in obediẽ-
cia.in paciẽcia.in caritate.in humilita-
te longanimitate.caſtitate.ac alijs
bonis omnib9.q̃ tibi tñ grata p hec
exẽpla ſcio. Et vtinã ſic tibi iã pla-
cerẽ ſicut illi tibi placuerũt.ſꝫ q2 ex
me nichil habeo.ideo immẽſaꝫ tuam
clemẽciam rogo.ut me in omnibꝫ p̃-
uenias:ad õia p tuã bñdictam grẽ-
ciam paratus ⁊ ſufficiẽs inueniar.q̃c-
quid illud fuerit. Atꝫ hoc mõ p̃t q̃s
oĩa opa abrahe ac õmium ſcõꝝ ali-
orũ ſibi p bonã volũtatẽ facere me-
ritoria:ſcḋm modulũ ſuũ. Ita ꝑpara-
m9 viam dñi in deſerto.et fructuoſe
tẽptam9 animas nrãs.purgando
eas a ſpinis malaꝝ inclinacõnum:

easqꝫ ornãtes virtutibꝫ et meritis
anteq̃ ab hac luce trãſmigrẽt. He-
cũdo mõ de9 electos ſuos tẽptat.ſola-
ciũ ſiue conſolacõeꝫ ſubtrahẽdo:q̃ſi
iã ſe alienauerit ab eis. Et hec ut iã
ſepe dcm̃ ẽ grauior et amarior ẽ vniũ-
ſis.pũgitiua nimis. Oẽs eñ alie tẽp-
tacões a minima vſqꝫ ad maximã
hñt ad min9 hãc duplicẽ cõſolacõem:
q2 in bona ſpe ꝓpter dei honorem ſuſti-
nẽt õia.et q2 eciã ſenciũt notabili-
ter iuuamẽ diuine grẽ q̃d dolorẽ lenit:
et aliq̃ñ a p̃ximis vel ab ãgelis cõ-
fortari pñt. Hec aũt tãta ariditate
plena ẽ.q̃ſi pcci9 dãpnari timeat q̃
ſaluari:nec iuuari poterit.niſi p eẽlõ-
gam paciam a ſolo deo. Compat̃ ei
morbo incurabili naturalr̃.nã ta l
hũano ſtudio recuperari non põt:ſed
tm̃ miraculoſe. Et eſt notandũ q2
oẽs tẽptatiões licꝫ int̃ ſe regulariẽ
loq̃ñdo ordinatiſſimã hñt differẽciã
difficultatis:ſic̃ ceteris pib9 difficili9
ẽ ieiunare p vnũ diem q̃ legẽ vnũ pt̃-
nr̃ ⁊ ſic de alijs:tñ q̃cũqꝫ pl9 habue-
rit de iſta.ẽ ſimplicit̃ dicẽdo alijs grã-
uior. Et hic ſoluit̃ diu dilata q̃ſtio:
q̃ talis eſt. Que ſcꝫ tẽptatio altri ſit
p̃ferẽda.q̃ ad maiorẽ vel minorem
difficultatẽ. Dicẽdũ q2 illa magis le-
dit paciẽtẽ:q̃ tũc venit qñ min9 hꝫ de
adiutorio grẽ. Hic dat̃ exẽplũ de mi-
lite bñ armato vel nudato. Ict9 eñ
gladij qui armato nichil obeſt.nu-
datum pemit9 int̃ficit:ſic nõnũq̃ vi-
demus viros magni ꝑfcãis abſẽte g̃-
cia ad modicũ vbũ turbari:q̃ alio tpe
ob piguedinẽ deuocõis ĩ magnis cõ-
tumelijs gratulãtur. None ſanctus
tiburcius ſuper ardentes prunas

velut ſup flores ambulabat. Nōne
ꝓpha ille venerabilis ionas cōtinē
ſe ab iracūdia neq̄q̄ ꝑualuit. q̄n̄do
verbum quod ꝑdixit minuitis omni
no non euenit. Vn̄ hoc. niſi ꝙ in tā
ſanctis viris ꝓ illo tēporis momēto
redūdancia gracie diſpar valde fu-
it. Hoc tamē apponendū eſt. ꝙ ſtā-
te equali adiutorio gracie. tunc nich
ilominus temptacō ſupueniens ꝑē-
ſanda eſt cū ſuis circūſtancijs. eo ꝙ
illa ſit ꝓ tunc grauior. que ex ſui na
tura pacienti ē diſcōuenientior ſiue ī
rebus ſiue in corpe. ſicut iā exēplifi-
catū eſt de ieiunio et lcōne vni⁹ pa-
ter noſter quo ad hoīnē ſanū et na-
turaliter bn̄ diſpoſitū. et ſic de alijs.
Poſſet aūt tanta eſſe diſꝓportio ſū
in natuālib; ſiue in gratuitis. ꝙ ecō-
tra facilius eſſet ieiunare q̄ꝫ orare.
Ex quib; clarē patet. ꝙ hec tēptacio
diuina q̄ ē velut q̄dā infirmitas aī-
me incurabilis. ē oīb; alijs grauior.
Vn̄ in deuoto illo libro q̄ dr̄ horolo-
giū ſapiē. legit. ꝙ ipā dr̄ pūctū aduſi
tatis. ꝑ qd̄ milites ꝓbatiſſimi ſtri-
ctiſſime examināt in acie xp̄i ꝯſtitu-
ti. Et h; locū in illis tm̄. q̄ ſic fortiter
ꝓfecerūt ut in hac tā afflictiua deli-
ctione aliūde ꝯſolacionē nō querāt
ſed pacient̄ expectent. ſurſumq; cor
habeāt. ſeipos et omnē creaturā de-
ſerendo. omnēq; cogitatū in deū ia-
ctando. diuinūq; bn̄placitū conſtāti
aīo expectantes. donec ꝯtinuari me-
reant̄ inter eos de q̄b; dr̄ Deus temp-
tauit illos. et inuenit illos dignos ſe.
Et iterū. Vos eſtis qui ꝑmanſiſtis
mecū in tēptacōib; meis. Et ego diſ-
po. reg̃ ut bi. ⁊c. Quaſi diceret. Vos

tam ī clite viciſtis voſipos ꝓpter me
ut ſeruiretis michi. et ego vincā me
ipm̄ deinceps ꝓpter vos ut ſuiā vo-
bis. In hoc tam graui examine ſcūs
iob diu ſedit. nec ullā ab amicis cō-
ſolacōnē recipe conſenſit. Btūs quo-
q; anthoni⁹ iter et iter crudelit̄ la-
ceratus nichil conqueſtus nullāq;
curam tantis vulneribus apponēs.
xp̄i viſitacōnē. ac ſui noīs in toto or-
be glorificacōnē ꝓmeruit. Vas elcō-
nis crebro ultra menſurā oīum na-
turaliū viriū diſtentus ait. Supra
modū tribulacionē paſſi ſumus ita
ut tederet nos quoq; viuē. ſed et in
nobiſipis rn̄ſū mortis hūim⁹. Sā-
ctus eciā frāciſcus p⁹ mirā illā hūi
litatē. deuocōnē. feruorē. ꝑdicacōnem
ꝓpheciā. paupertatē. iſuſpicabilemq;
pacienciā. tandē hac leſiua derelicti-
one quadriēnio ut fert̄ decoct⁹ fuit.
ſeorſū in āgulo velut rudis ſedebat
q̄ſi ſibiipi diceret. ubi ē eciā nūc deus
helye. Venientib; quoq; frīb; et v̄-
bū edificacōnis ſolito more petētib;
valde erubuit. ꝓ eo ꝙ nō erāt vox nec
ſenſus ſic heri et nudi⁹ t̄ci⁹. Facile
ut arbitror et ipe ceteriq; oms̄ tali-
ter afflicti dicere abſq; fictione potu-
erunt quilibet ꝓ ſe illud tam ſtupē-
dum verbum. videt̄ michi ꝙ ſim ma-
ior peccator tocius mundi. aut illud.
Venit xp̄us pccōres ſaluos facē q̄r
primus ego ſum. malignitate nō tē-
pore. ut aug⁹ expoīt. Idem q̄z aug⁹
vir perit⁹ in oī ſpirituali pugna ſic
legit̄ hāc materiā dilucidaſſe. Loq̄t̄
eī ſibi in contemplacōne familiari de⁹
ita dicens. Auguſtine vis tu me a-
mare. Auguſtin⁹ reſpōdit. Volo. Et

ille· Fac q̄d iubeo· Iube dn̄e· Relinq̄
·quicquid delectat in mundo et ī car-
ne· Relinquo· Parum eſt · Precipe
ergo · Relinque quicquid turbat in
mundo et in carne· Relinquo · Pa-
rū eſt · Precipe ergo· Relinque temet-
ipſū· Relinquo · Parum eſt · Quid
ergo amplius? Deſpicias teipſum:
cum videris te ꝓpter me deſpectum.
Deſpicio· Hic me inueniſti· Ecce q̄-
lis pfectus: et q̄ miranda ſentēcia.
Dicitur notanter: deſpectum ꝓpter
me. Multi ſiquidem deſpiciuntur eci-
am bone voluntatis hoīes ſ; nō ꝓpt̄
deū: puta incauti· improuidi· tepidi.
obliuioſi· vicioſi· indiſcreti· Illi autē
q̄ ſic ſtudioſe conuerſantur vt merito
hōrabiles ſint corā deo et hominibꝫ:
et tn̄ adhuc diſponente dn̄o vbiqꝫ
anguſtentur· vbiqꝫ deſpiciantur: il-
li ſincere dicere pn̄t. Pter te mortifi-
camur tota die: eſtimati ſum⁹ ſicut
oues occiſionis· Hec omnia venerūt
ſup nos nec obliti ſumus te. et iniq̄
non egim⁹ in teſtamento tuo: Nec re-
ceſſit retro cor noſtrum· Iſti nunq̄ ꝓ-
ter deum deſpiciuntur· Et ſi tūc pa-
cienter ſuſtinent et ſeipſos pariē de-
ſpiciant: dicendo ſinceriter ex aīo.
q̄ nunq̄ dīna conſolacōne digni fu-
erunt. nunq̄ gracia dei bene vſi fu-
erunt: omniaqꝫ ipſorū opera nullo
merito penſanda. ſ; velut pann⁹ mē-
ſtruate aſpernanda: et q̄ iam iu-
ſte ſecum agatur. nunq̄ deinceps di-
uinā familiaritatē q̄ tociens abuſi
ſūt appetere audentes. ſ; in ſola ſpe
dīne clemencie cū publicano ſaluari
cupiētes: q̄ iniquā ſic ſentiunt. illi ſūt
q̄ deum inuenerūt · Ecce mirabilia

verba· Iam dicunt ſe aliq̄d magni
feciſſe ne ꝓpter impetū temptacōnis
deſperēt: Rurſum dicunt ſe michil eē
ne veritati dīne aduerſentur· Et h⁹
vtiqꝫ eſt mirū ſup mirum: q̄ tunc
dn̄s deus ꝓximior eſt quādo remo-
tior putatur: tunc ampli⁹ homo pro-
fecit qn̄ ſe plus defeciſſe credidit. tūc
doctior quādo ſolidior: tūc fortior qn̄
infirmior· tunc melior quādo negli-
gentior: tunc ſecurior qn̄ perplexior.
Qui poteſt capere capiat· Puto ne-
minē iſta intelligere poſſe: niſi qui ex-
periri meretur· Et quis ad hec tam
ydoneus? Iam eciam de alijs ſan-
ctis exemplificare non eſſet difficile:
ſed michil ſic elucet quomodo caput
martirum ac ſanctorum omniū do-
min⁹ noſter ih̄s xp̄s: qui ut dictum
eſt precellit vniuerſos in hac tēp-
tacōne diuina ꝓbatos: et poſt eum
glorioſa virgo maria mater ei⁹ do-
mina noſtra. Nec hic neceſſe eſt pre-
mittere ꝓteſtacōnē quaſi hec nō cō-
ueniāt: ꝓ eo q̄ nunq̄ in iſto ſexto ḡ-
du fuerit more alioꝝ ſcōꝝ: ſ; ſp. eciā
ab inſtāti cōcepcōnis pfcūs. gr̄aqꝫ n̄
ſit ſibi data ad menſurā. neqꝫ indi-
guit more alioꝝ viatoꝝ pficere: q̄
hec magis colligim⁹ ad nr̄am īforti-
onē et ꝯſolacōnē. q̄ ad integralē dicē-
doꝝ coordinacōēꝫ· Ois em̄ xp̄i actio
ꝑiter et paſſio nr̄a ē inſtructō et iu-
uacio: nec q̄cq̄ vtili⁹ q̄ ipſū ſerꝑētē
intueri: q̄ ꝯfortare nos poterit ac me-
deri· Intrādo igit̄ materiā hāc occur-
rit ꝑmū apl's ad heb· ē ꝯſolatorie
nos alloqn̄s ac dicēs· Nō hēm⁹ pōti-
ficē q̄ n̄ poſſit ꝯpati īfirmitatibꝫ nr̄is:
ſ; tēptatū ꝑ oīa ꝓ ſilitudīe abſ; pcō-

Dicit temptatū p oīa· Sup̄ dictum
eſt q̄ iuxta ſniam bt̄i gregorij et a-
liorū ſcōꝝ triplex temptacō in ſacra
ſcriptura rep̄iat̄·ſcʒ hūana.ſuphūa-
na ſiue angelica.et diuina· Omnes
has dn̄s ihūs ꝑpeſſus ē dignacōne
nō nc̄itate·ut ſcʒ electos ſuos a tēp-
tacōne liberaret·humilitatē doceret.
formā pugnādi daret.tēptatū iuua-
ret.ſpem donaret.hoſtem debilitaret·
ac cōfidenciā ad ſe cōfugiēdi tribueret.
Primo igit̄ ſicut apte ſcriptura oſtē-
dit tēptatus eſt omni tēptacōne hu-
mana ab īfancia ſua vſqʒ ad ago-
niam· Scd̄o oī temptacōne ſuphuā-
na ſiue angelica·videlicʒ ab ipa a-
gonia que martirio cōpat̄ vſqʒ ad
mortē· Martires em̄ et ſi hoīes ſint
carne veſtiti.tamen nō ſm carnem
militant.ſed velut ſuphoīes ſiue an-
geli corpa ſua q̄ſi ad ſe non ptineāt
deſpiciūt et p nichilo hn̄t·cunctis pēa-
litatibus et tādem morti ea exponē-
tes· Iſte due temptacōnes ex decur-
ſu euangelioꝝ clare patent· Nā he-
rodes.dyabolus.et iudei p multas ī-
ſidias que hūanitus repiri poterant
aut ſufferri ipm tēptabant· Pilat9
vero ad ſuggeſtum illorū qui in po-
teſtate erant ipm vltra vires huā-
nas afflixit et martirē fecit· Pro q̄
tamē eſt aduertēdū·q̄ ſm gregori-
um.q̄uis xp̄us p oīa temptatus fu-
erit.non tn̄ eius mentē delectacō mo-
mordit·neqʒ tēptatus fuit a ſeipo ſi-
cut nos tēptamur·qui intra nos por-
tamus ſeminariū viciorū· Omnis
em̄ illa temptacō xp̄i foris nō intus
fuit· Quare aūt intus temptari nō
poterat xp̄us neqʒ bt̄a virgo maria

hec eſt racio·q2 originalis iuſticia
que ē ꝑmpta obediēcia inferioꝝ vi-
rium ad racōnē diuinitus regulatā.
hoc in eis non pmittebat·nec plus
ꝑfeciſſet carnalis tēptacō foris ob-
lata q̄m ſi lapis temptaret aut lig-
num·quia nullū oīo incitamentum
pruritus ſenſiſſent· Qm̄ diu em̄ ra-
cio obediebat deo tam diu eciam in-
feriores vires obediebant racōi·ſine
omni ſubrepcōne puētione et retar-
dacōne inordinata· Iſta grā in nul-
lo viatore vnq̄ fuit niſi in iſtis du-
obus p9 lapſum nature·neqʒ in io-
hāne baptiſta·licet quidā illoꝝ val-
de ꝓpe ad illam acceſſerant· Tercia
vero temptacō ideſt dīna tūc in xp̄o
vltra omēs viatores incōpabiliter
efferbuit·qn̄ in cruce clamauit.hely
hely lamazabatani· Qualit̄ autem
id intelligi debeat non ſatis ex textu
clareſcit·ſed ſcūs thomas in tcia p-
te illud pulchre oñt aſſumens illud
verbū ieremie· O vos om̄s qui trāſi-
tis p viam attēdite et videte ſi ē do-
lor ſicut dolor meus· Conſtat em̄ cō-
corditer q̄ ſm om̄s ſcōs iſtud de cri-
ſto ꝓphetatū fuit·et tn̄ quo ad penā
exteriorem hoc de ipo verificari non
pt̄· Nam bt̄us laurēcius et vincen-
cius et alij quidā martires atroci9
in corpore paſſi ſūt q̄m xp̄us. Reſtat
ergo.q̄ illud verbū de mētali dolore
pocius intelligēdū ſit.q̄ de corporali.
Dolor aūt ille mētalis maxim9 fu-
it·et tantus q̄ nulla creatura alia
non vnita diuinitati potuiſſet ipm ſuſtinuiſſe·
Sicut em̄ racōne vnite diuinitatis
potuit xp̄us opari quicq̄d voluit vl-
tra omnē creaturā·ſic eciam potuit

pati· Aſſumpſit g° volūtaꝛie pi⁹ dn̄s
illū ſūmū dolorē: ſʒ oīmodā iuſticiā.
Poſtulabat ei dīna iuſticia. ꝙ ille dolor
tātus eē debuit: ut rn̄dēt fructui q̄ i
de ſeq̄batur. Fruct⁹ āt ille fuit infini
tus: g° ſimilit̄ et dolor. Qꝛ āt dic̄ ſe de
relictū nō ex ipaciēcia feit: ſʒ ad oſtn̄
dēdā veritatē hūane natuꝛē q̄ veraci
ter paſſibilis fuit: et ad nr̄āʒ ꝯforta
tōnē ne i tribulacōe deficiam⁹ qn̄ de
relinq̄mur a dn̄o iux̄ modulū nr̄m:
qꝛ ī nullo ꝯformiores efficimur xp̄o
in hac vita q̄ꝫ in iſta derelictione ſi
ue dīna tēptacōe. Tūc ſiquidē de⁹ pa
ter magnalia oſtendit. quātū ſcʒ di
lexit gen⁹ hūanū: qn̄ ſic dilcm̄ filiuʒ
paſſit ꝓpter ſcelus populi ſui: ut tā
q̄ ad corp⁹ q̄ꝫ quo ad aīam nulla in
eo ſanitas remanēt. Et licet tota vi
ta xp̄i deū prēm hōrificaret: tūc tam
ampli⁹ eum glorificauit qn̄ ipſū in
ter tot tormēta ꝯfitebatur· Et ſicut
ipſe dn̄s xp̄s ih̄s per hanc obediēti
am morlem cū ſūma paciēa q̄dāmo
do prēm vicit ut ſuū hōrem ſibi tri
bueret ſicut ſcriptū eſt· Pr̄ nō iudi
cat q̄mq̄ꝫ ſʒ ōne iudiciū dedit filio ut
oēs · hōſi ſi hōp̄rēm: Et iterū · Data ē
michi oīs ptās in celo et in terra·
Et apl̄s · Donauit ei nom̄ qd̄ ē ſup
oē nomē. ut in noīe ih̄u · oē geſt̄ flectet
īſuorum et ſeq̄cibʒ ſuis q̄ in hac tēp
tacōe ꝯſtāter agūt dare ſolet glori
oſi titulū noīs: ut non iā ſerui ſʒ dn̄i
nuncupent̄ aut dij: q̄ſi ꝯſortes ipſi⁹
effū p hāc glorioſaʒ victoriā q̄ ſe de⁹
ipſe oīpotēs ſupari tā dignāter ele
git· Ut āt tātū exēplū ſtudioſe imi
taremur. multa nob̄ ſalutis moni
ta reliq̄t in ſcripturis et exēplis: e q̄
b⁹ hic vnū ſufficiat breuit̄ ānotare.
Ait em̄ in dyalogo ſapie· Memoriā
paſſionis mee ſemper debes in corde
tuo hr̄e: tribulacōeſq̄ʒ et adūſitates
oēs quas pateris ad ipſam referre:
ipſiuſq̄ʒ ſimilitudinē quātū poſſibi
le eſt debes induere · Itē qn̄ ex occl
ta diſpēſatione tibi ꝯſolationē inter
nā ſubtraho et te deſolatū reliquo:
debes ad inſtar veri crucifixi nō aliū
de ꝯſolationē q̄rere: ſʒ paciēter expe
ctare. ſurſūq̄ʒ ad prēm q̄ in celis eſt
reſpcm̄ hr̄e: teipſū deſerēdo et oēʒ co
gitatū in ipſū iactando: tunc abſq̄ʒ
dubio quāto fuerit maior ꝑſſura et
deſertio interioris hoīs cū volunta
te deo vnita · tāto ſimilior eris cruci
fixo. et acceptior pr̄i ꝑamādo: qꝛ ꝟe
ra hoc eſt punctū aduerſitatis ex
treme p qd̄ milites ꝓbatiſſimi ī acie
xp̄i ꝯſtituti ſtrictiſſiē examinātur·
Ex hijs ſatis patʒ: quātū btā ſemp
virgo maria paſſa ſit in aīo ſuo mł
tiplici racōe· Pmo ex hoc ꝙ pl⁹ cete
ris dilexit: ſcd̄o qꝛ ōnibʒ pfectior fu
it. tāq̄ꝫ xp̄o ꝯformior tā in grā q̄ꝫ ī
exercicijs grē: tercō qꝛ plem⁹ ſciuit a
ꝑcipue a diebʒ ſymeonis q̄ hoc ei ꝑ
dixit. et lcōne ꝓphaꝝ. et forte eciā ex
reuelatiōe filij q̄ oīa ei palā fecit an
q̄ꝫ fieret · vn̄ q̄ſi cotidie martiriū mē
tale paſſa fuit: q̄rto qꝛ vlt̄ hec oīa
eāt mr̄ tāti filij: quīto qꝛ ſola ſciuit
q̄nta patēr: ext̄na ei paſſio q̄ꝫ q̄ꝫ na
turalit̄ loq̄n̄do acriſſiā fueit tn̄ ſpe
ctu īterioīs delictōis ꝑua eāt: ſ° qꝛ
ꝑn̄cialit̄ affuit ꝛ ocul̄ mētis cūcta ꝑ
ſpexit: Et qꝛ ī oībʒ hijs pacientiſſima
fuit tanq̄ꝫ criſto confixa cruci: meru
it et ipſa nomen quod poſt criſtum

eſt ſuper omne nomen.et titulū ſub-
limiſſime dignitatis.ut vere dicat̄ re-
gina celi et terre.et ſceptꝝ tocius cle-
mēcie obtinuit.p eo quod didicit ex
hijs que paſſa eſt miſereri.ac cōpa-
ti hijs qui in tribulacōne ſūt. Vn̄ et
ipam non dubitamus vocare regi-
nā miſericordie et pijſſimā aduoca-
tam xp̄ianoꝝ.p eo ꝙ ſaluator ipe ī
cruce cōſtitutus ſibi in pſona dilecti
diſcipuli cōmiſit quos redemerat.di-
cens. Mulier ecce filius tuus. qua-
ſi diceret. Reſpice eū qui tua pocius
indiget cuſtodia q̄m tu illius.nec ſo-
lūmodo eum.ſed om̄es qui crucifixo
aſtant.hoc ē totā eccam meam. Di-
ſcipulo quoqꝫ ait. Ecce mater tua.
cui deinceps obedire debes ſicut ego
hucuſqꝫ feci.et ab ea viuēdi normā
accipe.⁊ ſacre doctrine verba collige-
re. Quod quicūqꝫ fecerit fideliť iux-
ta exēplū meū ⁊ ipius pſeuerando
in temptacōnibus meis mecum.me-
rebitur et ipe nomē nouū quod neō
nouit niſi qui accipit.ut videlicet de
obediēte ſeruo fiat amicus intelligēs.
Huiꝰ figurā geſſit olim venerabilis
pñarcha iacob.q̄ audire meruit pꝰ
grandē luctā illam in qua dixit. Nō
dimittā te niſi benedixeris michi.au-
diuit inꝗ. Neqꝗ appellabit̄ nomē
tuū iacob.ſed iſrahel. Q̄m ſi cōtra de-
um fortis fuiſti.quātomagis cōtra
homines pualebis. Hinc in apoca-
lipſi dn̄s angelo tyatire ecc̄ie p̄mit-
tit dicēs. Qui vicerit et qui cuſtodi-
erit vſqꝫ in finem opa mea.dabo illi
poteſtatē ſup gētes.et c̄.ſicut et ego
accepi a prē meo.⁊ dabo illi ſtellam
matutinā. Quō aūt illud fiat.in ſe-

quenti gradu patebit. Demū ſoluen-
da eſt vna inſtancia que ſic moueri
poſſet. Ex quo diuina tēptacō ſemp
ordinat̄ ad bonū ideo nō eſt timēda
ſꝫ pociꝰ appetēda.⁊ p ꝯn̄s nō ē ceteris
grauior. Ait eīn ſcūs iacobus aplūs.
Deus neminē temptat ſcꝫ intencōe
fallendi vel ad malū inducēdi.q̄a in-
tēptator malorū ē. Adhuc cōfirma-
tur iſtud.q2 deus tantū bonū eſt ꝙ
nullo modo dat alicui occaſionē rui-
ne.et ex quo omnia ſcit añꝗ fiat.er-
go videtur ꝙ nūꝗ aliquē tēptat q̄n
eciā bonū finē et exitum tribuat illi
quē temptarē diſpoſuit.ſicut abrahe
et ceteris electis. Sed contra iſtud
obicit̄. Tēptacio diuina nichil aliud
ē ꝙ beneficiū diuinū.ſed alijs bn̄fici-
is dei poteſt homo abuti.ergo eciam
et iſto.q̄re cōſequēter dicēdum ē.ꝙ
ſimpliciter nemo debet ſine cōdicōne
ipam appetere.videlicet ſi deus ſcit
nos p ipam nō caſuros.q̄ condicō e-
ciam in omnibꝫ alijs deſiderijs et o-
racōibus ē apponēda.q̄ non ſunt de
nc̄citate ſalutis. Dicēdū eſt hic illd
terribile ⁊ formidabile verbū.quod
cōiter a ſanctis frequentat̄ ſaltē in
ſētēa.ꝙ ſicut nullus choꝛꝰ in celo fu-
it hoc ē in ecc̄a triūphante a quo nō
ceciderunt aliqui angeli.ſic eciā nul-
lus gradus vel ſtatus eſt ī ecclesia
militante a quo non ceciderunt ali-
qui viatores.de virtute ſcꝫ in viciū.
ſiue de grā in pc̄m. Unde et ob hoc
cōmunis doctrina ſanctorū eſt.ꝙ q̄
diu ſumus viatores ſemp timere de-
bemus.neqꝫ vlla ſecuritas ē in hac
vita.eciam ſi certiſſime ſciēt ſe quis
nūꝗ aliquod crimen cōmiſiſſe poſt

baptiſmalem innocēciam. Hec ē mi
ſerabiliſſiā cōdicio hui⁹ vite mortlis.
Si ſcit hō qualis hodie ē: qlis tamē
cras futur⁹ ſit oīo ignorat. Ppt iſtā
ergo incertitudinē dicēdum ē. q̄ ne
q̄ʒ in iſta tēptacōe dīna q̄ agit̄ inter
deū et aīam ſcām aliq̄ ſit ſecuritas
ſimplicit̄ ponēda: niſi ī bō ſpe r̄gula
rit̄ loqn̄do. Qd̄ iō dr̄: q̄ʒ aliqn̄ ſūt ele
ctis r̄uelacōes de ōnimoda c̄titudīe: ut
ſic̄ abrahe. moyſi. ieremie paulo an
thonio. martino. et alijs: ſine p̄iudi
cio tamē liberi arbitrij. Sʒ neq̄ʒ ſic
credēdū ē q̄ r̄gularit̄ loqn̄do aīa ſcā
ſecura ſit: eciā p̄t⁹ iſtū triūphū max
imū q̄ deū oīpotētē vincē dr̄. Patʒ in
ſup̄dicto ſcō p̄īarcha iacob. cui⁹ ner
uū āgel⁹ tetigit. et irremediabilit̄ de
bilitauit: ita ut toto vite ſue tp̄e clau
dicaret. Qd̄ vtiq̄ʒ a magno miſtio
nō vacat. Potuit em̄ vir ſcūs in ta
li victoria ac nōīs innouacōne p̄icu
loſe gl̄atus fuiſſe: ſi nō cotidie ſue in
firmitatis teſtimoniū ſenſiſſʒ. Qm̄
ergo ſignū ī ſua carne accepit ne tā
q̄ fortis in ſe gloriaret̄: ōnibʒ p̄ficiē
tib⁹ in futurū norma fuit. ne inanit̄
ſup̄ id qd̄ ſūt extollant̄. Quid em̄
hēt ōmis creatura qd̄ non accepit?
Si ergo accepit: quō gloriaī poteit
q̄ſi nō accepit? Ecce q̄liter tandē in
id reuertimur. vn̄ ſpūalē miliciaʒ
inchoauim⁹. vt ſcʒ quo ad oēs vera
citer dicat̄: q̄ gloriat̄ in dn̄o glietur.
Et p̄s. Nō nobis dn̄e nō nobis: ſʒ nōī
tuo da glōꝛ. Poſt oīa iam dicta adhuc
vna p̄ua q̄ſtio mouet̄: an ne viʒ ſit
alia via p̄ueniendi ad ſpūalē p̄fecti
onē niſi p̄ hui⁹modi tā grues ⁊ hor
ribiles tēptacōes: ſcʒ p̄ meditacōem

passiōis xp̄i. p̄ ɔtēplacōnē. orōnē. ieiu
niū. flagellacōeʒ. merita ſcōꝝ. ⁊ p̄ci
pue bte virgīs: q̄ ſola pl⁹ p̄t apud
deū q̄ oēs ſci ſimul: ā p̄ aliq̄ alia ex
ercitia v̄tutū hūanaꝝ et ſufferibili
um: cōi mō ſm exigēciā fragilitatis
nr̄e. Dicēdū. q̄ ſi loq̄ volum⁹ de vera
et ōnimoda p̄fectioē hūani p̄ſcūs in
ſpūalibʒ: tūc optʒ attēdē verā natu
rā p̄fcā. Illud em̄ ē veracit̄ p̄fcm̄: cui
michil deeſt. Ex q̄ igit̄ dn̄s de⁹ poſu
it totū pōd⁹ ſpūalis p̄fectionis ī hoc
q̄ p̄ dilectionē opat̄ ⁊ patit̄: ideo op
tet eē q̄ q̄ r̄gularit̄ cupit p̄fici q̄ ill
eoꝝ abiciat q̄ ad hoc req̄rūt̄. Qui āt
aliūde p̄uenire cupiūt adhuc claudi
cāt: q̄ſi volētes introire in ſcā ſcōꝝ ī
ſanguīe alieno n̄ in p̄prio. et g̊ n̄ ſūt
p̄fcā imitatores xp̄i et bn̄dicte mr̄is
ei⁹ ac alioꝝ p̄fectoꝝ: q̄ oēs calcaue
runt viam p̄fecte vite. in nullo defi
cientes. Hoc eſt qd̄ apl̄s dicit. Per
multas tribulacōes optet nos intr̄
re in regnū celoꝝ. Nec mirū, Opor
tuit enī xp̄m pati: et. ita intrare in glori
am ſuā. Omnes eciā ſcī quoꝝ ſollēp
nis memoria ē ſic inſtituti fuerunt:
q̄ non ſolebāt orare p̄ ablacōne tēp
tacōnum. ſʒ p̄ paciēcia: ne ſcʒ contra
p̄prium p̄fectū facerēt. Virtus eīn
in firmitate. tēptacōe. afflictioē. tri
bulacōe et paciēcia p̄ficit̄. Ad hoc acce
dit q̄ cū dn̄s oraſſet auferri a ſe ca
licē. non fuit audit⁹ neq̄ʒ in minio:
ſʒ voluntas patris p̄ omnia cōpleba
tur ſm oēm exigenciaʒ dīne iuſticie.
Qn̄to igit̄ aliq̄s ab h⁹ exēplo deficit
vel p̄pius accedit: tāto plus vel min⁹
hʒ de vera p̄fectione. Sʒ hec oīmoda
p̄fectio pauciſſimorū ē: q̄ tū vtiliter

ab ipſās aſpicit:q̄tenus videāt ad
quid tēdē debeāt.et dū ſe adhuc lon-
ge conſtitutos cōſiderāt.ſe ſalubrič humiliēt.
Similiť videť iſta dñacõ caritas
que cū celeſtibꝫ dñacōibꝫ ſortē mēť
hoc ĩcludē.ꝙ habeat plenū dñiū ſui:
nec aliūde mendicet ſibi merita:niſi
eciā pfcē faciat qđ in ſe ē ƀm exigen-
ciā ḡdus ſui.Alioq̄n nō dñij nomē:
ƀ inferioritatis titulū poci⁹ hrē coge-
ret. Patet ergo ꝙ regulariť loquē-
do nichil deeſſe debet pfecto ſiue ad a-
gendū ſiue ad ſuſtinēdū:ad minus
in ꝑparacione aīe cū plena aptitudīe
ſic vel ſic agendi aut patiendi ſi oc-
caſio ſe pƀeat. Qđ ideo dř:qꝛ nō ē ne-
ceſſarium ꝙ vn⁹ faciat vel paciať
oīa.ſed ꝙ ſufficientē pſōnē ad hoc
habeat indifferēť:ut q̄cq̄d occurrat
patus inueniať.Vbi gratia de ſcō ioħā-
ne baptiſta qui leui martirio vitā
finiuit.hoc ē tenēdū:ꝙ ad qđcumqꝫ
eciā acerbiſſimū martiriū ſufficiētiſ-
ſimus fuiſſet ſi ꝯuis ſibi nō dabatur:
ꝗ ad q̄cūqꝫ alia faciēda vel paciēda
que ad pfcā hominē řquirūť. Racō
hui⁹ ſumiť ex teſtimonio xp̄i:quia
maior eo nūq̄ ſurrexit inť natos mulierꝝ.
Si tñ dñs deus alicui vellet puile-
gium facere ut mīcius trāſiret:hoc
ſue bonitatis arbitrio eſſet cōmittē-
dū.nec temē a q̄q̄ diſcutiēdū:ne au-
diret illud euāgelicū. An ocul⁹ tu⁹
neq̄ ē.qꝛ ego bonus ſū:An non licet
michi qđ volo facē: Ceterū de multi-
plici mō pficiēdi ſ̄liť q̄dā opando.q̄-
dā paciēdo.q̄dā orādo.q̄dā ieiunādo
ꝛc̄.q̄dā cici⁹.q̄dā tardi⁹.q̄dā facili⁹
q̄dā difficili⁹.q̄dā in pn̄cipio.q̄dā ĩ fi-
ne.q̄dā in medio.quidā a toto vite tpe

alijſqꝫ innūis moīs pfecerūt q̄ huic
materie cōuenīūt:quo ſcꝫ apte eciā q̄-
dā tēptāť.q̄dā occulte.q̄dā ḡuiť.q̄dā
leuiť.q̄dā in pn̄cipio.q̄dā in fine.De
hijs oībꝫ nulla pt certa regla dari:
qꝛ oīa a ſpū di agūť.q̄ diuidit vnicui-
qꝫ ſicť vult et ei expedire nouit. Ob
hoc tñ non ē ordinata ſcōꝝ tradicio
aſpnāda.q̄ nichilo⁹ ab eodē ſpū eſt:
ƀm q̄ ꝯ ec̄ put frequēci⁹ ſupdā pfe-
ct⁹ et tēptacōnes ꝓcedūt licꝫ nō ſp.
Arbitror demqꝫ de hijs tēptacōibus
magnis q̄ huic ſexto ḡdui ꝯueniunt
pifformiť ſenciēdū ſicť de miraculis q̄
btūs ḡḡ aſſcribit ťcio ḡdui:viꝫ ꝙ di-
ſponēte dño cōiť fiant a viris pfcīs.
Sic ꝯuis ƀ.ordinē doctrine iſti ſint
ſufficiētes ad eas tolerādas q̄ ĩ hoc
ſexto ḡdu ſūt:tñ ꝓpť piculū qđ ipſis
ĩminet dñs ſaltē ex pte ſolꝫ eos ſup-
portaret.donec ad pfcāꝫ caritatē excre-
ſcāt:ut tūc ſuppleāt pleni⁹ qđ ƀ initi-
us ſoluerūt. Ita cū pluibꝫ ſcīs actū
credim⁹:q̄ in iuuētute velut aquila
ad pfcōeꝫ volauerūt:et ĩ ſenectute ve-
lut later ḡuiſſimis tēptacōibꝫ igni-
tis qꝫ ťbulacōibꝫ excocti fuerīt. Ita
de multis legiť nō obſtāte dcō btī ḡḡ:
ſcꝫ ꝙ in extrema pfcōis pleītudīe ſci
nō tēptāť a parꝫ.ƀ q̄ete cōtēplacōis
fruuntur:qꝛ ut vlricus dt libro q̄r-
to titulo ťcio.ca⁰ ſeptio ſūme ſue:vbi
ingrāliť nīs de tēptacōne loq̄ť:hmoī
dcā ſanctoꝝ nō ſūt intellgēda vniūſaliť
ſemp.ƀ ſepe ita fieri. Hoc qꝫ btm̄ gre-
gorīū eciā nō latuit:ut ex alijs ſen-
tēcijs ſuis patet. Nichilo⁹ q̄q̄ iux-
ta hec.plurima que ſupdcā ſunt in
hijs moralibus ac ſpiritualibꝫ exer-
cicijs et precipue de temptacōnibus

nõ poſſit certa regula dari q̄ſi neccio
ſic vel ſic ꝓcedant q̄ nõ:tñ in hoc ſci
plurimū m̄ videtur ↄcordiẽ ſentiē. ꝙ
d'ina mia iſtū morē cū electis ſuis ſo-
let ſeruare:ut ſcꝫ permiſceat triſtia
letis et econ̄:ſc̄m illd' p̄s. Sc̄dm mul
titudinē dolorꝫ meorꝫ in corde meo:cõ-
ſolacões tue letificauerūt aīam meā cū
ſimilib9. Hec em̄ ſemp dei natura
fuiſſe pbibetur:ut vltra modū exal-
tata hūiliaretur:et infra modū dep̄ſſa
ſubleuaretur. Hic iterū p̄s. dicit Virga
tua et bacul9 tu9 ipſa me ↄſolata ſūt.
Et ſi ābulauero in medio tribulaci-
onis viuificab' me. etc. Et vere btūs
hõ quē ſic erudit dñs et ducit p vias
rectas:ut tādē oñdat illi regnū dei.
qd' itra nos ē. i. grām ſpiritalē:q̄ h'
eū pficiat in ſpe et poſtea in ſpē. Qd'
nob' q̄z potēti manu ↄcedat idē dñs
et de9 nr̄:q̄ in trinitate pfcā viuit et
regnat in ſecula bñdictus. Amen.

Et hec de ſexto gdu cari-
tatis dicta ſufficiāt.

Sequūtur nūc aliq̄ collecta hīc
inde de temptacõibꝫ in gn̄ali ex dcīs
ſcõrꝫ vtilia ac ↄſolatoria valde. Ca. i.

Quoniā nichil vtili9 ē viato-
ri q̄ intelligē miſteriū mi-
licie ſue q̄ p tēptacões agit:
ido nõ parꝫ expediēs fore exiſtimo
ſi ſaltē ex pte oñdatur quō ſacri do-
ctores in hac materia ↄcordāt. ſcilicꝫ
auiſando fideles de pūgna multipli-
ci hui9 vite. ne forte ſi p̄auiſati non
eēnt. improuiſe in laqos inimici ca-
dāt. Intrādo igit̄ materiā hāc. pūo eſ-
ſet diuiſio diffinicō q̄ deſcriptio pre-
mittenda:ſ3 tāta generalitate vul-
gata ſūt hec:ut cici9 de ſupfluo no-
taremur ſi hoc conabimur. q̄ vtili.
An nõ poci9 in ſerenū riſum prouo-
cabim9 frēs. ſi q̄rerimus ab eis. qd
ſit temptacō q̄ ſine intermiſſione re-
pamur. q̄ diffinicionē extorq̄amus:
Forte dicēt. Non op9 habetis intro-
gare:ipſa ſeipſam bñ deſcribet:notū
qꝫ erit vobis vltra q̄ velitis. Tamē q̄
ſunt nõnulli q̄ libenter ꝓprias voces
intelligūt:idcirco ſancti doctores ex
paſſibus ſacre ſcripture conati ſūt
etiā diffīcões temptacõnis fabricare.
Unde Caſſiodor9 dicit. q̄ temptatio
eſt aſſimulatio boni ad fallendū:q̄
p appārēs bonū homo trahitur ad
pcīm. Hugo de ſcõ victore dicit. Tēp-
tare eſt callide expiriri:et q̄ſi q̄buſdā
blādis conatib9 ante violēciam pul-
ſando pbare. Albertus dicit:q̄ tēp-
tatio ē impulſus tēptatoris ad illi-
citū. Voco aūt impulſū. oēm inclina-
tionē et inuitationē qua quis duci-
tur ad illicitū concupitū vel dictū vl'
factum. Et nota q̄ tam diu vocat'
temptatio:q̄ diu non ē pccm. Qñ āt
conſenſus ē ī peccatū:tūc deſinit eſſe
temptatio. Ob hoc tñ non ē inconue-
niens dicere. q̄ peccatū non poſſit
eſſe temptatio:licꝫ tēptatio ingtū
tēptatio. nõ eſt illd' pccm ad qd' inui-
tat:q̄ q̄ cito hꝫ ꝓpoſitū tūc iclinatio
ceſſat:illd' tñ iam notuiē ↄmiſſū pec-
catū pōt ad aliud trahere:ſicut for-
nicatio cordis ad fornicationeꝫ cor-
pis. Sic iracūdus dicit' q̄ tēptat9
ſit et fuit. q̄ ad vlterioreꝫ vindictaꝫ
ꝓpedāt:et ſic de alijs ſimilit' dici pt:q̄
diuīſ reſpāb9 q̄dlibꝫ pccm̄ eſt fru-
ct9 temptatiōis et eciā tēptatio:ſc̄m
illd' g̃g:pccm̄ cui nõ r̄ſiſtit' mox ſuo
pōdere ad aliud trahit. Ulric9 dt. Tēp-
tatio ē pbatio examinatiōis:p quā

ſūt experimētalis cogītio ignorancie
vel ſcie alie⁹. Et ſic pȝ ꝙ tēptacō ꝓpri
e nō ē n̄ in ſpeculatiſ: ꝑticipatiē aūt
et ꝯcomitāt̄ in p̄cticis. Et ſm hāc ꝑ
ticipacōnē q̄dā tēptacō dr̄ bona: q̄ꝛ ꝓ
bacō alicui⁹ ꝑ bonū et ad bonū ordi
nata. Sic tēptat nos de⁹. āgel⁹ ſcūs
et pr̄ ſpūalis: ſiue ali⁹ q̄cūqȝ hō bo
nus. Quedā tēptacio dr̄ mala. q̄ſi im
pugnacō boni ꝑ malū: in q̄ intēdit̄ p̄ci
pitacō in pc̄m. Sic ſolus dya⁹ tēp
tat: cāliē ꝗ ſꝑ intēdit malū. Caro et
mūdus iſtrumētalit̄: et ideo ſm criſ.
officiū tēptatoris. hoc ē dyaboli. ē tēp
tare. Criſo⁹. Sic oia bona ab iſtictu
dei ꝓcedūt. ſic oia mala ex inſtinctu
dyaboli: cui⁹ inuidia mors intrauit
in orbē t̄rar̄. Et hec tēptacō dyabo
lica magis ē vulgata in ſcripturis
ſcis: et frequēci⁹ ſentit̄ ab hoībȝ q̄a
frequēci⁹ agit̄. Alia deſcripcō tēpta
cōnis ſumit̄ ex deutronomio moyſi: et
ē iſta. Tēptacō ē ꝓbacio afflictiua
vel illectiua: volēs inq̄rere. an q̄s ex
aīo mādata dei obſuet an nō. Hāc
videt̄ innuē aug⁹: q̄n omnē tēptacō
nē in duo mēbra diuiſit. Oīs enī tēp
tacō q̄ blādit̄ ut decipiat: q̄ terret ut
frāgat. Btūs q̄ȝ gg̃. dt. ꝙ temptacō
tribȝ modis agit̄: ſ. ſuggeſtione. de
lcācōe et ꝯſenſu. Suggeſtionis mo
dos ponit idē in .22. li° mo̅lium tractās
illd̄. Ecce behemoth: et dt. ꝙ in illis v̄
bis dn̄s fideli famulo ſuo cūctas calli
di hoſtis machīacōes in gn̄e īſinuat.
q̄ in ſpē innūabiles ſūt. Hoc tn̄ ꝯſo
latoriū ē valde. ꝙ nō p̄t vicē n̄ volē
tē: nec victū tenē n̄ vict⁹ voluntarie vo
luerit cū ipſo manē. Delcācōis tēpta
cio hȝ tres mod̄ ſm auguſtinū in 12°

de ci. dei: inē ꝯformitatē ad tēptacio
nē p̄morū pntū. Nā ꝑ cibū vetitū ſig
ficat̄ ſenſualitas q̄ ſꝑ ē ꝓuſa: ꝯcep
tāqȝ carnalē delcācōez ingerit roni in
feriori h° ē mulieri q̄ mollis ē: et ſen
ſualitati facili⁹ ꝯdelcāt̄ q̄i pomū gu
ſtādo. Adā vo. i. rō ſupior ſꝑ ad op
tima tēdit et nō p̄t ſeduci nec vinci n̄
voluerit: et g° delcācō ei⁹ mortifera ē
q̄n cōtra di p̄cepta delcāt̄. Et hec nō
ſolū vā ſūt in delcācōe carnali. ſȝ et̄ i de
lcācōne ꝯplacēcie cuiuſcūqȝ vicij: q̄ꝛ
oia ex fōite et ſenſualitatis corrup
cōne naſcūt̄. et̄ ſi ſint pc̄ta ſpūalia.
Hīc ē ꝙ apls gal. v. int̄ opa carnis
enūat ydolatriā. inuidiā. emulacōnez.
irā. ect̄. Ex ꝯcupia enī cūcta vicia ori
unt̄: ſic dt glō ſup illd̄. Carne ſuio
legi pc̄ti. Obiectio tn̄ nullū pc̄m ē in
carne n̄ qd̄ ꝓpriū delcābile hȝ in car
ne: cauſalit̄ omnia ſūt ex carne. Cō
ſenſus et̄ in duo mēbra diuidit̄. ſcȝ i
ꝯſenſū rōis inferioris q̄ eſt in delcā
cōne cogitacōis et nō in op⁹: et in con
ſenſū ſupioris q̄ ē in op⁹: et ſic pȝ ut
vlricus dt ꝙ ſūt tres delcācōes et duo
ꝯſenſus: q̄ꝛ in ſenſualitate cōſenſus
nō ponit̄ ſed in [libera] volūtate tātum. Ex
hijs ſequit̄ ꝙ nūq̄ꝫ tēptacio ꝑualet
mortalit̄: q̄ꝫ diu racio ſuggeſtioni relu
ctat̄. Poſſent hic iam ſubdiuiſiones
multe apponi: ſed non eſt ad ꝓpoſi
tum noſtrū. Fatigatis enī mentibus
conſulere. et quaſi ſolatiū applicare
cupientes. Non debemus has diffici
les intricataſqȝ materias diucius
protrahere. Qui voluerit plenі⁹ de
ſubtili earum progreſſu. origine ac
denominacione informari: legat do
ctorēs. thōz. albtū. vlricū et alios deſup

magiſtralit ſcribētes. et inueniet ꝙ oc-
caſione q̄rūdā terminorū ſac̄ ſcrip-
ture a ſcōꝝ doctoꝝ ſic multiplicant
hmōi diuiſiōes. ut diuſis reſpectib9
q̄nq3 vna teptacō ſortiat̄ q̄tuor vel
q̄nq3 denoīacōes: q̄ oēs paꝝ ꝯ nl ad
ꝑrim deſuiūt, vbi gra. Teptatio im-
mūdicie ſiu luxurie inq̄tū ꝓcedit a
ſuggeſtione dyaboli vōtur dyaboli-
ca. inq̄tū ab hoīe hūana vōtur. in-
q̄tū ſpectat ad ꝯcupiſcēciā carnalē
vōtur carnal̄. inq̄tū int̄ ſolutos. dr
teptacō fornicacōis. inq̄tū int̄ ꝯiuga-
tū ⁊ ſolutū dr teptacō adulterij. inq̄-
tū int̄ celibes dr teptacō inceſtꝰ ⁊ ſic
de alijs ſimilit̄. Si āt hūerit occaſi-
onē ex viſu vōtur teptacō oculoꝝ: ſi
ex auditu. ſi ex lcōne. ſi ex tactu. ſi
ex odoratu ⁊c̄. ſꝑ eadē facilitate reci-
pit nouā3 denoīacōem. Et hijs oīb9
multiplicit̄ ſcriptura correndo3 doctri-
nis varijs et exēplis. Vt āt breuit̄
vniūſa abſoluam9 ⁊ intelliga9 attē-
dē ꝯuenit illd bti aug9. vbū: Quic-
q̄d i mūdo ē teptat xp̄ianū. Si ſan9
es. teptat te ſanitas tua: ſi infirm9.
infirmitas. ſi paup. teptat te paup-
tas. ſi diues. diuicie. ſi pulch. pulch-
tudo: ſi lētus lētura ⁊ cetēa oīa.
Nō ē: q2 ex q̄ ſemel hō p inobediā3 re-
ceſſit a creatore: iō ex tūc ⁊ deinceps
i oi creaturā inueīt inimicitias: q̄ oīs
creatura ſuū velit vindicare creato-
rē. Nō ergo mirū ē: ut de hijs tā mlt-
tis ec̄ multiplex ſmo hēat. ⁊ varia
diſtinctō. Hic p ioh3 dr. Nolite dili-
gē mūd neq3 ea q̄ i mūdo ſūt; q̄. di. In-
imic9 vr̄ ē: ⁊ ſꝑ malū vob q̄rit. Et ſi-
cut tres radices pcōꝝ oīm, ſic eciā3
tres ſūt radices oīm teptacōnū: ſc3
ꝯcupia carnis ꝯcupia oculoꝝ ⁊ ſup-
bia vite: ut ibid dr Joh. 2. Teptacō ei
ꝑcedit pcm: ſic fum9 flamā. Et ꝯnt
ſic ſepte3 aſſignāt vicia capitalia: ſic
ec̄ pnt diſtingui. vij. teptatiōes ca-
pitales illis correſpondētes. Et in hunc
modū non ē difficile plures diuiſio-
nes colligē: et eaꝝ radicēs aſſignē.
Redeūdo igit̄ ad ꝓpoſitū occurrit mi
ex̄cicijs teptacōnū ꝑtice loquēdo ci-
ci9 ꝯfuſio ꝙ diuiſio: cicius colliſio ꝙ
diffinicō: cici9 horror ꝙ ordo. Nulla3
legē obſuāt. nullū cauiſamtū ꝑmit-
tūt. nullū fed9 ineūt: ſ3 uigīt velut
exleges īſidioſe. iprobe. irreligioſe.
inhōeſte. īmite. ſubdole. infide. alijſ3
machinacōib3 innūis ſic debilē ipel-
lūt hōmē: ut n̄ neceſſitas vrgēt. nunq̄
de eis accept9 ſmo digne fiei poſſet.
Quis inq̄ de talib3 truſis nō dicam
ſubtilit̄ diſputarē ſ3 vel rudiſſiē ꝓloq̄
dignaret̄: niſi tā impudēs ⁊ piculoſi
pulſus id extorq̄rz: Et ē reuera vi-
q3 miſerabil̄ ꝯdicio tā nobilis crea-
ture ad ymaginē dei create: ꝙ tot tur-
pia. feda. horrida. inſana. immūdia.
ab illa intēa tā pulch̄e veritatis ſpe-
culatiōe diuelli. Sic g° quātūcūq3
pulcher ſmo ſanis de lepā a alio mor-
bo ꝯſimili ꝓferat̄ nō ipſis placz: ſic
neque de temptationibus aliqua re-
latio eciam diſertiſſima placeret: ſi
non neceſſitas materiā3 iſtam gra-
tam efficeret. Et ſicut ille qui leprā
ſuſtinet non ſolum egregias doctri-
nas gratanter acceptat. ſed eciam
viliſſimos pānīculos hincinde colli-
git ut ſibi emplaſtra conficiat: ſic q̄
q3 varijs teptationibus fatigat9
dū ſpē euadēdi non inuenit. nedum

crudelia. fetida. friuola. et malicioſa ſentire
cogitur velit nolit: et

a lrãtis ꝯſiliũ libent̄ capit᷑: ſ; eciã a
tudibꝫ diligent̄ informacõnẽ et orõ-
nẽ mendicat̄·Eſtqꝫ illi in tm̃ amato
luctu muſica·i·ſubtil̄ diffinicõ vel di-
uiſio.ĩportũa narracõ:qñ nõ q̄rit ſic
aug⁹ refert in ep̄la q̄lit̄ in puteũ q̄s
cadere potuerit᷑ ſ; q̄lit̄ q̄ in eo anxia
mẽte ꝓlapſus ẽ ac ꝑdolit̄ iacet:e᷑xhi
valeat·Tale ſiquidẽ fcm̃ tp̄e ſuo in
ꝑpõne ↄtigit:ut ĩprouiſe q̄s cadẽs in
puteũ altis vocibꝫ clamaret ut e᷑xhi̅be-
tur·Cõcurrẽtibꝫ g⁹ viãs et q̄rẽtibꝫ
q̃uo huc corruiſti:ſubito r̃ndit·Pri-
mũ me e᷑xhite᷑ et tũc dicã vobis q̄lit̄
huc veneri·Ita de accit̄ teptatis ſu-
ſpicãdũ ẽ maxie ſi nõdũ hẽant exci-
tatos ſenſus ꝑ ↄſuetudĩe ad diſcer-
nẽdũ ⁊ ſuſtinẽdũ·Qm̃ igit̄ ĩpulſus
teptacõnũ r̄egulã nõ ſuat neqꝫ ordi-
nẽ.ut viꝫ tal̄ vel tal̄ teptacõ veniat il-
la vel illa die q̄ hõ.et alia tũc vel tũc:
ſ; ꝯit̄ ĩprouiſe ſine auiſamẽto p̄uio
et ita inſidioſe.ut q̄ mĩ⁹ putabat̄ tẽ-
tura q̄ piculoſior reputat̄.ꝑ illo tp̄e
repẽte inſiliat᷑:ideõ iſtas ſcp̄tas doct-
nas ſcõrũ vẽ p̄cioſas nõ curaui ad
normã aliq̄ regulare᷑:ſ; velut ꝓ vbia
libẽ ꝑ ſe collocare᷑:q̄te⁹ q̄ op⁹ hũe-
rit illas pticulas velut clipeos ↄtra
tela ſibi facilit̄ arripiat:q̄s ſibi in q̄li-
bet congreſſu vtiliores ꝑſpexerit·

De teptacõne hũilit̄ ſuſcipiẽda ⁊
nõ arrogãter appetẽda· Ca͂·6ᵐ

Iacobus·Oĩe gaudiũ exiſtiãte
frẽs:cũ in diuſas teptacões incide-
ritis·Quaſi aũt hoc v̄bũ vtiqꝫ ſcm̃
apd̓ impios piculũ ꝑpiſſꝫ:iõ rurſũ
clamat ſcp̄tura·Cõtriſtat⁹ ſũ in exe̅-
citacõe mea:et ↄturbat⁹ ſũ a voce ini-
mici:⁊ a tribulacõe pccõis. Propt̄ hec
duo picula viꝫ ꝑſũpcõis et deſperacõ-
nis ↄcludũt ſcĩ q̄ nichil meli⁹ ſit q̄
orare.ſic dñs docuit·Ne nos ĩducas
in teptacõnẽ. ꝓlem·a mr᷑·Nec nis leta-
ri neqꝫ nĩs cõtriſtari. Criſoſt·Vtraqꝫ
piculoſũ:et ↄfidẽcia ⁊ deſpacõ·Nã cõ-
fidẽcia ſtãtẽ eũtit:et deſpacõ p⁹ lap-
ſũ nõ p̄mittit exurgẽ·Glõ ſup illud
p̄s·ꝓba me dñe et tempta me·Vir p-
fcũs optat teptari:ne q̄s murmuret̄
ſi a deo flagellet̄·Si eĩm non tepta-
mur:efficimur negligẽtes·S; p̄miſit
ꝓba me:ſcꝫ ſi ſufficientes vires mee
ſint ad vĩcẽdũ·Vlric⁹·Teptacõ ~~nõ~~
nõ ẽ ſimplicit̄ appetẽda neqꝫ abicien-
da:q̄ eĩ ipa ẽ ꝑ ſe mala et ad malũ
inclinat nec q̄cq̄ bonitatis hꝫ nĩ ꝑ acci-
dẽs·i·inq̄ntũ de⁹ elicit ex ipa aliq̄d bo-
nũ.et ĩquãtũ hõ bñ vtit̄ malo. qd̓ tm̃
ꝓpt̄ fragilitatẽ humanã ſub magno
dubio et diſcrimie ẽ:iõ nõ ẽ ſimplicit̄
appetẽda·Spũs eĩm et ſi ꝓmpt⁹ ẽ:
caro tñ infirma·Diſcrimẽ eẽ nõ niſi
ſtulte deſideratur:et qui amat peri-
culũ ꝑibit ĩ illo.Igit̄ nõ q̄ſer̄ eqꝫ diſcu-
ti⁹ ut accidit⁹:q̄ finis ĩcert⁹ ẽ.Quia
tñ teptacõ m̃ltis moĩs coopat̄ ſcĩs ĩ
bonũ:iõ nõ ẽ eẽ abſolute deſiderãdũ
nõ teptari:ſ; nõ ĩduci vel nõ ĩtrare in
teptacõnẽ.Gaudẽ ãt in tribulacõibꝫ:ẽ
ſũma victoia teptacõis illi⁹. Criſo·Di-
abol⁹ q̄ ad ceteros hoĩes vadit ut tep-
tet eos.adũſus xp̄m ire nõ potuit:iõ
xp̄c aduſus eũ p⁹ ꝓceſſit in campũ:vo-
lẽs ipꝫ ad pugnã ꝓuocare. Qd̓ tñ nos
ĩfirmi in exẽplũ trahẽ nõ debe⁹·No-
ſtra eĩm teptacõ piculoſa ẽ.Albt⁹·A-
liqua in xp̄o debemus imitari:et ali-
qua mirari.Opera virtutum imita-
ri debemus:Opa poteſtatis mirari·

Op⁹ aũt magne ptãtis eſt ꝙ obicit
ſe illi q̄ ita fortis ē ut nō ſit ptãs ſu
p terrã q̄ ei valeat cōpari: q̄ factus
eſt ut nullũ tiẽret. Sed fortis xp̄s
ex deifica virtute p̄ualuit cōtra for
tẽ: et tulit arma ei⁹ ac ſpolia. Meri
to igit̃ ꝯueniebat xp̄m ꝯgredi: q̄r for
ti fortior erat. Nos aũt ꝓprie infir
mitatis ꝯſcij. occaſiones tẽptacōnũ
nobis facere non debem⁹. glō. ſup il
lud Math. iiij. Duct⁹ ē ih̄s ⁊c̄. Nota
ꝙ xp̄s nō ꝓceſſit ad pugnã niſi du
ct⁹ a ſpũſancto: qui quos replet. ad
pugnã fortes facit: ſine hoc ſpũ qui
ad pugnã vadit cito cadit. Hec di
cta ſũt ad cautelã in ꝯmunĩ. exceptis
forte q̄buſdã valde pfc̃is de diuina g̃
cia ꝯfidentib⁹: qui vltro tẽptatioib⁹
ſe offerũt ut in hoc volũtario luctaī
ne maior virt⁹ in ipſis excreſcat. ſic ī
legendis ſcōꝝ plurimoꝝ legit̃: de ſcō
anthonio. machario. moyſe. paſto
re. iohe. martino ⁊c̄. Qd tñ non eſt
p̄ſumendũ ab impfc̃is. Pe. R. Tuci
us eſt ab extra venientia patienter
ferre: q̄ ꝓpria electione q̄d ſuſcipe.
Nec negligit pi⁹ de⁹ tpe ꝯgruo ſuis
ſuis onus iugi ſui imponere: quod
ipſos viderit paratos ferre. Noſtrum
ergo eſt humeros ſupponere: dei eſt
on⁹ imponere. Albtus. Aliud ē tẽp
tari a deo p tribulacōnẽ ſicut ꝓpha
dicit ꝓba me dñe et tempta me. Et
aliud temptari a dyabolo p illicito
rũ ſuggeſtionẽ. Et quidẽ p̄mũ pñt
petere aliq̄ magni viri expti vires
ſuas: ut hic vrat hic ſecet ne ſaucij
vadãt in ignem purgatorij vel īfer
ni: ſꝫ ſecũdũ nullus ōmino debet pe
tere. Vlric⁹. Temptatio diuina inq̃tum
ordinat̃ ad bonũ appetibilis ē: ſꝫ p
ter dubiũ nr̃e infirmitatis nō debet
deſiderari niſi ſub ꝯdicōe ſi deus ſcit
nos p ipaꝫ ñ cadẽ. Bern⁹. ſi cui vna
tẽptacō tollit̃: aliã pauid⁹ expectet.

¶ De tẽptacōis mltiplici inſtãtia. Ca.

PEtrus. Aduſarius vr̃ dy
abol⁹ tañq̄ leo rugiẽs circu
it q̄rens quẽ deuoret. A
mos. iij. Leo rugiet q̄s non timebit.
Oſee. xi. Leo rugiet et formidabũt
filij maris. Ne aũt fideles putarent
tñmō fugiend̄ a facie leonis. i. potẽ
tiſſimi tẽptatoris: idcirco ſcriptã rur
ſum admonet multo magis cauẽdũ
a venenata ſuaſione ſerpẽtis. 2. coꝛ.
xi. Timeo ne ſicut ſerpẽs euã ſedu
xit aſtucia ſua: ita corrũpant̃ ſenſ⁹
vr̃i et excidant a ſimplicitate q̄ eſt
in xp̄o. Glō. ſup illud p̄s. 90. Sup
aſpidẽ et baſiliſcũ ambulabis et cō
culcabis leonẽ et draconẽ. Hec om
nia nomina dyabolo ꝯueniunt. Ip
ſe enim eſt aſpis cum occulte percu
tit: baſiliſcus cum palam venenato
flatu nocet. Leo dum perſequitur vi
olenter. Draco cum deuorat negli
gentes. Auguſtin⁹. Plus timend⁹
eſt draco inſidians: q̄ leo fremens.
Criſoſt. vel Beda. Aliquãdo hoſtis
nos temptare intermittit: et quan
do in temptatiōe non preualet: a no
bis vſqꝫ ad tempus aliud recedit,
vel ſic. non ut illate malicie finẽ p̄
beat: ſꝫ vt corda que p quietem ſecu
ra reddiderit: repẽte ⁊c̄. vt q̄ſi ſecu
ros inueniẽs repẽte rediẽs facilius
inopinat⁹ irrũpat. Leo pp̄. Nō deſi
nit antiqu⁹ hoſtis trãſfigurãs ſe in
angelũ lucis deceptionum laqueos
ubiqꝫ pretendẽ: ut quoq̄ mō fidẽ
valeat credentiũ irrũpere. Nouit

enī cui adhibeat eſtus cupiditatis:
cui illecebras gule ingerat: cui ap-
ponat incitamēta luxurie: cui infun
dat virus inuidie. Nouit quē mero-
re ꝯturbet: quem gaudio fallat. quē
metu opprimat: quem admiracione
ſeducat. Omniū diſcutit conſuetudi
nem: ventilat curas. ſcrutatur affec
tus. Et ibi querit cauſas nocendi:
vbi quēq3 ſtudioſius videt occupa
ti. Gregorius. Intuet̄ hoſtis mores
cuiuſcumq3. cui vitio ſunt ꝓpinqui: et
illa apponit ante faciem ad que cog
noſcit facilius inclinari mentem: dū
q3 in ꝓprio certamine ſuccūbere ſe
conſiderat. ad alia tēptacionū bella
reſtaurat. Jero9. Cū venerimus ad
colloquiū dn̄i: grande odium mere-
mur inimici. Multa quoq3 preſtigia
ſunt eius et innumerabiles laquei:
quibus anime capiuntur humane.
Ambroſi9. Anima nūꝙ̄ a corꝑe vin
ceretur: niſi prius a dyabolo tenere
tur. Tunc enī maxime inſidiat̄ dya
bolus: qn̄ in nobis videt paſſiones
iracundie aliquas generari. Nulla
mens eſt nulla aīa: que nō recipiat
eciā malarū motus agreſtes cogita
cionū. Yſidor9. Dya9 ſerpēs ē lubri-
cus. cuius ſi capiti id eſt prime ſugge
ſtioni nō reſiſtit̄: totus in intima cor-
dis dū nō ſentit̄ intra illabit̄. Cipri-
anus. Lata et ſpacioſa itinerā vite le
talis: illic illecebre et mortifere vo-
luptates: illic dyabolus blandit̄ ut
fallat: arridet ut noceat: allicit ut
occidat Be-da. Dyabolus mali au-
ctor. nequicie origo. rerum hoſtis. cor
ruptor ſeculi: hominis ſemꝑ inimi-
cus. Ille laqueos tendit. lapſus pa-
rat. foueas fodit: aptat ruinas. ſti
mulat corꝑa. pūgit animas. cogita-
ciones ſuggerit. immittit iras. dat vir
tutes odio. vicia addit amori. erro-
res ſerit. diſcordias nutrit. pacē tur
bat. affectus diſſipat. hūana violat:
diuina temptat. Gregori9. Lupus
malignus ſpūs ē qui mentes fideli-
um in temptacōne dilaniat. Nā aliū
in luxuriam ꝑtrahit. aliū in auarici
am accendit. alium in ſuꝑbiā erigit.
aliū ꝑ iracūdiam diuidit. hunc inui-
dia ſtimulat. illum fallacia ſupplā-
tat. Prius complectionem vniuſcu-
iuſq3 antiquus aduerſarius ꝓſpi-
cit: et tunc temptacōnis laqueos op
ponit. Alius nanq3 letis. alius triſti
bus. alius timidis: ali9 elatis mori
bus exiſtit. Quo igitur aduerſari9
occultus facile capiat: vicinas cōple
ctionibus decepcōnes parat. Et q̄a
leticie voluptas iuxta eſt: letis mo-
ribus luxuriam ꝓponit. Et quia tri-
ſticia in iram facile labitur: triſtib3
pc̄m diſcordie porrigit. Quia vero
timidi ſupplicia formidant: pauen-
tibus terrores intentat. Et quia e-
latos extolli laudib3 conſpicit: eos
ad quodcūq3 voluerit blandis fauo
ribus trahit. Singulis igitur hoī-
bus. vicijs conuenientib3 inſidiatur.
Proſper. Temptat dyabol9 ſpeci-
aliter ſex modis. In bonis ꝑ elacio-
nem. in malis ꝑ deſperacionem. In
ocio ꝑ luxuriam. in negotio ꝑ turba
cionem. in iuſticia per crudelitatem.
in miſericordia ꝑ adulacionem. Yſi
dorus. Dyabolus qn̄do decipere quē
q̄m q̄rit. ꝑus naturā vniuſcuiuſq3 in
tēdit: et inde applicat vn̄ aptū hoīnē

ad peccādū inſpexerit · Orige. Legit
dyabolꝰ eloq̄a diuina nō vt melior fi-
eret: ſꝫ ut alios deciperet. Criſ. Quaſ-
dā ſcripturas ꝓfert dyabolꝰ tāq̄ ſu-
pbus: quaſdā vero tacet tāq̄ aſtu-
tus. Mgr̄ ſniaꝝ. Qui ꝑus ꝑ ſupbiā
fuerat dyabolꝰ · i · deorſū lapſus: ze-
lo inuidie factus eſt ſathā · i · aduſariꝰ.
Vidit enī ibi ꝑ obediē hūilitatē hoi-
nē poſſe aſcēdere: vnde ipſe ꝑ ſupbiā
corruerat. Dyoꝰ. In demonibꝫ data
naturalia nō ſūt mutata · ſꝫ manſe-
rūt integra et ſplēdidiſſima: intelli-
ge quo ad intellcm̄ ſpeculatiuū nō
electiuū. ſm̄ doc. Viget enī · vt Au-
gꝰ · et pħ · dicūt acumine triplicis ſci-
encie: ſcꝫ ſubtilitate nature intellā-
ue · expiēcia tempoꝝ · et reuelacōne
ſcōꝝ angeloꝝ ex iuſſu dei · Itē qui-
dā. Inualuit antiquꝰ hoſtis callidꝰ
inuiſibilis et indefeſſus: cuiꝰ crudeli-
tas ōnino miteſcē neſcit · Armauit
ſe multis adiutoribꝰ foris: maliſq̄
viribꝫ nr̄is intus · Malas cogitacō-
nes immittit · ſanguinibꝫ nr̄is ſemi-
ſcet: exterioraq̄ delectabilia ſenſibꝰ
offert. Greg. Dyabolꝰ ſꝑ nos īpugnat:
vt tādem nos tedio vincat · Caue-
amꝰ igitr̄ nos ·

¶ De diuina ꝓtectiōe in quolibet tēp-
tacōis ꝯgreſſu. ¶ Ca. 8.

Paulꝰ · Fidelis deꝰ q̄ nō pa-
tietr̄ vos tēptari ſup id qd
poteſtis: ſꝫ faciet cū tēpta-
cōe etiā ꝓuētū ut poſſitis ſuſtinē. Glo.
ibidē. Verꝰ ē deꝰ in ꝓmiſſis. q̄ ſe ꝓte-
ctorē electoꝝ ſuoꝝ fore ꝓmiſit: q̄ vel
cadere nō ſinit vel a caſu erigit. Qui
enī dat temptāti dyabolo licēciam:
ipſe dat temptatis miaꝫ ne deficiāt
in lucta · Hoc aūt fit ꝑ humilitatē.
Humilitas enī cuſtodit in ōni tēp-
tacōe: ut illi non crepēt in fornace.
qui non habēt ventum ſupbie. In pſ-
ſura igr̄ vel de neccitate nō debet ho-
mo diffidere de deo: auxiliū hūanum
requirendo. Augꝰ. Venit xp̄s et al-
ligauit dyabolū. Sed dicit aliquis.
Si alligatus ē. quare adhuc tm̄ ꝓ-
ualet? Verū eſt frēs kariſſimi: mul-
tū preualet: ſꝫ tepidis et negligētibꝫ.
et deum in veritate non timētibꝫ do-
minatr̄. Alligatus ē enim tanq̄ in-
nexꝰ canis: et neminē poteſt morde-
re niſi eū q̄ ſe ad illū vltro mortifera
ſecuritate ꝯiūxerit. Iā videte frēs q̄
ſtultus ille homo ē: quē canis in ca-
thena poſitus mordet · Tu te ad illū
ꝑ voluptates et cupiditates ſeculi
noli coniūgere: ille ad te non preſu-
mit accedere · Latrare pōt · ſollicita-
re poteſt: mordere ōnino non pt̄ niſi
volētem · Non enī cogēdo ſed ſuadē-
do nocet: nec extorquet a nobis cō-
ſenſū ſed petit · Criſ · Non tam diu
hoīnes dei dyabolꝰ temptat q̄diu
vult: ſꝫ q̄diu xp̄s ꝑmittit. Et ſi eum
ꝑmittat paulīſper tēptare ad no-
ſtrā vtilitatem: tamē repellit ꝓpter
noſtrā infirmitatē. Bern. Pōt ini-
micus excitare temptationis motū:
ſꝫ in te eſt ſi volueris dare vel nega-
re conſenſū · Leo pp̄ · Sapiencia dei
plenꝰ ſciens ſtudiū religionis labo-
rem hr̄e certaminis. ut ꝓuideret pug-
ne piculū. ante admonuit pugnatu-
rum: ne forſitā ſi ad ignorātem tēp-
tator accederet. imparatum citius
vulneraret. Ait ergo · Fili accedens
ad ſeruitutem dei ſta in timore: et

ſpata animā tuā ad temptacionē·
Gregorius· Impetus dyaboli ꝑ po-
tenciā eſt nō ꝑ violenciā: quia vin-
cere non poteſt niſi volentē· Criſoſt·
Dyabolus ſſuggerē pt: cogere non
pt· In primis grauis eſt impetus
eius: quem ſi quis forti aīo ſuſtinu-
erit, eū in ſcdo inuenit infirmiorem·
Quanto eñ plus percuſſus fuerit: tā-
to magis refrigeſcit et deficit· Iord·
Cōſuetudo dyaboli ē. ſemꝑ incipere
a leuioribꝫ. et ꝓcedere ad grauiora.
deinde ad grauiſſima: ut patet ī tēp-
tacōne xpi et iob· Aug⁹· Non putā-
dum ē ꝙ dyabolus alic̄ tēptare po-
terit: niſi ſcḋm ꝙ permiſſus fuerit· No-
cendi eñ voluntas cuiqꝫ a ſe ineſt ſed
ptās a deo· nec deiceret hō niſi pceſſiſ-
ſet in eo q̄dā elacō mētis: amorqꝫ ꝓ-
prie ptātis. ac de ſe ſupba pſūptio·
Ambro· Sine permiſſione dei dyabo-
lū nocere nō poſſe cognoſcas: ne potē-
ciā dyaboli magis timeas ꝙ̄ diuini-
tatis offenſam· Nec niſi quis porci
more vixiſſet vnꝙ̄ in eo dya⁹ acce-
piſſet ptātē: aut ſi accepiſſet. non ut
perderet ſed ut ꝓbaret· Aug⁹· Dya-
bolus pleruqꝫ vult nocere ſed non
poteſt: q̄a poteſtas iſta ſub poteſta-
te eſt· Nā ſi tantū poſſet nocere dia-
bolus quantū vult: aliquis iuſtorū
non remaneret; ij· petri ij· Nouit do-
minus pios de temptacōne eripere·
Pe·ra· Dyabolus ſemꝑ primordia
bona pulſat. captat. rudimenta vir-
tutū ſcā in ipo ortu feſtinat extigue-
re: ſciens ꝙ ea ſubuertere fundata
non poſſit· Gloſa ſup illud ps· Cum
ipo ſum in tribulacōne· Nō ē timen-
dū tibi in tribulacione· Fides eñ in

te: deus ē in te· Et ſi non eripit quan-
do vis: non ideo putes te deſeri· Eri-
puit tres pueros corpalit̄ de camīo
ut confundant̄ infideles: martires
liberat ſpiritualit̄ ut imitētur fideles.
Eccleſi· 33· Timēti deū nō occurrent
mala: ſed in tēptacōne deus illū con-
ſeruabit· Itē quidā· Timenda ē reuera
vnicuiqꝫ fideli tātorꝫ adūſariorꝫ im-
manitas: et ſuarꝫ viriū tāta infirmi-
tas· Verꝫ multo āplius timēdū eſt
vnicuiqꝫ ne viſa tā multiplicis pug-
ne tāta inſtācia. nimia puſillaīitate
fractus deſpet de victoria: ſimul ⁊ de
adipiſcēdo vincentis brauio· Caue
igitur ne graui pigricie mole pgra-
uatus ptīcioſo corpore contabeſcas:
et cōſequent̄ ſcē milicie ſacramenta
nō reqras· Glō ſup illud ps· Altiſſi-
mū poſuiſti refugiū tuū· In alto eſt
refugiū dei idest in valde occulto: ſcꝫ
ꝓ declinandis etnis penis. et ꝓ aſſe-
quēdis eternis bonis. Hec q̄ cogitat
ad deū fugit eciā īpoſſibilia donātem:
ut a pcī feditate liberatus deinceps
cōtra hoſtiū turmas dimicare atqꝫ
triūphare ſit par⁹· Qui igit̄ vīcē ho-
ſtē cupis. in occulto cordis dñm īuo-
ca. oīa ſibi tribuēdo: ⁊ laudās inuoca
et ſic ab inimicis tuis ſalu⁹ eris: ex
hoc ne pedē extendas: nam qui alit̄
agit ſibi derelict⁹ perit: eciā ſi viciſſe
videbatur· Yſidor⁹· Quanto ꝓpinq̄-
us finē mundi dyabolus videt tan-
to crudelius pſecuciones exercet: ut
qui ſe continuo dampnandum ꝯſpi-
cit. ſocios ſibi multiplicet: cum quibꝫ
yehenne ignibus addicatur Apoca-
lipſ· xij· Ve terre et mari quia deſcē-
dit dyabolus ad vos hñs irā mḡnā:

ſtīēs q̄ modiciū tps hēt. Deut. 20.
Audi iſrahel. vos hodie ɔtra inimi-
cos vr̄os pugnā cōmittitis, nō ptīe-
ſcat cor vr̄m. Nolite timē. nolite ce-
dere: nec formidetis eos: q̄ dn̄s de9
vr̄m medio vr̄i ē. ꝓ vobis cō̄ aduſa-
rios dimicabit ut eruat vos de peri
culo. Aug9. Caue ne aliud pret̄ deū
timeas. Ipſū time. ipſū ama. Adiu-
uat certātē. q̄ certamē indixit. Spe-
ctat de9 certatorēs ſuos: et adiuuat
eos certantes. Yſid. Qui incitat ut
pugnem9 adiuuat ut vincam9. ɔſo-
lidat ne deficiamus.

De temptacōnis nc̄citate ōnium
viatorꝫ. Ca. 9.

Iohānes. Vidi de ore dra-
conis et de ore beſtie et de
ore pſeudo ꝓphe exire ſpūs
tres īmmūdos ī modū ranarꝫ. Btūs
q̄ vigilat et cuſtodit veſtimēta ſua:
ne nud9 ābulet. Expoſicō q̄dā nōbil'
ſup hoc. Iuſto dei iudicō actū eſt. ut
elā nc̄ario int9 ⁊ foris pugēre habe-
ant. ſicut iob dicit. Tēptacō eſt vita
hoīs ſup terrā. Sāis ergo iohēs ꝓ-
uidēs hoc certificauit nos de illo qd̄
viderat dicēs. vidi ⁊c̄. Int9 impugn̄
mur tripliciť: q̄ de ore draconis ex-
it ſpūs vehemēs ut exurat iraſcibi-
lē ut ſeuiat. De ore beſtie exit ſpūs
blādiens ut inflāmet ɔcupiſcibilē
ut inſaniat. De ore pſeudo ꝓphe ex-
it ſpūs fallens ut decipiat rōnalē
ut deuiet. Eaſdē pōs foris triplicē
malū h9 ſeculi tēptat exēplū. Sup-
bia iraſcibilē: luxuria ɔcupiſcibilē:
auaricia rōnalem. Btūs ergo q̄ cu-
ſtodit veſtimenta ſua. i. virtutes q̄s
laborioſe acq̄ſiuit. ne draco eas de-
uoret. ne beſtia maculet. ne falſari-
us doloſe auferat ⁊c̄. Greg9. Vita
hoīs nō tēptatiōem hr̄e dicit. ſꝫ ipſa
tēptatio eē phibetur. Spōte quippe
ab ſtatu cōdicionis lapſa. et corrup-
tionis ſue putredini ſubdita. dū ſibi
ex ſemetipſa moleſtias gignit: hoc ē
iam ſcā qd̄ tolerat. Que nimirū mu-
tabilitatis ſue onera q̄ volēs expe-
ciit. nolens portat. Ecce dū ad ſum-
ma appetēda ſe erigit: mutabilita-
tis lubce impulſu ꝓtin9 ad ſemetip-
ſam cadit. Vult in cōtēplacōe ſtare.
ſꝫ non valet. Cogitacōnis greſſum
figere nititur: ſꝫ īfirmitatis ſue lap-
ſibus eneruat̄. Si iā ab iniq̄tatis
ꝑpetracōe cōpeſcit. in ipſis tn̄ bonis
opibus. modo malorū memoria. mō
ſeductōis caligine. mō intēcioīs ſue
interrupcōe fuſcat̄. Si a luxuria car-
nē refrenat. adhuc tn̄ luxurie fan-
taſmata tolerat. Si ventrem ab-
ſtinencie vigore reſtringit. vultus
palleſcit. virtus laudatur: moxq̄ꝫ ī
anis gloria ſuccreſcit. Si toto deſi-
derio humilitatis ſtatum apprehē-
dit. fit nonnunq̄ ut zelum rectitudi-
nis deſerat. aut rurſum zelo rectitu-
dinis turbet humilitatis ſtudiū qd̄
tenebat. Cumq̄ꝫ ſeruari ſimul et ze-
li auctoritas et ꝓpoſicionis humili-
tas vix poſſit. ſibi metipſi homo ex
ꝑturbacōe incognitus reddit: ita ut
vehemēter ābigat. ne apud ſeductū
animū aut ſupbia ſe auctoritate ze-
li inſinuet. aut torpor pauidus humili-
tatē fingat. Si veritatē ōnimode lo-
q̄ decreuit aut tacere neſcit. aut loqn̄-
do ꝓximi vitā vera eloquēs grauat.
Si amore ɔditoris incā ſecuritate

ab omnibꝫ terrenis aſſidua oꝛōe ſe
curat ſuſpendē. dum eleuari ab infi-
mis nititur. infimoꝝ fantaſmate re-
uerberatᷓ. Unde fit plerumqꝫ ut ani
mus ſua infirmitate fatigatꝰ. aut
oracionē deſerens deſidia torpeat:
aut ſi diu in oracōne ꝑmāſerit ante
eius oculos importunarū ymaginū
caligo deſeſcat. Si dīne legis ſciēci-
a ꝑditus ꝑ ceteris fuerit. ꝑuato gau-
dio exultat. pcepti intellcūs munerā
in ſe diſſipat: et inde in iudicio cete-
ris deterioꝛ exhibetᷓ. vñ clarioꝛ cete-
ris ad tēpus oñditᷓ. Si alienus ab
erudicōne dīne legis fuerit. ignorācī-
a ſua deꝑmitᷓ ne quid cā obtinende
ſalutis operᷓ. Et ꝙ ipm dona virtu-
tū non ſubleuāt. eciam viā ſimplicē
rectitudinis declinat: et velut extra
neum ſe a celeſti munere deputans
q̄ſi eo ſecurius ꝑua agit: quo ſupni
doni ſublimia munera nō ꝑcepit. I
ſtū inopia deꝑſſit. illū habūdācia v'-
tutū ex occaſione deteriꝰ ruere fecit.
Uñ ergo dr̄. tēptacō ē vita hoīs ſuꝑ
terrā. cui ex ſemetipā naſcitᷓ vñ pei-
matᷓ. que eciam et ſi ſemꝑ ex virtute
ſuccidat qđ ex infirmitate gn̄at. ſꝑ
tamē ex infirmitate gn̄at qđ virtu
te ſuccidat: et vltra hoc valde miſe-
rādū ē. ꝙ quqꝫ ibi reatū deſcēſionis
īueīt vbi ſe ꝓuectū ꝯphēdere aſcē
ſionis putauit: et inde mens cōfun-
ditur: vñ et ſurgē a confuſione nite-
batᷓ. Hec ē omniū noſtrū ꝫ q̄ in ſer-
to infirmitatis vicio naſcimur mi
ſerabilis cōdicō: ꝙ hoſtē nobiſcū de-
ducimus quem cum laboꝛē ſupamꝰ.
Foris igitur et intus neceſſe pugna
re habemus: qui ſponte a r̄gula no-

bis diuinitus prefixa lapſi ſumus.
Auguſtinus. Terra repromiſſiōis
nos fuimus anteq̄ꝫ peccaret adam:
quando michil aliud in nobis erat
q̄ꝫ qđ miſericoꝛdia contulerat condi-
toris. Sed poſtq̄m peccauit adam.
terram illam tociens laudatā ca-
nanei ceperant poſſidere: quando ex
pulſis virtutibus ſanctis vicia inſo
lencia remanſerunt: cum quibus iu
gem pugnam habere deinceps nos
opoꝛtebit. Cōmunis ſentencia prim.
Qm̄ diu in hac fragili carne ſumꝰ:
laqueis varijs circūdamur. Nulli-
bi ſecuritas: vndiqꝫ periclitamur: ni
ſi omni cuſtodia coꝛ noſtrum cuſto-
diamus. Siquidem laqueos ploꝛa
mus. laqueos ridemus. laqueos ie-
iunamus. laqueos comedimus. la-
queos oꝛamus. laqueos gemimus:
laqueos vigilamus. laqueos doꝛmi
mꝰ. laqueos loquimur. laqueos ta-
cemus: Et ita de alijs omnibus ex-
ercicijs virtutum. Uerum hoc max
ime eſt conſolatoꝛium: ꝙ in hijs plꝰ
valet virtutis incrementum. q̄ꝫ veni
alis peccati detrimentum incompa-
biliter. Raro enim naſcitur virtu-
tis granum ideſt opus bonum ſine
pallea alicuiꝰ defectuoſitatis. ideſt
ſine oī circūſtācia venialᷓ delicti: nec tar
dioꝛ ē dñs deꝰ ad miſerēdū q̄ꝫ ad af
fligēdū. Sic enī in oī re bonꝰ hō īueīt
occaſio alicᷓ maꝫ tēptacōis. ſic ec̄ dire
ctionis ꝓut apl's dr̄: ſcimꝰ qm̄ dili-
gētibꝫ deū oīa cooꝑantᷓ in bonū ꝛc.
Ubi dicit glo: tam proſpera q̄ꝫ adū-
ſa. Et ſubdit, Uſqꝫ adeo cooperātur:
ut ſi qui deuiant et exorbitant. eci
am hocipſum faciat eis proficere in

bonū: q̄ hūiliores redeūt atq̄ doctio-
res· Diſcūt em̄ cū tremore ſe exulta-
re debere: nō q̄i arrogādo ſibi tāq̄ de
ſua v̄tute fiduciā h̄eant pmanēdi·
Cōſolat̄ ei de9 eos ꝓſpis et exercet
adūſis: et oia ipſ ꝓſūt: tū ad emēda-
cōem, tū ad ꝓbacōem·

Q͛ boni tm̄modo dicātur temp-
tari· Ca·x·  deut. 33.

Moyſes· Perfectio tua ꝛ do-
ctrīa tua a viro ſcō tuo: quē
ꝓbaſti in tēptacōe· Deut·
·8· Eduxit te dn̄s p deſertū ānis·xl·
ut affligēt te atq̄ tēptaret· ij· pali·
32· Dereliq̄t eū dn̄s ut tēptaret̄: ſcz
ſcm̄ ezechiā· Sapie·3· De9 tēptauit
iuſtos: et inueīt illos dignos ſe· Sa-
pie·18· Tetigit iuſtos tēptacō mor-
tis· Tobie·2· Hāc tēptacōem ideo per
miſit euenīē illi ut daret̄ exēplū pa-
ciētie ſue: ſicut et ſci iob· Et·12· Qm̄
placuiſti deo: nēce fuit ut temptatio
ꝓbaret te· Ecci·2· Fili ac·ad·ſ·d·ſta
i·t·ꝛ ꝑpara animā tuā ad temptati-
onem· Ecci·2A· Hoīes iuſtos ꝓbat
tēptatio tribulacōis· Ecci·44· Abrā-
hā in temptacōe inuētus eſt fidelis·
Sapie·11· Cū em̄ tēptati ſunt et q̄-
dē cū mīa diſciplinā accipiētes: Im-
pij cū ira tormēta patiūt̄· Judith·8·
Tēptati ſūt pres nr̄i: ut ꝓbarētur
ſi vere colerēt deū ſuum· Abraham
pr̄ noſter temptat9 eſt: ꝛ p multas
temptacōes ꝓbatus amicus dei fa-
ct9 eſt· Sic yſaac· ſic Jacob· ſic mo-
yſes· et ōnes qui placuerūt deo: per
multas tribulacōes tranſierūt fide-
les· Illi aūt qui tēptacōes non ſuſce-
perūt cū timore dn̄i: ꝛ impaciam ſu-
am et improperiū murmuracōis ſu-
e contra dn̄m ꝓtulerunt: exterminati
ſūt ab exterminatore: et a ſerpētib9
perierūt· Jac·p̄· Btūs vir qui ſuffert
tēptacōem: q·c·ꝓ·f·a·c·v·q̄ reddi-
ſe· Cōtra de reprob̄ d̄r: Luc·8· In tē-
pe tēptacōnis recedūt· p̄·pet·p̄· Op-
tet ꝯtriſtari in varijs tēptacōibus·
Vas quoq̄ electōis q̄les tēptacōes
ſuſtinuerit ſepi9 ꝓteſtatur· Ait em̄
actu·20· Vos ſcitis q̄liter vobiſcum
fuerim ſeruiēs dn̄o: cum ōni hūilita-
te et māſuetudine et lacrimis ꝛ tēp-
tationib9 que michi acciderūt· Et in-
fra· Spūſſanct9 ꝓteſtatur michi p
ōnes ciuitates dicens: qm̄ vincula
et tribulacōnes me manent· Et q̄
iſtud ſit ſanctis ꝯmune: oñdit·ij·thi-
mo·iij· dicēs· Oēs qui pie volunt vi-
uere in xp̄o: pſecucōez patiētur· Tā-
dem ut nichil deeſſet quod huic ma-
terie ꝯueniret: dicit ad heb·4· de xp̄o·
Hēm9 pontificē temptatū p ōnia· Et
math·4· et luce·4· et marc·p̄· d̄r: q̄
duct9 ē ih̄s in deſertū ut tēptaretur
a dyabolo· Et math·22· et luc·20·
d̄r: q̄liter temptatus ſit a malis hoī-
nib9 ꝛc̄· Hec vtiq̄ maxime cōſola-
toria debent eē fidelib9: in cotidiana
temptacōe ſudātibz· Vn̄ criſ· Vt ne-
mo turbetur de temptacōnibz: preter
ſpem irruētibus: idcirco eciaz xp̄us
dn̄s tēptari voluit· Quiſquis ergo
poſt baptiſmū maiores ſuſtīes tēp-
tationes, non turberis· Eteni ꝓpter
hoc accepiſti arma non ut vaces ſz
ut prelieris: et diſcas quoniam mul-
to factus es fortior· Vrget enim te
ſpūſſanct9 aliq̄d magnum apprehē-
dere opus in iuſticia q̄ de9 delectat̄·
Dyabolus namque precipue illos

temptaciō in quibus aliquid boni ſingularis conſpicit. Leo papa. Quo boni aliquid facimus:in iram demones acrius prouocamus. Hilarius. Sanctificatis maior pugna incūbit Temptatur em̄ ſtatī p⁹ baptiſma dominus temptacione ſua indicās in ſanctificatis nobis maxime diaboli temptamenta graſſari:quia victoria eſt magis eis exoptata de ſanctis. Baſilius. Locus ſolitarius eſt magis aptus temptacionibus: et ergo ſolitarij maxime ⁊ fortiſſimē temptāt̄. Isid. Solent pugnantis famoſorū exēpla ꝓponi victorū:ut ex hoc ad pugnā forcius acceñt. Qm̄ q̄ aliq̄s poſt arreptū noue et ſcē cōuſacionis ſtudiū fortiores temptacōis fluctus ſuſtinet bonū indiciū ē:neqꝫ ꝓpt̄ hoc ē min⁹ baptiſatus vel a peccatis mundatus:nec mi⁹ dīna filiacōne dignus.aut celo.aut opa eius minus dō grata.ſed magis:put in magnoꝝ ſanctoꝝ legendis clare patet. Gregori⁹. Pleriqꝫ qui plus in cōtēplacione rapit̄ cōtingit ut ā pli⁹ in tēptacōne fatiget̄. ſicut q̄buſdā ſepe cōtingere bn̄ ꝓficientibꝫ ſolet.q̄rū mentē dū aut cōpūctio mentis afficit.aut cōtēplacō ſup ſemetipām rapit.ſtatī eciā tēptacō ſequit̄:ne de his ad q̄ rapta ē extollat̄. Caſſ. Aduerſarius nr̄ tāto acrior redit:quanto eum p diuinam graciā debellari poſſe contingit. Aug⁹. Hoc ſcitote fratres:q̄a dyab⁹ nō niſi bonos pſequit̄. malos em̄ pſequi non conſueuit:q̄ amici illius ſunt ⁊ ſemp voluntatē eius faciunt In tantum illos non pſequit̄ ut eciā p illos alios pſequatur. Malos em̄ homines quaſi malleos vel flagella habere conſueuit. Adulteri pſequuntur caſtos. ebrioſi ſobrios. ſuperbi humiles. Inuidi benignos. cupidi largos:et eos q̄ manſuetudinem vel pacienciam retinēt affligere nō deſinunt iracundi. Habet deus miniſtros ſuos:habet dyabolus adiutores ſuos. Illi affliguntur:iſti affligunt. Gregorius. Hoſtis noſter quanto magis nos ſibi rebellare conſpicit:tanto ampli⁹ expugnare contendit. Eos em̄ pulſare negligit quos quieto iure ſe poſſidere ſentit Magiſter in ſentencijs 23. diſ. libro 2. Nō eſſꝫ ita laudabile hoī ſi ideo bn̄ viuē poſſet q̄a nemo male viuere ſuaderet.cū in natura haberet poſſe et in poteſtate velle non cōſentire q̄ temptare non poſſe. Gregorius. Creſcentibus virtutibꝫ magis ſeuit dyabolus ad temptandū: et inter bonos fortius temptat meliores ſic Et inter pfectiores illos fortius temptat qui non ſolum in ſe ſed eciam in proximis eum confundūt et eos ſibi reſiſtere faciunt. Videns namqꝫ dyabolus ſancte mentis ſtudium contra ſe eciam prodeſſe alijs: multiplici ſatagit eam temptacione confundere. Malos autem pocius inſtigare dicitur q̄ temptare:quia facile conſentiunt ut in ſordibus ſordeſcant adhuc ⁊ maior ex pluribus criminibus fiat eorum dampnacio. ſm vlricum.

De vtilitate tempcōnis. Ca. xi

David. Bonum michi q̄a humiliaſti me:ut diſcā iuſtificacōes

tuas; glō· Humiliaſti me·i·diuꝑ tēp-
tationibꝫ exercuiſti Ecci·30· Qui nō
ē tēptatꝰ quid ſcit? Ecci·29· Sapi-
ens bō et mala in oībꝫ tēptabit; i·
theſ·5· Omnia ꝓbate; qd bonū ē te-
nete. Ecci·2A· Fili in vita tua tēpta
animā tuā: et ſi fuerit nequā nō des
illi ptātē; 2·cor·13· Voſmetipōs tēp
tate ſi eſtis in fide; glō· an ſitis in o-
pibus bonis in qbus debēt eē fide-
les. Iac·p· Omne gaudiū exiſtima
te frēs mei cū in tēptacōnes varias
incideritis: ſciētes qꝫ ꝓbacō fidei vrē
paciam opatur. Paciā aūt opꝰ per
fectum hꝫ: ut ſitis pfā & integri in nl-
lo deficiētes. Augꝰ· Vita nrā nō pt
in hac pegrinatiōe eſſe ſine pccō ne-
qꝫ ſine temptatiōe: qꝛ pfcūs nē per
temptationē nrāꝫ fit. nec ſibi qſqm
innoteſcit niſi tēptatus: nec pt coro-
nari niſi vicerit· nec pt vincē niſi cer
tauerit: nec poteſt certaē niſi inimi
cū et temptationes hūerit, Glō· ſup
illud rō·5· Gloriamur in tribulacō
nibꝰ; qs ſcꝫ p xpo patimur qbꝫ itur
ad gloriam· Per tribulacōes enim
multas opꝫ nos intrare in regnū
dei· Spei nāqꝫ addita tribulacō au-
gmētū facit premij: inde qꝫ eſt fixe
ſpei tribulacō· Abbas arziſius Si
fragmē crude tegule in fundamēto
mittaē vbi ſit iuxta fluuiꝰ non ſu-
ſtinet vnū diē: cocte aūt pmanet ve
lut lapis· Ita eſt homo q carnalē
ſapientiā hꝫ: et non ē tēptacōnū ig-
ne decoct; ſicut exēplum habemꝰ in
ioſeph & oībꝫ ptriarchis atqꝫ ꝓphis:
q varijs tēptatiōibꝫ ſolidati fuerūt
et fortiter pſeuerauerūt. Amb· Co
rona ppoſita eſt: ſubeūda certami

na ſunt· Nemo poteſt niſi vicerit co
ronari· Nemo autem poteſt vincere:
niſi ante certauerit· Ipſi quoqꝫ co-
rone maior eſt fructꝰ: vbi labor ma
ior eſt· Et ideo temptacōem nunqꝫ
debemus timere: eſt eni cauſa victo-
rie. materia triūphorꝫ. Cum eni infir
mamur tunc potētes ſumus: tunc q
qꝫ iuſticie corona nectit· Tolle mar
tirum certamina: tuliſti coroās. Tol
le cruciatꝰ: tuliſti beatitudines· Nō
debemꝰ igitur temptationes ſeculi p
malis timere quibus bona premia
compant: ſed magis rogare ut eas
tēptationes ſubeamus quas ferre
poſſimus Glō· ſup illud rō·13· Om
nis anima ptātibus ſublimioibus
ſubdita ſit· Si bonus fuerit qui ti-
bi preeſt nutritor tuꝰ eſt: ſi malus
temptator tuꝰ eſt· Et nutrimēta li-
benter accipere: et in temptacōe ap-
ꝓbare· Eſto auris: et intende mundū
iſtum quaſi fornacē artificis. Gre
goriꝰ· Multos ſua prius felicitas
ſtrauit: multos diuturna pax vin-
ctos reddidit: eoqꝫ illos inopinatus
hoſtis grauiꝰ pculit. quo longo qe-
tis vſu negligentes inuenit· Vñ ſci
viri cum multa ſe ꝓficere virtutum
ꝓſperitate conſiderāt. quodam ſup
ne diſpēſatiōis modeāmine exerce
ri ſe eciā tēptatiōibꝫ exultāt: qꝛ tan
to robuſtius acceptā virtutū glori
am cuſtodiunt: quanto temptatio-
nis impulſu concuſſi infirmitatem
ſuam humilius cognoſcunt· Pro
ſper· Ad magnam vtilitatem fideli
um reſeruata eſt materia certami
num: ut non ſuperbiat ſanctitas·
q diu hoſtium incurſum ſentit in-

firmitas. Aug⁹. Non ē maior tēpta-
cio: ꝙ nulla temptacōne pulſari, hec
ſiquidē periculoſiſſima ē. Inde em̄ na-
ſcitur elacō mentis: incircūſpectio ſui.
ſtulta ſecuritas. torpor animi. incom-
paſſio tēptatoꝝ. ignorācia agendo-
rū. negligēcia ſui: contēptus fratrū.
Non ergo oīs eſt culpāda tempta-
cio: ſꝫ et gratulanda ē q̄ fit ꝓbacio.
Et plerūqꝫ animus human⁹ alit ſibi
ipſi innoteſcē non p̄t: niſi vires ſuas
ſibi nō verbo ſꝫ experimento. tēptacōe
quodāmō interrogāte reſpōdeāt. Ubi
ſi dei munus agnouerit tunc pius ē:
tūc ſolidatꝰ firmitate grē. nō inflatꝰ
inanitate iactācie. Glō ſup illud ij.
corinth. xij. Datus ē michi ſtimul⁹
carnis mee angel⁹ ſathane ⁊c̄. Ce-
tera vicia tm̄ in malefāis valēt: ſu-
pbia vero ſola in recte factis cauen-
da eſt. Cum em̄ quiſqꝫ bn̄ ꝑfecerit:
ſupbia tēptatur ut pdat totum ꝑfe-
ctum. Non ergo mirꝫ: ſi cōtra capita-
le viciū aplūs ſibi appoſitū dt mor-
dax epytima q̄ tumor curaēt. Quis
ergo ſecurus eſt? Quo ergo ſecur⁹
agnus egredietꝰ: vbi aries ſic picli-
ti metuit? Tēptacō em̄ cui reſiſtitur
aut cui nō cōſentitꝰ nō ē pcc̄m: ſꝫ ma-
teria exercēde virtutis. Qd tm̄ intel-
lige dcm̄ de temptacione que fit ab
hoſte non a carne: que pcc̄m eſt veni-
ale eciā ſi ei nō conſentiatꝰ. Hocipm
nāqꝫ qd caro ꝯcupiſcit adūſus ſpi-
ritū pcc̄m qddā ē. Albert⁹. Primus
mot⁹ ad illicitū ē interior cogitacō il-
liciti trahēs ꝯcupiſcēciā. et eſt pcc̄m
minimū. ita ꝙ eciam delet̄ur p auer-
ſionē ab illicito concepto: et tunc dr
conteri caput ſerpētis. Gloſa ſup il-

lud apli vbi ſupr: Uirtus in infirmi-
tate pficitꝰ. Perfectio vtutū ē. q̄ habꝫ
infirmitatē cōtrariā cū qua legittie
certetꝰ: ſꝫ certādo acquiritꝰ victoria:
et ſic fit vtutis conſūmacio. Pe. ra.
Cōmunis curſus vite pn̄tis tēptaci-
onibus apprehēditꝰ: nā ad virtutis
exercitiū iheruſolōitis relictus ē ie-
buſeꝰ: et aplō ſpūs ſathane datus
ē ne reuelacōnibus extollatꝰ. Hare-
nam pugne ancipitis ingreſſus es:
in qua nō apprehēdes brauium niſi
curras. nō coronaberis niſi pugnes
Ieroni⁹. Ne terrearis ſi poſt victori-
am iterꝫ venias ad amaritudinē: quia
vbi ē magtudo grē. ibi ē magtudo di-
ſcriminis. Uirtutes ī amaritudīe in-
cipiūt: et in dulcedie terminātꝰ. Cō-
tra vicia inchoantꝰ dulcedie: et tmi-
nantꝰ amaritudīe. Quaſi doct⁹ nau-
ta p⁹ multa naufragia inſtituē te
cupio. Lubricū ē iter p quod ingre-
dieris: nec tātū ſequi glorie p⁹ victo-
riam: quātū ignominie p⁹ ruinā

## De cuſtodia āgelorum et auxilio ipſorum. Ca. 12.

Helizeus. Noli time. Pluēs em̄
nobiſcū ſunt. ꝙ cum illis. Exo.
23. Angelus meus p̄cedet te. Pē. 90.
Angelis ſuis deus mandauit de te:
ut cuſtodiant te in oībus vijs tuis
In ma. por. te. ne for. off. ad la. pe. tu-
um. Bnard⁹. Quociēs grauiſſima cer-
nitꝰ vrgere tēptacō. et tribulacio ve-
hemens imminere: inuoca cuſtodē
tuum. rectorem tuum. adiutorem tu-
um in oportunitatibus tuis. In tri-
bulacione enim tecum eſt: neqꝫ dor-
mitat neqꝫ dormit. et ſi quandoqꝫ
ad tempus diſſimulat. Mathi. xviij.

Amē dico vobis: ꝙ angeli eoꝝ .i. puſillorum ſemꝑ vidēt faciē pr̄is mei q̄ i celis eſt. Glō. ieroni. ibidē. Magna dignitas animarum: ut vnaqueqꝫ hēat ab ortu natiuitatis in cuſtodia ſui angelū deputatū. Mgr̄ in ſentēcijs li. 2°. ca. 11. greḡ. ait. ꝙ quiſqꝫ vnū bonū āgelū hꝫ ſibi ad cuſtodiā deputatū. et vnū malū ad exerciciū. Cū em̄ oēs angeli boni noſtꝝ bonū velint. cōit' qꝫ ſaluti oīm ſtudeāt: ille tn̄ qui deputatus eſt alicui ad cuſtodiā ſpecialiter hortat̄ ad bonū: ſic legit̄ de angelo thobie. et de āgelo petri i actib⁹ apl'oꝝ. Similit̄ et mali āgeli cū deſiderēt malū hoīm: magis tn̄ hoīeꝫ īcitat ad malū. et ad nocēdū forci⁹ īſtat ille qui ad exerciciū ei⁹ deputatus eſt. Oriḡ. Agūt angeli diē feſtū letātes ſup hijs: q̄ refugiētes cōſorcia demonū p exercitia v̄tutū āgelicis feſtināt ſe ſociare cōſorcijs. Luc. 15. Dico vobis: gaudiū erit angelis dei ſup vno peccatoē pn̄iam agente. Ad heb. 2. Nōne oēs ſunt adminiſtratorij ſpūs: in miniſteriū miſſi ꝑpter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutis? Glō. ibid. Intellige igit̄ quātus hōr nobis exiſtit: ut ad nos ſicut ad ciues miniſtros angelos ſuos deſtinet de⁹. Quāuis em̄ multū ſit int̄ angelos et hoīes: ꝑpinq̄s tn̄ nobis eos fecit: ꝙ noſtre ſaluti ſtudēt: ꝑpē [nos] diſcurrūt: nobis ſuo fungūtur officio. Hoc eſt op⁹ angelicū. angelice functiōis officiū: ut ōia fiant ꝑ ſalute ꝑriorum. Magis autē hoc eſt op⁹ xp̄i: ꝙ angelis nobis ſupioibꝫ precepit ad noſtram ſalutē ſuū exhibere miniſteriū. Bernard⁹. Angelis ſuis mādauit de te. O quātā tibi debet hoc verbum īferre reuerenciam: afferre deuocōnem: conferre fiduciam. Pro p̄ſencia reuerenciam: Pro beniuolēcia deuocōnem: Pro cuſtodia fiduciam. Caute ergo ambula: vbiqꝫ ſūt angeli ut cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In quouis diuerſorio. in quouis angulo reuerenciam exhibe tuo āgelo: ne audeas illo preſente quod me vidēte non auderes. Aſſunt ergo tibi: non modo preſentes tecum: ſed pro te. Aſſunt ut protegant: aſſunt ut proſint. Hec autē placent eis que i nobis inuenire delectāt: ut ē ſobrietas. caſtitas. paupertas voluntaria. crebri in celum gemitus: et ſup hec ōia veritas et pacē a nobis exigunt.

## De remedio tēptacōnum in generali. Ca. 12.

Salomon prouer. 3°. Fruſtra iacitur rethe ante oculos pēnatorum. Auguſt. Pēnati ſunt viri ſpirituales qui alis gemine caritatis ſurſum feruntur: terrena deſpiciunt: quibus omnis ſarcina mandatorum leuis eſt. qui in omnibus inſtituti ſunt: ut cū apoſtolo dicant Non ignoramus cogitationes eius. Hos qui audierit: non capitur laqueo inſidiancium. Prouerbioꝝ. iij. Fili ne ſis ſapiens apud temetipſum. Cuſtodi cōſiliuꝫ: et erit vita anime tue. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua: et pes tuus non impinget. Eccleſiaſ. 11°. Non oēm hominē ducas i domum tuam: multe enim ſūt inſidie doloſi. Attende tibi a peſtifero: fabricat ei

em̄ mala· Fili ne in multis ſint actꝰ
tui:et ſi diues fueris:non eris immu
nis a pcc̄o, Eccle·iij· Fili in mãſuetu
dine opa tua pfice. Quãto magnus
es humilia te in oībus:ꝛ corã deo in
uenies graciã· Altiora te ne queſie
ris.et fortiora te ne ſcrutatus fueris:
ſed que p̄cepit tibi deus illa cogita
ſemp:ꝛ in opibus eius pluribꝫ ne fu
eris curioſus· Nõ eſt em̄ tibi nc̄cari
um:ea que abſcõdita ſūt videre ocu
lis tuis In ſupuacuis rebꝫ noli ſcru
tari multipliciť· Multos em̄ ſupplã
tauit ſuſpitio eoꝝ:et in vanitate de
tinuit ſenſus illoꝝ · Cor durū male
habebit in nouiſſimo:et qui amat pe
riculum pibit in illo, Eccle· vi· In mľ
titudine p̄ſbiterorū prudētiū ſta·et
ſapiencie eorū ex corde coniūgere:ut
omnē narracionē dei poſſis audire. Ibid
A· Humilia valde ſpm̄ tuū:qm̄ vin
dicta carnis impij ignis et vermis. Ibid.
3A· Cum viro ſcō aſſiduus eſto:quē
cūqꝫ ɔgnoueris obſeruãtē timorem
dei.cuiꝰ anima ē ſcd̄m animã tuã· Cor
boni cōſilij ſtatue tecū:non ē em̄ tibi
aliquid plus illo, Eccle·iiij· Preſbite
ro humilia animã tuã:et magnato
humilia caput tuū. Noli reſiſtere cō
tra faciē potētis:nec coneris contra
ictū fluuij. Noli citatꝰ eſſe in lingua
tua:et inutilis et remiſſus in opibꝫ
tuis/28· Flagelli plaga liuorē facit:
plaga lingue cōminuet oſſa· Sepi
aures tuas ſpinis:et noli audire li
guam neq̄ꝫ:ꝛ ori tuo facito hoſtia ꝛ
ſeras auribus tuis, Eccle·x· Si ſpi
ritus ptãtem hn̄tis aſcendit ſup te:
locum tuū ne dimiſeris, Eccle·33· In
omnibꝫ opibus tuis p̄celles eſto:ne

dederis maculam in gloriã tuã· Con
tra malū bonū.et cōtra vitã mors:
ſic cōtra virū iuſtū pcc̄or,et ſic intu
ere in oīa opa altiſſimi· Duo contra
duo:vnū cōtra vnū, Augꝰ· Tempta
tus ē dn̄s a diabolo:quō ipe repulit
temptacionē docuit milite pugnare.
Attēde quid ille reſpondit:ꝛ qn̄ tibi
talis temptacio aduenerit dic illud
tu:ſemp videlicet ſibi ɔtiſtēdo p ſcrip
turam ſicut ipe fecit· Si aduſarius
te temptat de appetitu honoris:cogi
ta,quid ſupbis tra et cinis· Si de ap
petitu diuiciaꝝ:cogita,nudus egreſ
ſus ſū de vtero matris mee:ꝛc̄· Si
de appetitu deliciaꝝ reſpōde,caro et
ſanguis regnū di nō poſſ. Et ſic de a
lijs quibuſcūqꝫ īpugnamur:ſemper
vtamur clipeo ſacre ſcripture ad de
fenſionē nrãm, greg· Dn̄s in oībus
temptacōibus ſuis vſus ē autorita
tibus ſcripture.ad nos informandū:
ut q̊ciens a prauis hoībus aliquid
patimur.magis ad doctrinã q̄m ad
vindictã excitemur, bnardꝰ · Fr̄es
ſi modo preſentes videremus adam
in eo articulo poſitum aſcendētibus
cogitacōnibus in cor eius et p̄ceptū
creatoris: Nōne clamareꝰ aduſus
eū dicentes·caue tibi miſer.vide ne
feceris.ſeducta eſt mulier.nō acqui
eſcas ei· Ut quid ergo quociens ap
p̄hēdit nos temptacō ſimilis nō pſua
demꝰ nobiſipſis: Augꝰ· Nullū meli
us negotiū eſt in tribulacōne.q̄ re
cedere ab eo ſtrepitu qui foris ē.et
ire in interiora mētis ſecretaria:ibi
qꝫ deū inuocare vbi nemo videt ge
mentē et ſubuenietē:humiliare ſeip
ſum in confeſſione pcc̄i:magnificare

et laudaꝛe deū:et corripiētē ⁊ ꝯſolātē.
Quis eñ ē q̄ pugnˀt et n̄ vincitˀ.n̄ qui
dicitˀ.Infelix hō.q̄s me liberabit:gr̄a
dei ꝑ ihm xp̄m.Glō·ibid.dicit ſe gr̄a
liberatū:ne q̄s torpeat ſecur⁹ q̄ꝛ pec-
catū n̄ vltra noceatˀ·q̄ꝛ n̄ gr̄a mãſe-
rit.pc̄m iterū occupat·Ex vitis pa-
trū.dixit ſenioꝛ frī turbato ꝓpt ne-
gligēcias et tēptacōēs.q̄s ī ſolitudi
ne paciebatˀ·Tu ſede in cella tua:et
fac qᵈ potes ſn̄ ꝑturbacōē·Et ſi na-
ta fueit tibi aliq̄ tribulacō.noli deſere
re locū:ſꝫ crede in deo q̄ mittet gr̄am
ſuā:et ipſe erit tibi ꝯſolatio ſi ī veri-
tate eū rogaueris·Itē Queſiuit ali-
q̄n fratˀ ſeniorē dicēs·Quid facē dꝫ
homo in oī tēptatiōe:Rndit ſenioꝛ·
Flere dꝫ in ꝯſpectu dn̄e bonitatis:
nemo eñ ſibiipſi ſufficit.Gerſon Ad-
uerſus cunctas illaq̄antes tēptatio-
nes inimici q̄ certe ſūt innūabiles·
nō michi vnū generale remediū repitˀ.
vti btō āthonio reuelatū extititˀ·vt q̄s
viꝫ ꝓfundā ſp̄ hēat hūilitatē.et af-
fectione ſincera puroqꝫ corde ſuā to-
tā ſpē in dei ac ſc̄oꝝ auxiliū ſtatu-
atq̄ꝫ ſe facilitˀ poſſe.eē dei gr̄az ſen-
ciat ꝑmaximā.Nichilominꝰ tamen
ſuū ſēp debitū faciat apud deum.et
obſeruãciam mandatorū eiꝰ:predi
cte innitēdo ſpei·Nā ſic firmitˀ credi-
mꝰ hoīem ſola dei ſaluaˀi mīa:ita eā
ſumopē venerari·diligē·cariꝯ̄dere
qꝫ debem⁹.Verū michil ita inſtruere
hoīem p̄t in tā varia tēptacōnū per-
plexitate ſicˀ gr̄a dei:q̄ ꝑ deuotā ora-
cōem in ꝓfunda hūilitate atqꝫ ꝯtri
cōe cordis fuſam acq̄ritˀ·Itē q̄dā Ta-
ta ſūt intˀ ſe cuncte tēptationes dif
formitate diſpaˀes et aduˀſe:ut ſi nlˀ

la doctrina ſenſatū hoīem imbuetꝫ:
nichilominꝰ ipſa ꝯfuſibilis altˀnan-
cium impulſuū varietas ſatis ſup
qꝫ ſufficeret vniuerſas machinaci-
ones elidere·An nō ad oculū cernim⁹
q̄uo in vna hora ꝯtrarijs ſuaſioni-
bus q̄n̄qꝫ fatigamurˀ.q̄ vtiqꝫ ſilˀ vere
neq̄q̄ eē p̄ntˀ·Exēplū claꝝ de hēſibꝫ
hēm⁹ aug⁹·teſte:q̄ mirabili altˀcaci-
one fidē ſc̄am aſtruūt licꝫ neſciētes:
nec vnq̄ī intˀ ſe ꝯcordiā hūere.Arri⁹·
trinitatē ꝓſcōãꝫ.cōn̄ ſabelliū vſqꝫ ad
mortē defenſatˀ·Econ̄ ſabelli⁹ vnita-
tē ꝟinitatis affirmat:et vterqꝫ hēti-
cā ꝑuitatē cōtumaciter retētat·Ta-
ceat eccl̄ia ſi vult:⁊ inimici ei⁹ ſacramēta
fidei ſue cōprobabunt·Ita tēptatio-
nes recte ſi attendim⁹ ſe mutuo cō-
fundūtˀ·q̄ſi nullo fundamēto ſubſi-
ſtētes·Tēptatio eñ infidelitatis de-
ſperationē expellit et econ̄·Qui eñ
credit ſcripture ſacᵉ nō p̄t deſperaˀe:
et q̄ temptatˀ de deſperatiōe.oīo non
p̄t eē incredul⁹·Si eñ neqꝫ gaudi-
a celi neqꝫ penas inferni eē credit:q̄-
modo de illis tēptabitˀ·Sic tēptacō
inuidēcie expellit tēptacōnē vane le-
ticie:tenacitatis ꝓdigalitatem·ire
blãdicias.et econ̄:⁊ ſic de alijs.Meri-
to igitˀ negociū tēptatiōis ī tēbris ꝑ-
ambulaˀe dˀr:qᵈ nulla ex pte verita-
tis luce ꝑfunditˀ:ſꝫ totum velut mē-
doſa falſitate pagitur·

Contra temptacōem infidelita-
tis· Ca·1o·

Abacuck·Iuſt⁹ in fide ſua
viuet.Oſee·2·Sp̄oſabo te
mī ī fide·Ecc̄i·1·ſapia ⁊ diſci-
plia dn̄i ⁊ bn̄placitū ē illi fides ⁊ mã-
ſuetudo.Heb·11·Sine fide īpoſſibile

eſt placere deo· Criſ· Sāꝑ fidē vi-
cerūt regna:opati ſūt iuſticiā ac̄· glō
ſup illud eph̄· vi· In oībꝫ ſumentes
ſcutū fidei in quo poſſitis oīa tela ne
quiſſimi ignea extinguere· Fides ē
rerum quas non videmus:que exci
pit inimicorū tela et repellit tanq̄m
ſcutum· Sicut em̄ ſcutum ꝓtendit
ante oīa arma et ſub illo tuta ſunt:
ſic fides ꝓtegit iuſticiam que interi-
ora tranſfigi non ſinit· Hanc fidem
prius impugnat dyabol9 velut ſcu-
tum· Vn̄ v̄ſus· Prima petit campū
dubia ſub ſorte duelli· pugnatuā fi-
des ac̄· Aug9· Nulle maiores diui-
cie.nulli theſauri.nulli honores.nul
la hui9 mūdi maior eſt ſubſtancia
q̄ eſt fides catholica:que peccatoēs
homines ſaluat.cecos illuminat.in
firmos curat.cathecuminos bapti-
zat.fideles iuſtificat.penitētes repa
rat.iuſtos viuificat.martires coro-
nat.virgines et viduas ⁊ coniuga
les caſto pudore cōſeruat.clericos or
dinat.ſacerdotes cōſecrat:ſaluādos
in hereditate eterna cum ſanctis an
gelis collocat· Si ergo dicis.credo:
fac quod dicis:et fides eſt· Ambro9.
Aufer argumenta:vbi fides querit
iam dyaletica taceat:piſcatoribus
creditur non dyaleticis· Et iteꝝ· Ci
to fides iexercitata lāgueſcit:et cre
bris ocioſa tēptatur incōmodis:re
miſſas excubias callid9 inſidiator
irrūpit:aſſuetū āt bello lupū heſter-
na fraus inſtruit.et gloioſe ꝓuehit
palma victoie;pax ergo fidei.corrup
tele materia eſt· Gregori9· Diuina
opacō ſi racōne apprehēdit nō ē ad
mirabilis:nec fides habet meitū cui

humana racō p̄bet expimētū· Criſ.
Sicut ſemp diſcere ſignū eſt nūq̄
poſſe pficere:ſic teſtimoniū ſemp q̄-
rere ſignū ē nūq̄ velle credere· Tal
eſt natura fidei:q̄to magis vetatur
tāto magis accenditur,Virtus fidei
in piculis ſecura ē.ſecuritate piclita
tur· Quid em̄ ſic laxat vigorē fidei:
ſicut longa tranquillitas? Bernar-
dus· Qualis ſit cuiuſcūqꝫ fides.tri-
bulacō ꝓbat· Fides granū ſinapis
ē:quod quāto plus teritur tāto pl9
ardet, Richardus· Vtinā attēderēt
iudei.vtinā aīaduerterēt pagani:cū
quanta conſcie ſecuritate ꝓ hac pte
ad diuinū iudiciū poterimus accedē.
Nōne cū oī ꝯfidēcia d̄o dicē poterim9:
dn̄e ſi error ē.a teipſo decepti ſu9. Nā
iſta in nobis tantis ſignis et ꝓdigi
is cōfirmata ſunt:et talibus q̄ non
niſi p te fieri pn̄t· Certe ⁊ a ſūme ſci
tatis viris ſunt nobis tradita:et cū
ſūma et autētica atteſtacōne ꝓba-
ta:teipſo coopante et ſermonē confir
māte ſequētibus ſignis,Hinc ē vtiqꝫ.
q̄ pfcē fideles patioēs ſūt mori pro
fide:q̄ fidem abnegarē· Nichil em̄ ꝓ
culdubio firmi9 tenetur:q̄ quod cō-
ſtanti fide apprehēdit· Thomas· Fi-
delis nō crederet.niſi videret ea eſſe
credēda vel ꝓpter euidēciam ſignoꝝ
vel ex auctoritate diuine doctrine:et
q̊ plus eſt.ex interiori inſtinctu dei
mouētis mentē hominis· Fides em̄
eſt donū diuinū ſupnaturalr̄ homi-
ni infuſum:ad credendum illa quoꝝ
viſione in vita eterna pfruemur.et
p que ducimur in illam· Hinc ē q̄ fi
dei nō p̄t ſubeſſe falſū:q̄ innititr̄ p̄me
veritati Et ergo qui diſcredit vnum

articulū ꝑtinaciter: nō ē fidelis ⁊c.
Contra temptacōez deſperacōis. Capitulum
Ezechiel. Viuo ego dicit do
minꝰ nolo mortē impij: ſed
ut cōuertatur a via ſua et
viuat. Et quare moriemini domꝰ
iſrahel. Nūqd voluntatis mee ē mors
impij dꝛ dn̄s: ⁊ nō magis vt ꝯuertat̄ et
viuat. Si autē ſe impiꝰ a via ſua
mala ⁊ egerit pn̄iaz ⁊ cuſtodierit oīa
ꝑcepta mea: vita viuet et nō moriet̄.
Oīm iniq̄tatū eiꝰ q̄s operatꝰ ē nō recor
dabor. Prouerbiorum 20. Doctrina ſapie aīe tue
dulceſcat: quā cū inueneris. hēbis in
nouiſſimis ſpē: ⁊ ſpes tua nō ꝑibit.
Ne inſidieris ⁊ q̄ras impietatē ī do
mo iuſti: neq3 vaſtes reqēz eiꝰ. Sep
cies eīm cadit iuſtꝰ ⁊ reſurgit. Job. 5.
In ſex tribulacōibꝰ liberabit te: et in
ſeptima non tanget te malū. 5°. Eciā ſi
occiderit me: ſperabo in eū. Prouerbiorum 16. Be
atus ē q̄ ſperat in dn̄o. Eccli. 20. Nul
lꝰ ſperauit in illū et cōfuſus ē. Quis
inuocauit illū et deſpexit eū: Qm̄ pi
us et miſericors eſt. Qui timetis dn̄m
ſpate in illū: ſuſtinete miam̄ eiꝰ: ⁊ nō
deflectatis ab illo ne cadatis. Pſ. Be
neplacitū ē dn̄o ſup timētibꝰ eū: et ī
hijs q̄ ſperāt ſup mia eiꝰ. Miſerati
ones eiꝰ ſup oīa opa eiꝰ. Ad heb. 6.
Fortiſſimū ſolaciū hēamꝰ q̄ confu
gimꝰ ad tenendā ꝓpoſitā ſpem: quā
ſicut anchorā aīe hēmꝰ tutā ac fir
mā. Glo. ibidē. Sicut eīm āchora na
uem. ſic ſpes tenet aīam ne mergā
tur in ſalo huiꝰ mundi ꝯſenciēdo ini
q̄tati: et ut nō longe a terra ꝓiciatur ⁊
circūducat̄ ōni vento doctrine. Noli
abrūpi ab anchora: anq̄ intres in por
tū. Impoſſibile eīm eſt mētiri deū. qui
per iuramentū repromiſit in procel
lis temptacōnum ſuccurrere ac lō
ganimit̄ expectantes remunerare.
Ad rō. 5. Spes non confundit. glo
ſa. que eſt ī dō q̄ non fallit nec fallēpt:
cōſtat ergo eam eē implendā. Ma
giſter. Spes eſt certa expectacō fu
ture btitudinis: ex gracia et merito
ꝓueniens. Prima Joh. 2. Filioli. hec ſcribo
vobis: vt non peccetis. Sz et ſi quis
peccauerit: aduocatum habemꝰ apd
patrem iuſtum: et ipſe eſt ꝓpiciatio
pro peccatis. Non pro nr̄is tm̄: ſed
eciam ꝓ totius mundi. Augꝰ. Qui ſi
bi quod habet tribuit. nōdum habet
ſpem. Qui aūt ſpem non habz: ad rē
nō poteſt ꝑuenire. Nemo deſperet:
latro agnouit. petrus negauit. in pe
tro demōſtratur quēq̄ iuſtum non
debere de ſe ꝑſumere: in latrone nul
lum impiū conuſum debere diffidere.
Timeat ergo bonꝰ ne pereat per ſu
perbiam: et malus non deſperet per
multam maliciam. Judam tradito
rem nō tam ſcelus quod cōmiſit: q̄
indulgencie deſperacō fecit penitu
terire. Jero. Omne opꝰ leue fieri ſolet
cum eius precium cogitatur: ⁊ ſpes
premij ſolacium ſit laboris. Bern
hardꝰ. Tu es domine ſpes mea: qd
quid agendum. quicquid declinan
dum. quicquid tolerādum. quicquid
optādum: tu es dn̄e ſpes mea. Hec
vna videt̄ oīm ꝓmiſſionū cauſa: hec
tota racō mee expectacōis. Pretēdit al
ter meritū. ſuſtinere ſe iactat pōdus
diei et eſtus: ieiunet bis in ſabbato
⁊c. michi autem adherere deo bo
num eſt. ponē in dn̄o deo ſpem meā.
Si in ꝑmia ꝓmittūt̄ ꝑ te obtinēda

ſperabo. ſi īſurgūt aduerſū me p̄lia. ſi ſeuiat mundus. ſi fremat maligꝰnus. ſi caro adūſus ſpm̄ ꝯcupiſcat: in te ego ſperabo. et in deo meo trāſgrediar murum. Pſal. Dominus illuminacō mea ꝛc̄.

Cōtra tēptacōes blaſſfeie. ca. 16.

Sapiencie p̄mo. Sentite de domino in bonitate ꝛ ſimplicitate cordis querite illū. qm̄ inuenit̄ ab hys qui nō tēptāt illū: apparet aūt eis qui fidem habent in illum. Peruſe em̄ cogitacōnes ſepant a deo: probata aūt virtus corripit inſipiētes. Eccleſi. 39. Obaudite me diuini et c̄. Benedicite dominū in opibus ſuis. ꝛc̄. Et ſic dicetis in confeſſione. Opera domini vniuerſa bona valde. non ē dicere quid ē in hoc. aut quid ē in illud. Omnia em̄ in tp̄e ſuo q̄rēt̄: oia ſcis in bona: ſic et ipijs et pctoribus in mala ꝯuertētur. Oia opa dn̄i bonacet omne opus hora ſua ſubminiſtrabit: nō ē dicere hoc illo nequius ē. Oia em̄ in tp̄e ſuo ꝯprobabūtur. Eccle. 7. q̄d nc̄e ē hoī maiora ſe q̄rēr: cū ignoēt q̄d ꝯducat ſibi ī vita ſua q̄ velut ūbra p̄tijt: Hoc iueni. q2 fecit deus hoīē rectum. ꝛ ipſe ſe infinitis miſcuerit queſtionibꝫ. Curioſitas ē ſupflua inueſtigacō rez ad nos nō ptinētiū. ut dt albertus ſup illd ioh. Sic eū volo manere. pu. 27. Sicut qui mel comedit multū nō ē ei bonū: ſic qui pſcrutator eſt maieſtatis opprimetur a gl̃a. Eccle. v. Nec temē q̄d loquaris: neqꝫ cor tuum ſit velox ad pferēdū ſermonē corā deo. Deus em̄ in celo. ꝛ tu ſup terrā: idcirco ſint pauci ſermones tui. Ad rō. xij. Dico omnibus qui ſunt inter vos. nō plꝰ ſape q̄ꝫ oportet ſape: ſed ſapere ad ſobrietatem: et vnicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſurā fidei. Et romanos xi. Noli altum ſapere ſed time. Glō. deꝰ bonitate ſuadet. ſeueritate terret: vtrūqꝫ aduerte: et per vtrumqꝫ diſce humiliari. O altitudo diuiciaꝝ ſapiencie et ſciencie dei: q̄m incōprehenſibilia ſunt iudicia eius: et inueſtigabiles vie eius. Gloſa. Aplūs expaueſcens abiſſi altitudinem. quā videlicet permiſit concludi omnia ſub pctō deus: exclamat et ſe neſcire innuit. Scio q̄ ſicut īpoſſibilitas. ita et iniquitas nō ē apud deū. Et ſcio q̄ ſupbis reſiſtit: et humilibus dat graciam. Greg. Ad ſe mens in pauſſione redeat. et quod apprehendere non valꝫ non requirat. ne ſi diuine ire cauſa diſcutitur amplius diſcuſſa puocetur: et quam placare hūilitas poterat. inextinguibiliter ſupbia accendat. Jeronimꝰ. O homo qui terra et cinis es. audes deo facere q̄ſtionem: Et nō ſilencio conticeſſe. et ſcito fragilitatem tuā: et non dō moueas queſtionem qui fecit q̄d voluit: ut in alios clemēs in alios ſeuerus exiſteret. Auguſtinus. O homo fingeris a deo: ꝛ ideo nequis aduerſus deū cauſari quare fecit te ſic vel non ſic. Si em̄ pecus loqui poſſet et diceret deo. quare pecudem me feciſti cū iſtum feceris hominem: nōne iuſte ſuccēſeres et diceres. o pecus tu q̄s es qui reſpondeas deo: Pcz quantū ad ſalutem ſpectat. ſcito q̄ neīnē cogit deꝰ peccare: ſꝫ omēs hoīes vult ſaluos fieri. Conq̄rit̄ ec̄ ſepe de hoībꝫ

sic ꝑ innūa apparꝫ sac⁹ scriptue̅ loca: ꝙ nolūt credē ⁊ recte viuē, qre āt il-
lū libēt et n̄ illū· nolo ut a me q̄ras·
Hō sū. ꝓfund' ill' nis eē adiuto: n̄ pe-
netro· expauesco· n̄ scrutor· Cōstat
ꝙ null⁹ liberat n̄ ḡtuita ⁊ indebita
mīa: ⁊ null⁹ dāpnat nisi eq̄ssiā iusti-
cia. Miseret magr̄ bonitate. ⁊ obdurat
nulla iniq̄tate: ut nec liberāt⁹ de suis
meritis gloiet ꝫ adiutū se ḡtis agno-
scat: nec dāpnat⁹ n̄ de suis meritis cō-
q̄rat. Ille misericordit de eādē massa
dānata eripit: ille iuste in eād' relin-
q̄tur. Gerson· Cū cogitacō horrenda
blasphēie ip̄ortuē occurrit· n̄ treat
nec tristet hō tīorat⁹. q᷑ ab īimico ē
ut a seruicō dei retrahat ꝗ tediū vel
desꝑacōnē inducat· ꝫ velut latratus
canū eā cōtēpnat· nec necesse est in
ꝑticulari eā confiteri· ꝫ in generali·
Quāto em̄ minus curatur: tāto citi-
us euanescit· Quidam frat ī hēmo
sustinuit eā tn̄· xx· annis. Scūs hu-
go· xl· Et ita de quibusdā alijs legit.
Sꝫ hoc est diuinus ita ꝑmissum: ꝓp-
ter magnam ipsoꝝ sanctitatē. ⁊c·
Si non patimur hoc: tūc aliq̄d ali-
ud· Sn̄ exercicō n̄ erūt elā dei·

Cōtra tēptacōēs imprudēcie p̄ci-
pitacōnis ⁊c· Cā· 1Λ·

I

Ob· xij· In antiq̄s est sapi-
encia: et in multo tempore
prudencia, puer· 2Λ· Quo-
modo resplēdent in aquis vultus ꝓ-
spicienciū: sic corda hominū mani-
festa sunt prudētibus· Quidā· Con-
sideret q̄libet naturam suam ad q̄s
virtutes sit magis apta. ⁊ illas ex-
erceat: ne illam indiscrete frangen-
do destituat· Caueat simpliciter de

occasionibus vicioꝝ: ad que naturā
est prior· Siquidē p̄ciosa rum vir-
tutum subiectum fragilis naturā
cōstituta est dicente apostolo: habe-
mus thesauꝝ istum in vasis fictili-
bus· Sicut ergo vili cadente parie-
te pulcherrimus color deperit: sic na-
tura indiscrete succumbente omnis
armonia virtutū dissoluitur. Dixit q̄-
dam notabile verbum. Vna feruida
anima deberet bn̄ decē corpa destru-
re, puer· 19· Custos prudēcie inueni-
et bona, puer· ij· Prudencia serua-
bit te: ut eruaris a via mali, puerb·
·9· Scīa scōrum prudēcia· Aug⁹·
Vbicūqꝫ fuerit prudēcia, frustrātur
vniūsa contraria. Vbi autē pruden-
cia negligitur. ōnia ꝯtraria dn̄ant,
puer· 28· Sapiens sibi videtur vir
diues: paup autem prudens scruta-
bit eū, puer· 18· Qui paciēs ē. multa
gubernatur prudencia, puer· x· Qui
moderat labia sua prudētissim⁹ est.
Ecci· 32· Sine consilio michil facias:
et post factum non penitebis, puer·
·8· Ego sapīa habito in consilio, pro-
uer· xi· Vbi non est gubernator po-
pul⁹ corruet: salus autem vbi mul-
ta consilia· August⁹· Cum viderim⁹
aliquē seruum dei ꝓuidere ne ista
necessaria sibi desint· non iudicem⁹
eum de crastino sollicitum esse: nam
et ipse dn̄s ꝓpter exemplum loculos
hrē dignatus est· Et in actib⁹ scrip-
tum legim⁹. ea que ad victū sunt ne-
cessaria ꝓuiāta eē ī futurꝫ: ꝓpter im-
minētē famē, Cris· Hoc familiare
apud scōs eē solet ut nedum de spi-
ritualib⁹ ꝫ eciam de carnalibꝫ solli-
citi sint. ꝑ ꝙ v̄tutis ordo reqrit. Vn̄ et

helizeus mulieri dixit. Vis ut loquar
pro te principi milicie. Et apoſtolus
ait. Si quis ſuorum et maxime do
meſticorum curam non habet: fidem
negauit et eſt infideli deterior. Glo.
Dominus ipſe inſinuans quod a pijs
filijs cura impendenda eſt parenti-
bus. de ſeipſo exemplum conſtituit:
quando de cruce matrem iohanni com-
mendauit. et alterū pro ſe quodammo-
do ei filium prouidit. Thomas. Ex lu
mine racionis dependet tota claritas
et pulchritudo virtutis. Mathei. x. E
ſtote prudentes ſicut ſerpentes: et sim
plices ſicut columbe. Luce. xij. Quis
putas eſt fidelis diſpenſator et pru
dens. quem conſtituit dominus ſuper
familiā ſuā. j. thi. 3 Oportet epiſcopum
prudentē eſſe &c. Eccle. x. Vir ſapiēs
et diſciplinatus nō murmurabit cor-
reptus. ſcit namqz quod in multis offen-
dimus omnes: et quod incerte ſint pro
uidencie noſtre. Boecius. Prudencia
nedū que in conſpectu ſunt hec verū
fines metitur. Jeronimus. Omnes ſumus
in minimis cauti: in maximis negligē-
tes. hoc itaqz fit: quia vbi vera vita ſit
ignoramus. Pe. ra. Quanto maiora
timentur eſſe diſpendia: tanto promptī-
or et perfectior debet eſſe cautela. Ba-
ruch. 3. Diſce vbi ſit prudencia et lu
men oculorum &c. Et quoniam non habue-
runt ſapienciā: perierunt propter ſuā in
ſipienciā. Hugo Prudens ab omnibz
quod ſibi deeſt querit: nec quantū ſciat ſed
quantū ignorat conſiderat. Greg. Se-
pe dū noſmetipſos plus iuſto diſcu-
timus. de ipſo diſcrecionis ſtudio indi-
ſcreci erramus: et mentis noſtre acies
quo plus cernere nititur obſcuratur: quia qui
importune ſolis radios aſpicit tene-
breſcit. Prouerbiorum. 23. Prudencie tue pone mo
dū. Criſo. Tucius eſt cordas remitti
intenſius quam protendi. Remiſſarum namqz
intenſio artificis pericia conualeſcit:
ſed que ſemel rupta eſt nullo artifi
cio reparatur. Yſidorus Quicquid boni
cum diſcrecione feceris virtus eſt: quicquid
boni ſine diſcrecione geſſeris viciū eſt.
Virtus enim indiſcreta pro vicio deputatur
Abbas moy. Omni conatu debz diſcrecio-
nis bonū virtute humilitatis acquiri: que
nos illeſos ab vtraqz parte nimietate
ſeruare. Philoſophus 3. poli. Ad bonum vi-
rum pertinet. poſſe bene principari et
bene ſubici. Seneca. Qui neſcit ſer
uire: neſcit regnare.

¶ Contra temptacionem iniquita-
tis aut iniuſticie Ca. 18

Iſaias. Cuſtodite iudicium
et facite iuſticiam: quia iuxta
eſt ſalus mea ut veniat: et iuſticia
mea ut reueletur. Beatus vir qui
facit hoc: et filius hominis qui appre
hēdit iſtud. Prouerbiorum. 28. Viri mali nō co-
gitant iudicium: qui autē requirūt
dominum animaduertunt omnia.
Mathei. v. Beati qui eſuriunt et ſiti
unt iuſticiā: quoniam ipſi ſaturabuntur. Bernardus Nū
quam iuſtus arbitratur ſe comprehēdiſſe.
nunquam dicit ſatis eſt: ſed ſemper eſurit ſititqz iu-
ſticiā: ita ut ſi ſemper viueret ſemper quantū in ſe
eſt iuſtior eſſe contenderet. Pſalmus. c. v. Beati
qui cuſtodiūt iudiciū et faciūt iuſticiā
in omni tempore. Prouerbiorum. 16. Iniciū vite bone facere
iuſticiā: et que recta loquitur diriget. Abhomi
nabiles regi qui agunt impie: quo-
niam iuſticia firmatur ſolium. Me
lius eſt parum cum iuſticia: quam mul-
ti fructus cū iniquitate. Mathei. 6.

Querite regnū dei ⁊ iuſticiam eius.
Rō. vi. Exhibete membra veſtra ſer-
uire iuſticie in ſanctificacōem, p̄. io-
han. iij. Qui facit iuſticiā ex deo eſt.
Sapie. x. Juſtus ſi morte p̄occu-
patus fuerit in refrigerio erit, v. Ju-
ſti in ppetuum viuēt, io. Juſtum de-
duxit dn̄s p vias rectas, puer. xx.
Sepcies in die cadit iuſt9. Eccias.
19. Et eſt iuſtus qui ſe nimiū ſub-
mittit a multa humilitate. et eſt iu-
ſtus qui inclinat faciem et fingit ſe
non videre q̄d ignoratum eſt. Eccia-
ſtes. A. Non eſt homo iuſtus in ter-
ra qui faciat bonū et non peccet. No-
li eē iuſtus multum. neq3 plus ſapi-
as q̄ nc̄e eſt, Aug9. Nimia iuſtici-
a incurrit peccatum. tēpata iuſticia
facit pfectos, ſalſitudinem correpcō-
nis amor proximi tēpet. et dilectio-
nem proximi ſal iuſticie condiat. Ju-
ſticia perfecta hec eſt qua pocius po-
ciora et min9 minora diligim9, An-
ſelm9. Juſticia ē animi libertas tri-
buens vnicuiq3 ſcdm ꝓpriam dignita-
tem. maiori reuerēciam. pari concor-
diam. minori diſciplinam. deo obe-
diēciam. ſibimet ſcīmoniam. inimi-
co paciām. egeno operoſam mīam.
Bernh. Juſticie eſt reddere vnicui-
q3 quod ſuū eſt. Tribue ergo tribus
que ſua ſunt. ſuperiori. equali. inferi-
ori. Redde reuerenciam prelato et
obedienciam. quoꝝ altera cordis al-
tera corpis eſt. Tribue equali ꝯſili-
um quo ignorācia erudiatur. et au-
xiliū quo infirmitas iuuetur. Tri-
bue ſubiecto cuſtodiā vt poſſit caue-
re peccatum. et diſciplinā vt q̄d mi-
n9 cauit ~~mīe~~ minime maneat impunitum. Ric-

har. Perfecta iuſticia iubet inimi-
cos diligere. parentes ꝓpriaq3 relin-
quere. illata mala pacienter ferre.
oblatam gloriam vbiq3 declinare.
Sed ab huius mundi amatorib9.
quid ſtulcius quid laborioſi9 repu-
tatur. Hinc eſt q̄ ab eis contēpla-
cio tantope deſideratur. iuſticia ab-
horretur. Ecci. p̄. Fili concupiſcēs ſapi-
enciam ſerua iuſticiā. et p̄bebit eā
dn̄s tibi, Tull. Juſticia virtutis ſplē-
dor eſt maxim9. ex qua viri boni no-
minantur. Jeronim9 Omnes virtu-
tum ſpecies vno iuſticie nomine cō-
tinentur. Homo deo ſuppoſitus iu-
ſticiam pcipit. cōpat9 amittit. quia
quiſquis ſe auctori bonoꝝ compat.
bono q̄d accepat ſe priuat, Greg.
Hūana iuſticia diuine iuſticie ꝯpata
iniuſticia ē. q2 lucerna in tēbris ful-
gē cernit. ſ3 in ſolis radijs poſita tē-
brat, yſaie. 6x. Quaſi pān9 menſtrua-
te vniūſe iuſticie nrē, Amb. Male
ſe rectū putat. q̄ regulā ſūme rōni-
dis ignorat. Juſticia ē q̄ nil alienū
vēdicat. que cuilibet dat q̄d ſuū eſt.
que negligit ꝓpriā vtilitatē vt ſuet
cōmunē eq̄tatē. Pria iuſticia in deū.
Scda in pxīam. Tercia in penteſ.
Qrta in ōnes tēdit. Greg. Sic nō
nūq̄ graui9 eſt pc̄m diligē q̄ perpe-
trare. ita nequi9 eſt odiſſe iuſticiam
q̄ non feciſſe. Qd̄ peccatorēs volup-
tatē eſtimāt hoc iuſti pcul dubio pē-
nā putāt. Juſt9 mirāda agit et ob-
ꝓbria recipit. vt qui exire foras p
laudes potuit. ēpulſus contumelijs
ad ſemetipſum redijt. et eo robuſti-
us intus ſe in deo ſolidat quo foris
non inuenit vbi requieſcat.

Jtem quidam ſup illud pu̇.28. Juſtus quaſi leo confidēs abſq̃ terrore erit. Juſticia ſublimis v̄tus ē et difficilime practicabilis: tum ex pte multiplicis ſcie que ad ipam requirit: tū eciā ex pte maxime fortitudinis, Unde ſcriptū ē eccle.4. Vſq̃ ad mortem certa ꝓ iuſticia. Teſte nāq̃ beato bernardo: paupertas et paciencia ꝑrequirūtur ad ipam. Ait em̄. Beatus eſt ille qui ad terreā nō curuatur, qui ad celeſtia totus erigitur. qui diuini voluntati humilit̄ ſubicit̄: cui9 mediū non exiēs ab extremis paupertate ⁊ paciēcia regulatur. Ob hanc tantam difficultatem imperfectis ſuadetur ut ad eam practicādā non facile accedāt: ſicut dicit̄ ecclesi. vij. Noli querere fieri iudex. niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimeſcas faciē potētis. et ponas ſcandalum in agilitate tua. Nota. qui abſq̃ magna prudencia et fortitudine iuſticiā exercere p̄ſumit: et ſe periculo et ipam cōtēptui exponit, pu̇.27. In loco magnatorum ne ſteteris. Vſq̃ adeo ē difficilit̄ practicabilis: ut eč ſci et pfā viri ſe ſubtrahāt q̄ſi nō ſibi cōfidētes. ut ad eā ſufficiāt. Qd̄ eciā apte in miſtris iuſticie appaēt: q̄ ꝓ mgna pte ſt̄ hoīes diſſolute vite. Pe. bleſ. Offitiū officialiū hodie ē iura cōfundē. lites ſuſcitare. trāſactiones reſcindē. dilacōes innectere: ſupprimē veritatē. inhiare actionibus. fouere mēdatiū. queſtū ſequi. etatē vendē. v̄ſucias ꝯtinuare. Caucius ergo agit qui ſe ad opera mīe. hūilitatis. et caritatis deponit: et ſublimia exercicia iuſticie illis dimittit qui ad ea ſufficiūt. Dixit q̄dā nōbile verbū: cū p̄dicare debēt ad ꝓuocādū populū in cauſa ecc̄ie cuiuſdam ut ꝓ ea cōſidēt̄ pugn̄ēt, Nolo: qr et ſi forte vna cauſa p̄t eſſe iuſtior altera in pn̄cipio tn̄ execucō ē oīo iniuſta: qn̄ illi affligūt̄ qui vtiq̃ intereſſe nō habent. Ali9 dixit, qr res male vadunt ideo ſecurius ē latere: q̄m ſe foris queſtioib̄z inmiſcere. Pe. ra. Nichil adeo gloſe lucet in iudice: ſicut amare ⁊ exhibere iuſticiam ſine omni accepcōne pſone. Teſte em̄ cicerone ꝓuerbialiter dicitur. Exuit pſonam iudicis: quiſquis amicū induit. Equitas cū iudex obſequitur: ſiniſtrā odij. vel amoris dextram neſcit. Nam talis debet eſſe iuris miniſter: ut i eius manū nullius auctoritate pſone. titubet aut vacill̄z libra iuſticie. Caſſi. Tam diu iudex dicit̄ q̄m diu et iuſtus putatur: quia nomen quod ab equitate ſumitur per ſupbiam non tenetur. Profeſſionē conſtat eſſe iuſticie legum pitos iudices ordinare: quia non facile erroris vicio ſordeſcit. quē doctrina purgauerit Non eſt heſitacōnis metus: vbi non eſt iudicis venalis audit9. Yſidorus. Grauius lacerātur pauperes a prauis iudicibus: q̄m a crudeliſſimis hoſtibus Nullus autem predo tam cupidus in alienis: q̄ iudex iniquus in ſuis. Sepe iudices praui cupiditatis cauſa aut differunt aut ꝑuertunt iuditium: nec finiunt cepta pūum negocia: quouſq̃ marſubia eorum qui cauſantur exhaurīant. Quando em̄ iudicant. non cauſam ſed dicta cōſiderāt: tūc

ſicut ſunt negligẽtes in diſcuſſione
cauſantiũ:ſic in eoꝝ dãpno ſollicitĩ
ſũt· Qui iuſticiã quã gratis impti
ri debuit acceptõe p̄cuniẽ vẽdit:frau-
de in deo ꝑpetrat qñ eciã recte iudi-
cat Seneca· Quiſq̃s iuſticiã ſectarĩ
deſideras:p̄us deũ time et ama vt a-
meris a deo· Amab᷑ em̃ deũ ſi ĩ hoc il-
lũ imitateris ut velis õib⁹ ꝓdeſſe:
nulli nocẽ· Et tũc te virũ iuſtũ ap-
pellabũt oẽs:ſequẽtur·venerabũtur·
diligẽt· Ita iuſticie regula tenẽda
ẽ.vt reuerẽcia diſcipline ei⁹ nec mi-
nima negligẽtie cõitate deſpcã vile-
ſcat:neq3 ſeueriori atrocitate dura-
ta grãm hũane amabilitatis amit-
tat· Ab alio expectes qd̾ alteri fece-
ris:p̄ſtabis pn̄tib3 pietatẽ·ꝯgnatis
dilcõem:pacẽ cũ õibus hẽbis·bellũ
cũ vicijs:p̄ſtabis amicis fidẽ õib3
eq̃tatẽ In oĩb3 diſcas ſeruẽ pietati.

## Cõtra tẽptacões puſillanimita-tis et p̄ſũpcõis· Ca·19·

Joſue·p̄·Cõfortare et eſto ro-
buſtus valde· Noli metuere ⁊
noli timere:q2 tecũ eſt dñs de⁹ tuus
in õibus ad quecũq3 p̄rexeris· To-
bie·7· Forti aĩo eſto· In p̄ximo ẽ
vt a deo cureris. Pũ·24· Vir ſapiẽs
fortis ẽ· Sap̄·x· Omniũ potẽtior ẽ
ſapiẽcia. Ps· Fortitudo mea et laus
mea dñs· Et iterũ· Auxiliũ meum
a dño:q̄ f͞c·et·terrã· Jere·22· Ma
ledict⁹ vir qui confidit in hoĩe.et po-
nit carnem brachiũ ſuum:⁊ a domi-
no recedit cor ei⁹. Joh·15· Qui manz
in me et ego ĩ eo hic fert fructum mĺ-
tum:quia ſine me nichil poteſtis fa-
cere· Phil·4· Ego didici in quib⁹ ſũ
ſufficiens eſſe Scio et humiliari:ſci-
o et habũdare· Vbiq3 et in omni-
bus inſtitutus ſũ:et ſaciari et eſu-
rire et habundare et penuriam pa-
ti· Omnia poſſum in eo qui me con-
fortat· Aug⁹· Qui vera virtute for-
tis eſt:nec temere audet nec incon-
ſulte timet· Eccli·27· Homo ſcũs
in ſapiẽcia manz ſicut ſol:nam ſtul-
tus ſicut luna mutatur· Ambroſi⁹·
Sapiens non metu frangitur·non
poteſtate mutatur·non attollitur
proſperis:non triſtibus mergitur·
Vbi enim ſapiẽcia:ibi virtus,ibi cõ-
ſtancia et fortitudo Sapiens ergo
idem eſt aĩo.non minuitur·nõ au-
getur reꝝ mutacõibus:nec ut par-
uulus fluctuat ut circũferatur om-
ni vento doctrine:ſ3 manet ꝑfectus·
in criſto fundatus·radicat⁹ in fide·
Siquidẽ in duobus gn̄ibus forti-
tudo ſpectatur animi· Primo vt ex-
teriora corpis ꝑ minimis hẽat:et q̄-
ſi ſuperflua deſpiciẽda magis q̄ ex-
petenda ducat· Scd̾o ut ea que
ſumma ſunt omneſq3 res in quib⁹ ẽ
honeſtas·preclara animi intentio-
ne vſq3 ad effectũ proſequat᷑· ij·cor·
vi· Exhibeamus noſmetipſos ſicut
dei miniſtros in multa paciã:per ar-
ma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris:ꝑ
gloriam et ignobilitatẽ·ꝑ infamiã
et bonam famã· Jeronĩ⁹· Juſticia for-
tis viri eſt nec aduerſis frangi nec ꝓ-
ſperis ſubleuari:ſed in vtroq3 eẽ mo-
deratũ· Per bonam famam ⁊ malã
a dextris et a ſiniſtris criſti miles
graditur:nec laude extollitur·nec
vituperatione frangitur:non diui-
cijs tumet.non confunditur paup-
tate:et leta contempnit et triſtia·

Fortitudo nāq3 et conſtancia via re-
gia ē̄a q̄ declinat ad dextrā · q̄ teme-
rarius eſt et ꝑtinax. ad ſiniſtrā qui
formidoloſus eſt et pauidus · Sa-
pie̅ · x · Melior eſt ſapiēcia q̄ vires:
et vir prudēs magis q̄ fortis. Jero̅ ·
Fortitudo corporis ībecillitas eſt aīe:
et rurſū ībecillitas corporis ē fortitu-
do aīe. Cum em̄ infirmor tūc potēs ſū.
glo̅ · Tunc vincit xp̄ianus cū ꝑdere
putatur. et tūc ꝑdit ꝑfidia cū ſe vicíſ
ſe ḡtulat̄. Plaudit ergo xp̄ianus cū
illi inſultatur. ꝯ ſurgit cū p̄mit̄. Gre̅ ·
Fortitudo deſtruit̄ niſi p ꝯcilīū fulci-
at̄. q̄ quo plus ſe poſſe conſpicit. eo
virtus ſine racionis moderamine ī
deterius ruit. Bernard9 · Bonus cir-
cuitus ſi iuſticia querit. prudentia ī-
uenit. fortitudo vendicat. tēperantia
poſſidet. vt ſit iuſticia in affectu. prudēntia
in īellcū. fortitudo in actu. tēperanti-
a in hoīne toto. Thōs. Bonum hoīs
eſt bonum racōīs. hoc eſſencialit̄ ha-
bet prudēntia. effectualit̄ iuſticia. for-
titudo et temperancia conſeruatiue.
Et hinc ſumitur ratio ordinis hārꝫ
quatuor virtutū cardinalium · Nā
pocius eſt eſſe aliqd̄ eſſentialiter q̄ effe-
ctiue. et pocius eſt facere q̄ cōſeruari.
et pocius eſt conſeruari contra peri-
cula et dolores mortis quod ad for-
titudinem pertinet. q̄ contra delecta-
bilia tactus quod ad temperātiam
ſpectat. Unde ſequitur. q̄ ꝓd prīcipa-
lior. et actus fortitudinis ē ſuſtinē
idest inmobiliter ſiſtere in periculis
q̄ aggredi · quia hoc eſt magis diffi-
cile. Qui enim iam ſentit dolores ille
habet eos p̄ſentes. ſ3 qui aggreditur
habet eos adhuc futuros. Multi eci-

am defecerūt in ſuſtinentia: q̄ tamē
in congreſſu valde feruebāt. Aug9 ·
Fortis petrus donec mulier loq̄ret̄.
Spiritus q̄dem ꝓmptus eſt · caro
autem infirma · Hinc q3 huius vir-
tutis ſublimitas patet · q̄ ſit eciam
ꝑfectis formidabilis ꝑticia ipſi9. ꝑci-
pue q̄ ad act9 ei9 prīcipales. Sene-
ca. Tormenta a me abeſſe velim̄. ſ3 ſi
ſuſtinenda fuerīt. vt me in illis for-
titer honeſte geram optabo. Uelim
non incidere bellū · ſ3 ſi incido. et vul-
nera ꝯ famem et oīa q̄ bellorū neceſ-
ſitas affert generoſe feram optabo.
Itaq3 nō incommoda optabilia ſūt:
ſ3 virtus q̄ ꝑferūt̄ incōmoda. Nō pa-
ti tormenta optabile ē · ſ3 pati fortit̄.
Thōs. Fortitudo generalit̄ ſūpta ſcd̄3
q̄ impoītat q̄dam aīi firmitatē tūc ē
ꝯdicio cuiuſlibet v̄tutis. et ē neceſſari-
a eis. q̄ oēs v̄tutes ſūt circa diffici-
lia · Grego9. Iuſtor̄ fortitudo ē carnē
vincē. ꝓprijs voluptatib9 reſiſtere:
delectationē vite p̄ſentis extīguē. hu-
ius mundi aſpera ꝓ eternis p̄mijs a-
mare. ꝓſperitatis blādimēta contēp-
nē · aduſitatis metū incorde ſupare.
Tanto em̄ ſe vnuſq̄ſq3 ad fortitudi-
nem ꝓfeciſſe demonſtrat. q̄nto aliēa
mala robuſtius tollerat. Nam mi9
in ſe cōualuit quem iniq̄tas aliena
ſternit. q̄ in eo q̄ ferre contrietatē n̄
valet. puſillaīitatis ſue gladio ꝯfoſ-
ſus iacet · Fortitudo vero reprobor̄
eſt: tranſitoria ſine ceſſacōne dilige-
re. contra flagella conditoris miſe-
rabiliter perdurare · ab amore re-
rum temporalium nec aduerſitate
quieſcere: ad inanem gloriam eci-
am cum vite detrimento peruenire.

maĺicie augmenta acquirere: bono
rum vitam non ſolū verbis ac moi-
bus ſed eciam gladijs impugnare.
in ſemetipſis ſpem ponere: iniquita
tem quotidie ſine vllo deſiderij defe
ctu perpetrare Seneca. Priū mag
nanimis nē ē: non ſentire ſe percuſ
ſam. Immanis enim fera et magna
ad latratum canū non reſpicit. Magni
mus ſtat rectus ſub quolibet pōde-
re: nulla illum res minorē facit: nil
illi eorum que ferenda ſūt diſplicet:
quicquid cadere in hominē poteſt. in
ſe cecidiſſe nō q̄ritur. Si magnani-
mus fueris nunq̄ iudicabis tibi cō-
tumeliā fieri de inimicis: dices nō no-
cuit: ſed animū nocendi habuit. Et
cum illum in poteſtate tua videris:
vindictam putabis non vindicare
potuiſſe. Scito enim magnum ⁊ ho-
neſtum vindicte eſſe genus. ignoſcē.
Facilius eſt totam gentem q̄ mag-
nanimū vincere. Magni animi eſt
magna contempnere: et mediocria
malle q̄ nimia. Vires ſuas nouit.
Vincit virtute fortunam. Nichil em̄
magnū eſt in rebus humanis: niſi
magno animo deſpicias. Animum
excellentem moderatum. ōnia tan-
q̄ maiora tranſeuntem. quicquid ti
mem⁹ optamuſq; ridentez: celeſtis
potentia agitat. Non poteſt res tā-
ta ſine adminiculo muneris ſtare
ſuperni. quēadmodum radij ſolis cō
tingunt quidem terram: ſed ibi ſunt
vnde mittuntur. Sic anim⁹ mag-
n⁹ ac ſacer conuerſatur quidem no-
biſcum: ſed heret origini ſue. ij. corī.
iij°. Fiduciam habem⁹ p̄ criſtum ad
deum: non q̄ ſufficientes ſimus cogi

tare aliq̄d ex nob. q̄ex nobiſ ſuffi-
ciencia nrā ex deo eſt.

Cōtra tēptacōes intēpancie ac
petulācie. Ca. 20.

Tobie. 3. Hac v̄go ſa. tradi
xit Tu ſcis dñe q̄ mūdā ſ̄-
uaui aīaz meā ab oī ɔcupia.
Nūq̄ cū ludentibz miſcui me: neqz
cū hijs q̄ in leuitate ābulāt ꝑticipez
me p̄bui Job. 21. Quare impij viuūt.
ſublimati ɔfortatiqz diuicijs. Tenēt
tipanū et citharā: et gaudēt ad ſoni
tū organi Infantes eoꝝ exultāt lu-
ſib⁹ Ducūt in bonis dies ſuos: et in
pūcto ad inferna deſcēdūt. 29. vide-
bāt me iuuenes ⁊ abſcōdebāt: et ſe-
nes aſſurgētes ſtabāt. Si q̄n ridebā
ad eos non credebant: ⁊ lux vult⁹
mei non cadebat in terrā. 31. Pepi-
gi fedus cum oculis meis: ut ne cogi-
tarē quidez de virgine. Nunq̄d ābu-
laui in vanitate. 2. macha. 9°. Rex
autē anthioch⁹ flexus ad miam la-
crimas fudit: rcordatus defuncti ſo-
brietatē et modeſtiam ſcz onye pōti-
ficis. Ex quo patz q̄ pulchra v̄tus
ē tpancia: q̄ impiū eciā cōmouit ad
fletū. Thōs. Intpancia viciū ē ſui-
le ⁊ pueile ⁊ maxīe improbabile: q̄
maxīe repugn̄t excellētie hoīs: ē ei cū
delectacōes brutales: guſt⁹ ſcz vene-
reoꝝ ⁊ geſtuū inordīatoꝝ. q̄ ex inep-
ta leticia ꝓcedūt Ad phil. 4. Gaude-
te ī dño ſp̄: iterū dico gaudete. Mode-
ſtia vrā nō ſit oīb; hoībz. p̄ pet. 3. ab
ſcōdit⁹ ſit hō cordis ī incorruptibilita
te q̄eti ⁊ modeſti ſpūs Et infra. Vnaī-
mes ī orōe. modeſti hūiles. Sapie. 8.
Sapiencia hōīs lucet in vultu
ei⁹. Cirill⁹ Omnis ſapiētis act⁹ dz eē

decēti regularitate ꝯpoſitus Et quē-
admodū in celeſtibꝫ ſapīa gubernā-
tis nullꝰ ſine regula cernit̄ motus:
ita et in membris anime prudentis
ſubiectis.inordinatus apparere nul-
latenus dꝫ actꝰ. Vñ ſapiētis īceſſus
grauis·aſpcꝰs pudicus·auditꝰ ho-
neſtꝰ·ſtatus collectꝰ·habitus ē ap-
tus· Marie tñ decor prudētie dꝫ re-
luceſcere in facie. Augꝰ· In omnibꝰ
motibꝰ noſtris nil fiat qđ cuiuſqꝫ
offendat aſpc̄m:ſꝫ qđ noſtrā dece-
ciſcitatem· Munus tꝑantie eſt in
cohercēdis ſedādiſqꝫ cupiditatibꝰ:q
nos auertūt a legibꝰ dei et a fructu
bonitatis eiꝰ· Cuiꝰ officiū eſt: cōtēp-
nere ōnes corporeas illecebras.lau-
deqꝫ popularē· Vir em̄ tēpans in re-
bus huiꝰ vite hꝫ regulā vtroqꝫ te-
ſtimonio cōfirmā:ut eoꝝ nichil dili-
gat niſi qđ ꝑ ſe appetēdum putat·
Proſp· Tēpancia facit abſtinētem.
parcū.ſobriū.moderatū.pudicū.taci-
tū et vereādum· Hec virtus ſi ī ani-
mo habitat libidines frenat: affcꝰs
tēpat·deſideria ſcā multiplicat· vici-
oſa caſtigat:omnia inť nos cōfuſa
ordinat·cogitacōnes ꝑuas ēmouet.
ſcās inſerit.ignem libidinoſe volup-
tatis extinguit:mētem placida trā-
qllitate cōponit.et totā ſemꝑ ab ōni
tēpeſtate vicioꝝ defendit. Thō·p·2·
Tanto racō ꝑfectior eē oñditur quā-
to infirmitates corpis et inferioꝝ ꝑ-
cium magis pōt vincere ſeu tolera-
re:et ideo virtus huāna ī infirmita-
te ꝑfici dicit̄ non racōnis ſꝫ corporis·
Ita ꝯſeqñter ſi in ꝓſperis et in ſani-
tate corpali non inordinate aut mu-
liebriter iocundetur aut eleuet̄:ſed
vtrobiqꝫ virtuoſe quodā moderāmi-
ne ſeipſam cōtineat· Et mirū eſt.q̊
modo facilꝰ aduerſa pōrt.qꝫ ꝓſpera
recto tramite lib ret· Ambroſiꝰ. Si-
cut molliculū et īfractum aut vocis
ſonū nō ꝓbo:ita neqꝫ agreſtē ne ru-
ſticū imitemur· Effigies eī virtutis:
forma diſcipline.forma hōeſtatis ē
Si qđ in natura vicij eſt.induſtria
emēdet. Hoc ē pulchritudinē viuēdi
tenere:ꝯueniēcia cuiqꝫ ſexui et ꝑſo-
ne reddē. Hic ordo geſtoꝝ optimꝰ:ſꝫ
ornatus ad ōnem actōnem accōmo-
dus · Sermones ꝓferamus libra
iuſticie examinatos:ut ſit ḡuitas
in ſenſu.in ſermone pōdꝰ.atqꝫ in ver-
bis modus:tēpancia cordis hēat aī
mūditiam·iuſticia miaꝫ·prudencia
pacē·fortitudo māſuetudinē· Eſt q̊ꝫ
in ipſo motu geſtu inceſſu tenēda ve-
recūdia:ut ſit greſſus ꝓbabilis in q̊
ſit ſpēs auctoritatis·ḡuitatis pōdꝰ
trāqllitatis veſtigium:ita tamē ut
ſtudiū deſit atqꝫ affectacio:ſꝫ motus
ſit purus ac ſimplex quē natura in-
formet· Habitus em̄ mētis in corpo-
ris ſtatu ꝯgnoſcit̄. Hinc homo cordis
noſtri abſcōditus aut leuior.ā iactā-
tior ā turpidior:aut cōtra grauior.ac
cōſtācior.et purior.et maturior eſti-
matur· Itaqꝫ vox quedā eſt animi.
corpis motus. Puer·6· Homo apo-
ſtata vir inutilis:īgdit ore peruerſo.
ānuit oculis·terit pede·digito loqt̄:
prauo corde machinatur malum:et
omni tempe iurgia ſeminat· Huic
extimplo veniet perdicio ſua.et ſubi-
to conteretur:nec habebit vltra me-
dicinam. Greg· Stulto ſtulcior eſt:
qui ſtulto placere contēdit. Prius

ſiquidem moribus ſemper grauis ē
vita bonorum: quia malorum tor-
titudo in rectitudinis norma venerā-
bilium virorum ſemper offendit.
Nimime enim conueniunt ſibi. Et
eſt regula moralis. ꝙ ſicut in natu-
ris forma eſt decencior q̄ materia:
ſic in moribus plus commendatur
modus q̄ ipſa actio. Bernhardus.
In te conſiſtito. non infra deici. non
ſupra attolli. non euadere in lōgiꝰ.
non extendi in latius. Tene mediū:
ſi non vis perdere modum. Locꝰ me-
dius tutus eſt. Medium ſedes mo-
di. et modus virtus. Leo papa. Me-
lior eſt gradus lentior per iter rec-
tum: q̄ velocitas feſtina p deuium.
Caſſio. Riſus eſt vox confuſa leticie: i
ſultacōem immoderatam hilaritate
denuncians. Laſciuia autem eſt in
decens motus diſſoluti animi et cor-
poris: ex intempancia carnali pro-
diens. Bonū eſt ergo cuſtodire mo-
deſtiam: que tantum clara q̄ rara
eſt. Gaudia ſemp animos inquie-
tant. Modus eni raro letis rebus
interuenit. Ambroſiꝰ. Caueamꝰ ne
dū relaxarē aīm voluꝰ ſoluamꝰ om-
nem armoniam: quaſi concentum
quendam bonorum operum. Vſus
enim cito inflectit naturaz. Licet ei
interdum honeſta ioca ac ſuauia
ſint. tamen ab eccleſiaſtica abhor-
rent regula: quoniam in ſcripturis
ſanctis non reperimus ea queād-
modum vſurpare poſſumus. Non
ſolum ergo profuſos: ſed eciam oēs
iocos declinandos arbitror. Criſoſ.

Non dat deus ludere. ſed dyaboluſ.
Audi quid ludentes paſſi ſunt. Se-
dit populus manducare et bibere:
et ſurrexerunt ludere. Vbi ſalta-
tio ibi dyabolus: neqz enim deꝰ ad
hoc nobis dedit pedes vt cum came-
lis ſaltemus: ſed ut cum āgelis cho-
rum faciamꝰ. Dicit nāqz philoſophꝰ
x. ethicorū. Oportet ꝙ in ſolacio lu-
di ſit quedā collocutio conſona et q̄-
dam conuictus: vt homo dicat et fa-
ciat qualia ad iocūditatez optet fa-
cere et dicere: et ut ſimiliter ab alijs
facta et dicta audiat et accipiat. Vn̄
dicit Albertꝰ in cōmento. Omni ſtu-
dioſo ludꝰ neceſſariꝰ eſt: ne ſibi mēs
efficiatur inutilis. Si eni ſemp intē-
dat ſtudio et animū vehemēter ap-
plicet ad aliq̄d dicendū vel faciend.
pcerto ſpūs reſoluitur: et reſoluto
ſpiritu ꝓpter motus animales. mē-
brorum artus deſtituuntur: et deſti-
tutis membris eciam ipſū virtutis
ſtudium annichilatur. Propter qd
homo ſtudioſus requie indiget. in
qua ſpiritus relaxetur et ſenſus
ad placencia diſſoluantur: quate-
nus recreati et fortificati in opere
perſeuerent. Thomas. Sicut homo
indiget corporali quiete ad corporis
refocillacōnem: ita eciam indiget ho-
neſta delectacōne propter fatigacō-
nem anime: preſertim quādo ſupra
ſenſibilia eleuatē. Vt eni phs dicit ꝙ
eſt ſompnus in corpe hoc eſt iocus
in anima: quedam eni requies in
huius vite conuerſacōne cū ludo ha-
betur. Anima autē que circa bona

ſenſibilia vſatur non tm̄ fatigat̄:q̄
ſūt hoi ꝯnaturalia Et ideo ſpiritua-
les viri aliqn̄ aīm relaxaē cogūt.et
ad aliquē ꝓbum iocī ſiue ludū deſcē-
dere ꝓpē infirmitatē huānā:q̄tenus
fatigatas vires reſtaurēt. Vn̄ legi-
t̄ q̄ ſcūs iohēs ⁊ eciā anthonius hac
recreatione vſi fuerunt:ſcandaliſa-
toſq3 benigne inforūt dicentes A-
nimus hoīs frāgeret̄.ſi nunq̄ a ſua
intentione relaxaret̄. Sicut in arcu
diſtento pz ac̄. Auguſtinus. Volo vt
tandem tibi pcas. Nam ſapientē de-
cet incdum remittere aciem rebus
agendis intentā. In reuelationib3
btē brigitte beata virgo maria legit̄
dixiſſe. Modeāta leticia ꝓpt̄ infirmitatē
carnis placet deo:q̄ ſi arcus nimis
extendit̄ cito frangitur. Itē ibidē. A-
mici dei q̄nq3 poſſūt ꝯſolari conſola-
tione tēporali:ſicut de verbis edifica-
torijs.de ludo honeſto.ſeu de alijs o-
peribus:in quibus nichil detractoiū
ſit aut inhoneſtum. Sicut per exē-
plum intelligere poteris. Si pugn9
enim ſemp teneret̄ clauſus:aut con
therent̄ nerui.aut manus debilitarē-
tur. Sic eciā in ſpūalib3. Si enim
animus ſemp ſtaret in ꝯtēplatione:
aut euaneſceret ſupbia.aut minuē-
tur corona glē ſue. Ariſtotil̄.x.ethic̄.
Defc̄s ludi modeāte vicōſus ē. Et q̄
alioꝝ moderatos ludos nō recipiūt
vicioſi ſunt:⁊ dicūt̄ duri ⁊ agreſtes
ſiue bomolchi.q̄ſi ꝯditionem huāne
fragilitatis nō intelligentes. Itē.x.
ethicoꝝ. Defectus ludi minus eſt vi-
cioſus:q̄m ſuperexceſſus. Pauci ete-
nim aīci ꝓpter delcāōnē habēdi ſūt:
q̄ paꝝ de delcātione ſufficit ad vitā

q̄ſi pro condimento.ſicut paꝝ de ſale
ſufficit in cibo. Thōs. dicta ſcōꝝ q̄ lu-
dos reꝑhendūt intelligenda ſunt de
illis q̄ inordinate ludis vtūt̄:et pci-
pue de illis q̄ finem in delcātione lu-
di ꝯſtituūt:ſicut de q̄buſdam dr̄ ſapiē
xv. Eſtimauerūt ludū eſſe vitam
noſtrā. Quāuis enim ludus eſt vtil̄
ꝓpter delectationem et quietem:nō
tamen delectatio et quies ꝓpter ſe q̄-
renda ſūt in huāna vita:ſ3 ꝓpter ope-
rationem. Tullius. Non ita genera-
ti ſumus a natura vt ad ludū et io-
cū facti eſſe videamur:ſ3 ad ſeuerita-
tem pocius et ad q̄dam ſtudia grauio-
ra atq3 maiora. Sicut ergo pueris
nō omnē ludēdi licētiam damus.ſ3 e-
am q̄ ab honeſtatis actionib3 nō ſit
aliena:ſic in ipō ioco aliqd̄ ꝓbi inge-
nij lumen eluceat. Illud autē iocan-
di genus oīo caueat̄:quod eſt illibe-
rabile petulans flagicioſū.obſcenū.
Thōs. Tria ſūt in vtuoſo ludo cauē-
da.pmo.vt delectatio ludi nō q̄rat̄ i
aliq̄bus opinionib9 vel t̄pib9 vbis
vel nociuis:ſ3 honeſte ludicris et io-
cūdis. Secūdo.vt non tolīt grauitas
anime reſoluat̄. Tercio.vt ſicut in oī-
bus alijs humanis actionibus ſer-
uari debet ꝯgruitas pſone et tempo-
ri et loco:ſic eciam in ludo:vt ſcilz tē-
pore et hoīe dignus Eſt igitur circa
ludū virtus q̄dam q̄ phs eutrape-
liam noīat. Et dr̄ aliquis eut̄pel9 a
bō vſione:q̄ ſc3 bene vertit aliq̄ dcā
vel facta in ſolatiū. Verſus. Non pa-
titur ludū.fama.fides.oculus. Item
Thōs. Tēpācia generalit̄ dcā ſignifi-
cat q̄dā tēpiez.i.modeacōez q̄ racō
pōit i huānis opacōib3 et paſſionib9:

q𝔡 eſt cõmune in õni v̄tute morali·
Vñ poeta·Eſt mod⁹ i reb⁹ ſunt cer-
ti demq̃z fines·Quos vltra citraq̃z
neſcit cõſiſtere rectũ·Oib⁹ adde mo-
dũ mod⁹ eſt pulcherrima virt⁹·

¶ Cõtra tēptacões ſupbie et vane
glorie· ¶ Ca·21·

SAmuel·Nõne cũ puulus eēs
in oculis tuis elegit te domi-
nus·et caput in iſrahel frūs es·Nūc
autem ꝙ ꝓieciſti ſermonez domini:
proiecit te dñs ne ſis rex·Ezech·28·
Tu cherub ſignaculũ ſimilitudinis
plen⁹ ſapiēcia·ꝑfectus decore in deli-
cijs ꝑadiſi dei fuiſti·et poſui te i mõ-
te ſancto dei in medio lapidum igni-
torum·Eleuatum eſt cor tuum i de-
core tuo:perdidiſti ſapienciam tuaz
et eieci te de monte ſancto dei·et per-
didi te o cherub·et in terram proie-
ci te ꝛc̄·Eccliaſti·x·Initium omnis
peccati ſuperbia·Aug⁹·Contra ſu-
perbie vicium maxime tota mili-
tat criſtiana doctrina·Humilitas
hoīes ſanctis āgelis ſiles facit·et ſu-
perbia ex angelis demones facit·Et
ut euidenter oſtendam.ipſa eſt om-
nium peccatorum inicium et finis ꝛ
cauſa·quoniā nõ ſolum eſt peccatũ.
ſꝫ eciam nullum peccatum potuit ꝗ
poteſt aut poterit eē ſine ſupbia:que
eſt inordinatus amor ꝓprie excellē-
tie et ꝑuerſe imitatur deum·Vel ſic
Superbia eſt peruerſe celſitudis
appetitus·Ie·Inſidiatur bonis opib⁹
ut ꝑeant·Odit nāq̃z cum ſocijs eq̄li-
tatem ſub illo:ſed imponere vult ſo-
cijs dominacōem ſuam pro illo·Ie-
roni⁹·Eſt quedam ſuperbia bona·ꝛ
eſt quedam mala·De prima dicit̄

pſa·lx·Ponam te in ſuperbiam ſecu-
lorũ·Et hec dedignatur ſubdi vicijs
De ſecunda dicitur pſa·28·Ve coro-
ne ſuperbie·Et hec dedignatur ſub-
di virtutibus·Eſt demq̃z bona hu-
militas:et eſt mala humilitas·De
prima dicitur ꝓuerb·xi·Vbi humi-
litas ibi ſapiencia·De ſecunda dici-
tur Eccli·13·Noli eſſe humilis in ſa-
piēcia tua;pſ·89·Ne auertas ho-
minē in humilitatem·Prīa ad om-
nem virtutē eſt efficaciſſima·Secū-
da ad nullam virtutē ꝓficere ſinit·
Thõs·Vñ ſe humiliat·q̄ ſuũ conſide-
rans defectũ tenet ſe in infimis ſꝫm
modũ ſuum ſicut abrahā·Male ſe
humiliat·qui honorē ſuum non in-
telligens compat ſe iumētis inſipiē-
tibus et fit ſimilis illis·Tendere nā-
q̃z in aliqua maiorā ex ꝓpriarum vi-
rium confidētia humilitati contrari-
atur·ſꝫ ꝙ aliq̄s ex confidencia dñi
auxilij in maiorā tendat·hoc non ē
cõtra humilitatē·preſertim cum ex
hoc aliquis magis apud deum ex-
altatur ꝙ ei ſe magis per humilita-
tē ſubicit·Aug⁹·Aliud eſt leuarē ſe
ad deum.aliud ē leuare ſe contr̄ de-
um:et ut tercium addam:aliud eſt
abſentare ſe a deo·Qui ante illum
ſe ꝓicit ab illo erigitur·Qui aduer-
ſus illum ſe erigit et ab illo ꝓicitur:
Qui ab illo fugit ab illo derelinqui-
tur·Primũ fecit dauid·fili⁹ ꝓdig⁹·
et publicanus·Secūdum pharao
ſaul et ſennacherib·Terciũ fecit ca-
ym achas et iudas·Iacobi·4·De⁹
ſupbis reſiſtit:humilibus autē dat
graciam·Aug⁹·Supbia mag̃ eſt
miſerā·Cetera vicia in maleficijs

valent. ſola ſuperbia eciam in recte
factis ē timenda Audeo dicere. ſupbis
eſſe vtile cadere in aliqͦd aptū ⁊ ma
nifeſtū pccm̄ vnde ſibi diſpliceant. q̄
iam ſibi placēdo ceciderant. Salu
brius ſibi petrus diſplicuit quando
fleuit. q̄ ſibi placuit quando p̄ſump
ſit. ps. Imple fa. eorū ig. et que. no.
t. dn̄e. In xp̄o et in eccleſia maxime
predicatur humilitas. In dyabolo
maxime p̄dicat̄ elatio. Ambroſius.
Quiſquis cupit diuinitatis tenere
faſtigia: humilitatis yma ſectetur.
Quicumqꝫ vult fratrem preuenire
regnando: prius illum p̄ueniat ob
ſequendo. Verum non indocta hu
militas: ſed que habeat ſui modeſti
am et ſcienciā laudat̄. Scio humi
liari. ideſt in quo loco. qua moderacō
ne. quo fine. in quo officiō. in quo mu
nere. Neſciuit phariſeus humiliari:
ideo deiectus ē. Grande eſt in oībus
tenere humilitatis mēſuras. Bona
hūilitas: que nichil appetēdo totum
qᵈ contēpnit adipiſcit̄. Greg. Perit
oē qᵈ agit̄. ſi nō hūilitate cuſtodiat̄.
Nā qui ſine humilitate virtutes cō
gregat: ventū in puluerē portat Au
guſtin9. Non aliam tibi ad capeſcē
dam et obtinendā veritatis viā mu
nias: q̄ que munita eſt ab illo qui
greſſuum noſtrorū tanq̄ deus vi
dit infirmitatem. Ea aūt prima eſt
humilitas: ſcd̄a humilitas. tercia
humilitas: et quociens interroga
res hoc dicerem Excelſa eſt patria
humilis eſt via: ergo qui querit pa
triam. non recuſat viam. Gregori9.
Euidentiſſimū reprobōrum ſignum
ſupbia eſt. At contra. humilitas e
lectorum. Thōs Virtutes vere īfun
dūt a deo. qui ſupbis reſiſtit et hu
milibus dat grām: et ideo hūilitas
primū locum tenet. inquantū ſcilicet
ſupbiam expellit cui deus reſiſtit. et
p̄bet hominē ſubditum ⁊ aptum ad
ſuſcipiendū influxum diuine gracie
euacuādo inflacōnem ſupbie Et ſ̄m
hoc dicit̄ humilitas ſpiritualis edifi
cij fundamentū. Eſt eciam diſpoſicō
ad liberū acceſſum ſiue ꝓfectū in ſpi
ritualia et diuina bona. Et ideo xp̄c
p̄cipue humilitatem nobis cōmēda
uit. quia per hoc maxime remouet̄
impedimentū humane ſalutis. que
conſiſtit in hoc q̄ homo ad celeſtia
et ſpiritualia tendat: a quibus ho
mo impeditur dum in terrenis mag
nificari ſtudet. Et ideo dn̄s ut impe
dimentū ſalutis auferret: exteriorē
celſitudinem contempnendam mon
ſtrauit p humilitatis exempla. Me
rito ergo poſt v̄tutes theologycales
et virtutes intellectuales que reſpi
ciunt ipſam racōnem. ⁊ poſt iuſticiā
preſertim legalem. potior ceteris eſt
humilitas: que nichil aliud ē q̄ que
dam moderacō ſpiritus contra paſ
ſionem ſpei: ſicut manſuetudo cōtra
paſſionem ire. Item quidam. Inter
oēs virtutes hūilitas ē ſecurior: et
facilime practicabilis. Unde ſcī prēs
eā diſcipulis ſuis p̄mū ꝓpoſuerunt:
ſcientes q̄ qui eam practicare neſci
erunt. ad alias minime adhuc ꝯua
luerūt. Ipſi eciam fortiſſime in eius
exerciciis ſe continuerunt diligentiſ
ſime. qꝫ nec vnq̄ amplius doluerūt
q̄ ſi quando ad alias virtutes ſub
limes practicandas trahebāt̄: ſcilicꝫ

iuſticie vl' fortitudinis: cū ſuis oneri
bus annexis. In quib⁹ teſte grego
rio vix illi pcām vitare poſſunt: qui
eciam ſciūt quō ſe obſeruaē debue
rūt. Thōs Nullus act⁹ eſt ita facil'
et delectabilis ſicut actus caritatis:
Nec vlla virtus ita delcābiliter ope
ratur ſicut caritas: qr eſt ōib⁹ per
fectior et dīnior. Sz qr q̄diu ſum⁹
viatoēs impedimur multipliciter
a pfectione: et inſufficiētes ſum⁹ ad
ſingula ſū aduertenda ſū facienda:
ideo exercitia hūilitatis ſunt nobis
iam faciliora et ſecuriora. Si aūt
eſſem⁹ ōino pfecti: non habēm⁹ ne
ceſſe ſic cōſiliari quid facili⁹ quid ſe
curi⁹ ēē. vt modo. Vel poſſum⁹ dicē.
q in hūilitate caritas opatur q̄ om
nib⁹ virtutib⁹ dat vitam et ordinē:
et ſic non excluditur ōino. Jeroni⁹.
Humilitas ſola eſt obſeruatrix cu
ſtoſqz virtutum. Et nichil eſt q nos
ita deo et hominibus gratos faciat:
q ſi vite merito non magni ſed hūi
litate infimi videamur et ſimus.
Humilitatem ſequere: non que oſtē
ditur vel ſimulatur geſtu aut frac
ta voce verborum: ſed que puro cor
dis affectu exprimitur. Aliud enim
eſt virtutem habere: aliud virtutis
ſimilitudinem. Multo illa deformi
or eſt ſuperbia: que ſub quibuſdam
humilitatis ſignis latet. Neſcio eñi
quomodo turpiora ſunt vicia. cum
virtutū ſpecie celantur. Thomas
Humilitas attendit ad regulaz ra
cōnis recte: ſcd̄m quam aliquis verā
exiſtimacōnem de ſe habet. Hanc
autem regulam recte racōnis non
attendit ſuperbia: ſz de ſe maiora ex

iſtimat q ſint: quod contigit ex inor
dinato appetitu pprie excellencie. In
nocēci⁹. Omnis fere vicioſus dili
git ſibi ſimilē: ſolus ſuperbus offen
dit elatum. Puerb. decimoterciō. Inter
ſuperbos ſemp ſunt iurgia. Eccīaſ.
iij. Sinagoge ſuperborum non erit
ſanitas. Eccīaſ. x. Quid ſuperbis ter
ra et cinis: Mich. ſexto. Humilia
cō tua in medio tui. Eccīaſ. v. Per
didit de⁹ memoriaz ſupborum. Itez
ibidem. Sedes ducum ſupborum de
ſtruxit domin⁹: et fecit mites ſedere
pro eis. Alanus. Heu hominum vn
de iſte faſtus iſta ſuperbia: cuius e
rumnoſa natiuitas. cuius vitam
laborioſa demolitur penalitas: cui⁹
penalitatem penalior mortis conclu
det neceſſitas: cui eſt momentum vi
ta naufragium. mundus exilium:
cui vita aut abeſt aut ſpondet ab
ſenciam: mors aut inſtat aut mi
natur inſtanciam. Caſſi. Familia
re eſt hominibus extolli: cum bene
de ſe cognouerunt eſtimari. Augu
ſtin⁹. Facile eſt laudem non cupere
dum negatur: difficile eſt tamen ea
non delectari cum offertur. Fratres
quales haberi volumus in laude ho
minum: tales operibus eſſe ſtudea
m⁹. Nec ideo nos bonos eſtimem⁹
ſi boni predicamur: ſed nos pocius
noſtro et non alieno iudicio diſcer
namus. Nemo enim melius poteſt
ſcire quis ſcit: quā ipſe qui ſibi con
ſcius eſt. Idem. Qui nūc domine lau
datur vituperante te: tunc non li
beratur iudicante te. Gregori⁹. Ne
immoderatis laudibus erigamur.
plerumque miro rectoris noſtri

moderamine eciam detractionibus
lacerari ꝑmittimur: ut cum nos vox
eleuat. lingua detrahentis humiliet.
Ut et illa arbor alte radicata qua-
ſi inter aduerſantes ventos firmius
ſteterat: que dicebat. Per gloriam ⁊
ignobilitatem: per infamiam et bo-
nam famā. laus quippe ſua iuſtos
dum cruciat purgat: iniquos dum
letificat reprobos monſtrat. Sene-
ca. Nunq̄ in ſolido ſtetit ſuperba fe-
licitas: et ingentium imperatorum
magna faſtigia obliuione fragilita-
tis humane collapſa ſunt. Item qui-
dam. Superbia deſtruit omnia ſi
comitetur. Innocēci⁹. Sup̄bia tur-
rim euertit. linguam confundit. ꝓ-
ſtrauit goliam. ſuſpendit aman. in-
terfecit nicanorem. holofernem de-
collauit. peremit anthiochum. pha-
raonem ſubmerſit. et ſennacherib
interemit: iuxta quod ſcriptum eſt.
Sedes ducū ſupboꝝ deſtruxit deus:
et radices gētium ſupbaꝝ arefecit.
Thō᷑. Difficile ē vitarē ſupbiā n̄ ꝓpt
vehēeciā īpugnaciōis ſicut cōtigit in cō-
cupiſcencia. ſed ꝓpter latenciā eius:
qua deprehenſa ꝑ racōnem tunc fa-
cile euitatur: tum ex conſideracione
ꝓprie infirmitatis: tum ex conſide-
racione diuine magnitudinis: tum
ex conſideracione virium et rerum
vilium. ex quibus ſupbit. Siquidē
multi grauiter ceciderunt in aduer-
ſis. ſed multo pluries et multo gra-
uius in ꝓſperis. eo ꝙ quandoqȝ ſen-
titur temptacō in aduerſitate ſed ra-
ro in ꝓſperitate. Verbi gracia. Cum
aliquis increpatur. affligitur in cor-
pore. moleſtatur in rebus vel ami-
cis: ſentitur tēptacō ſiue motus im-
paciēcie indignacōnis vel odij. Cum
vero diligit̄ laudat̄ honorat̄. nō ſen-
titur extollēcia et īordinata mētis
delectacio: nec attendit miſer homo
quantum ſibi placeat indebite. qui
alijs placere ſe credit. Et quanto
minus et rarius temptacō ſentitur:
tanto min⁹ ⁊ tanto difficilius temp-
tacōni reſiſtitur. Bernard⁹. Sūma
virtus moāchi. huilitas ē. Cū te hui-
liari videis. hēto illud ſignū ī bonū
oīo argumētū grē ꝓpīquātis: ſic da-
uid cū a ſemei maledicet̄. Vides q̄a
humilitas iuſtificat nos: huilitas
dixi et nō humiliacō: quanti humili-
ant̄ qui humiles nō ſunt. Alij cum
rancore humiliant̄: alij pacienter:
alij libenter. Primi rei ſunt: ſequen-
tes innoxij. vltimi iuſti. Illius hu-
militas qui grauiter peccauit. et ſi
amanda eſt: nō tamē admiranda.
Sed ſi quis innocēciam retinet et
nichilomi⁹ humilitatē iungit: nōne
is videtur geminū anime poſſidere
decorē. O vir dei dauid: Vere hoīnē
ſcḋm cor dei. q̄ ſe vlciſcēti pocius ꝙ ex-
ꝓbrāti ſuccēſendum putauit. Quid
michi ait et vobis filij ſarvie. Nichil ī
nobis de⁹ preter ſua dona coronat.
Baſili⁹. Tria ſunt que radicata nu-
triunt humilitatem: ſcilicet aſſidui-
tas ſubiectionis: conſideracio ꝓprie
fragilitatis: et conſideracō rei melio-
ris. Valerius. Humilitas in pau-
pere grata eſt: in diuite glorioſa. Hu-
militas inter inimicos blanda: ſu-
perbia vero int̄ amicos ingrata. Sē-
per huilitas blanda ē et officioſa: in
amicicijs grata: in contumelijs ocioſa.

Non extollitur proſperis: non imu-
tatur aduerſis: non extorquet ſer-
uiciū. Non requirit voces adulanti
um: niſi qui ſe nouit laudacōne idig
num. Caſſ. Erubeſcant elati. Vbi
credunt locum habere ſuperbiam: cū
celum et terram ab humilitate vi
deant occupatam. Humilia enim r̄e
ſpicit deꝰ in celo et in terra. Per hu
militatē membra xp̄i ſciunt dyabo
li viciſſe ſupbiam: p hanc fideles ſu
pra regna pficiunt: per hanc tirāni
ca ſupbia ſupatur: per hāc ineter-
num martires coronāt. Nec poteſt
dici pfectus: qui humilitate eſt pua
tꝰ. Criſ. Velle eſſe ſuper ōnes vitu-
perabile eſt: ſuſtinere autem alteꝝ
ſuper ſe nimis eſt glorioſū. Qui hu
milis eſt corde et indigniorē ſe alijs
arbitrat̄: nunq̄ deſiderat ſuperior
apparere. Primatus em̄ fugientez
ſe deſiderat: deſiderantem ſe horret.
Augꝰ. Difficile eſt ut nō ſit ſupbus.
qui diues eſt. Tolle ſupbiam: diuici-
e nō nocebunt. Bernhardꝰ. Vis ſa-
pere celſitudinē dei: cape p̄us humi
litatē xp̄i. Sola eſt virtus humili
tatis: leſe caritatis repacio. Nulla
ſplēdidior gēma in ōni p̄cipue orna
tu ſūmi pontificis: q̄ humilitatis.
Ipſa ſola eſt que nō ſolet gloriari:
non nouit preſumere: cōtendere non
conſueuit: gratiam inuentura eſt i
oculis ſūme pietatis. Humilitas n̄
contēdit iudicio: non pretēdit iuſti-
ciam qui vere humilis et ſemp quā
tū in ſe eſt uult neſciri: pcens anime
ſue ne putet̄ eſſe quod non eſt. Gre
goꝰ. Viciā eē potētibus ſolet et pene
ſemp rebus affluentibus elatio ſo-
ciatur: q̄ et ſepe honoris habūdan-
cia duriciam tumoris Thomas. Su
pbia eſt periculoſiſſimum peccatum:
q̄ ex ea oriri poſſunt ōnia peccata
Eſt em̄ inordinatus amor ꝓprie ex-
cellencie. Excellencia autē poteſt i
diuerſis rebus inueniri: maxītum ſcʒ
ex ipſis occaſio ſuperbiēdi ſumit̄.
Greg. Alter intumeſcit auro. alter
eloquio: alter infimis et terrenis re
bus: alter ſūmis et celeſtibus atqʒ
virtutibꝰ. Omnis ergo ſuperbia eo
ipſo in ymo iacet quo in alto ſe eri-
git: ut inde magis ſuppoſita cunctis
ſit. vnde cunctis appetit ſupereſſe.
Dum enim metuit ex deſiderio ſuo vi
leſcere: vim eciam in voluntate ſua
optat tolerare. Augꝰ. Multa ꝑpe-
rā fiunt que nō fiunt ſupbe: ſcʒ ex ig
norātia vel infirmitate. Thōs. Ex-
terior effectus ſupbie eſt tranſgre-
di p̄cepta: Interior effectꝰ eſt cōtēp-
nere precepta. Vīcꝰ in omni peccato
eſt. Secūdus non ſʒ in quibuſdam.
Non em̄ ſemp peccatum fit ex cō-
temptu. Radix quippe cuncti mali 7
regina omniū viciorum ſuperbia ē:
de qua ſcriptura atteſtāte dicitur.
Iniciū oīs peccati ſupbia. Septem
principalia vicia de ſuperbie virulē
ta radice pferuntur: ſcʒ inanis glo-
ria. inuidia. ira. triſticia. auaricia.
ventris ingluuies. et luxuria. Qua
tuor aūt ſunt ſpecies. quibꝰ ōnis tu-
mor arrigātiū demonſtrat̄. Cum bo
nū aut a ſemetipſ hrē ſe eſtimāt:
Aut ſi ſibi datum deſuper credunt ſʒ
pro ſuis ſe accepiſſe meritis putant:
Aut certe cum iactant ſe habere
qd non habent: Aut deſpectis ceteris

ſingulariter videri appetunt habere
quod habent. Aug9. Quid ꝓdeſt di
ſpergēdo paupibus dare et paupe-
rem fieri: cū anima miſera paupior
efficitur diuicias cōtēpnendo ꝙ fue-
rat ꝯgregando. Item ſi is qui de ter
rena prius gloria ſuperbiebat poſt
modum de ſanctitate extollitur: ne-
quaꝙ cor eius elacō deſeruit: ſed ad
eum conſueta remeēs ut cognoſci ne
ſciat veſtem mutauit. Cum ergo la
tenter oritur. vigilanter abſcidatur:
ne ꝓuectu vigeat. ne vſu roborētur.
Jeronī9. Supbia natione celeſtis
ſublimiū appetit mētes: et q̄ſi ad ꝓ
prios reuolās ortus appetit gloriā
et puritatem. Bonū irrūpe feſtinat
que de gloria et puritate hoīnū et ā
gelorū eripit: ut quos inuenit ꝑtici-
pes grē faciat cōſortes ruine. Quid
tam ſupbū. quid tam ingratū videſ
ẽt ꝙ aduerſus eius viuē voluntatē
a quo ipm viuere acceperis: ꝙ illius
precepta deſpicere qui ideo aliquid
impat ut cauſam habeat remune-
randi. Yſidor9 de ſūmo bono. Omni
vitio deteriorem eſſe ſupbiā conſtat:
ſed ꝗ a ſūmis ꝑſonis et primis aſ-
ſumitur: ſeu ꝗ de ope iuſticie et vir-
tutis exorit minus culpa ſentitur
luxuria vero carnis ideo notabilis
oībus ē. qm̄ ſatis ꝑ ſe turpis ē: ⁊ tn̄
diſpenſante deo ſupbia minor eſt.
Hugo. Supbia in celo nata ē: ſ; ve
lut imemor qua via īde cecidit. illuc
poſtea redire nō potuit. Bernard9.
Supbia de ſupnis celeſtibus ad ỹ
ma precipitat: humilitas ab ỹmis
ad alta leuat. Angelus in celo ad
tartara corruit: homo in mundo ad
celū aſcendit. Non ē piculū ꝙ tātum
q; te humilies. Hoc cū quidā legiſſet:
ait dyabolus. De libro iſti ꝗ vnꝙ
ſcriptus eſt. Orig. Quid ſupbit ter-
ra et cinis: ut homo arrogācia ſub
leuetur: Oblitus q̄d erit. et ꝙ fragi-
li vaſculo cōtineatꝰ: et quibz ſtercori
bus immerſus ſit: et q̄lia ſemꝑ pur-
gamenta de ſua carne ꝓiciat. Gre-
gorius. Supborū mens ſemꝑ ē ad
irrogandas cōtumelias valida. ad
tolerādas infirma: ad obediēdū pig͠.
ad laceſſēdos alios īportuna: ad ea
que facere debet et ꝑualet ignaua:
ad ea aūt q̄ nec facere debet nec pre
ualet parata. Hoc in eo qđ ſponte nō
appetit nullis exhortacōibus agi-
tur: ad hoc autē qđ latenꝰ deſiderat
q̄rit ut cogatꝰ: ꝗ dū metuit ex deſide-
rio ſuo vileſcere. optat vim in ſua
volūtate tolerare. Bernard9. Que
maior ſupbia. ꝙ ut vnus hō toti cō-
gregacōni iuditiū ſuū ꝓferat: tanꝙ
ipſe ſol9 hēat ſpm̄ dei. Itē. magna ſu
pbia et delictū maximū ē. uti datis
tanꝙ inatis: ⁊ in acceptis bn̄ficijs glo
riā vſurpaē bn̄ficij. Itē videas ple-
roſq; in eccīa de ignobilibus nobiles
de paupibz diuites factos. ſubito intu-
meſcē: ꝓſtine obliuiſci abiectioīs. ge-
nus quoq; ſuum erubeſcere. et infir
mos dedignari parentes: videas ho
mines pecunioſos ad honoēs quoſ-
q; eccleſiaſticos et moꝝ applaudere
ſcītate. veſtiū mutacione non mētiū:
et dignos ſe eſtimare dignitate ad
quā ambigendo ꝑuenit meritis nū-
mi magis ꝙ vite. Thomas. Sup-
bus ignarus ē: ꝗ neq; deo ſuū intel
lectum ſubicit. ut ab eo eternitatis

cognicōnē pcipiat.neqȝ eciam ab ho-
minib⁹ addiſcē dignant.Et hec ꝯſpi-
ciunt veritatē ſpeculatiuā· Verita-
tem eciā affectiuam ſupbia directe im-
pedit·qꝛ dum ſupbi delectātur in p-
pria excellēcia:excellēciam verita-
tis faſtidiunt,puer·xi·Vbi humili-
tas ibi ſapiēcia·Greg·Supbi ꝛ ſe-
creta q̄dam intelligēda pcipiunt:
et eorum dulcedinē expiri non pnt·
Et ſi nouerint quō ſunt.ignorāt q̄-
modo ſapiūt·Supbia vſqȝ in finē
vexat ſeruos dei·Aug⁹·Hoc ē vlti
mū redeūtibus ad deum quod rece-
dētibus pmū fuit.vicȝ apoſtatare a
deo quod eſt iniciū ſupbie·

Cōtra tēptacōes ire inuidie ipa-
ciēcie indignacōis ꝛ amaritudis·Ca. 22·

Jheſus xp̄s·Diſcite a me:
qꝛ mitis ſū et humilis cor-
de·Nūi·12°·Erat moyſes
vir mitiſſim⁹ ſup oēs hoīes qui mo
rabantur in terra,ps·Diriget mā-
ſuetos in iudicio:docebit mites vias
ſuas·Item.In domino laudabitur
anima mea:audiant manſueti ꝛ le-
tentur·Item·Manſueti heredita-
bunt terram:et delectētur in multi-
pacis·Itē.vt ſaluos faceret ōnes
manſuetos terre·Item Suſcipiēs
manſuetos dn̄s·Item Exaltabit
manſuetos in ſalutem,yſaie·11·Ar-
guet in equitate pro manſuetis ter-
re.Item·vi·Ad annunciandū man-
ſuetis miſit me·Judith·xx·Humi-
lium ꝛ manſuetorum ſemp tibi pla
cuit deprecacō.Ecci·p°·Beneplacitū
eſt illi fides et manſuetudo,prouer·
iij·Manſuetis dabit graciam.Ecci·
ij·Ve hijs qui perdiderunt ſuſtinen

ciam:et dereliquerunt vias rectas:
et diuerterunt in vias prauas.Itē
iij·Fili in manſuetudine opa tua p-
fice:et ſuper hominū gloriam dili-
geris·Item·x·Fili in manſuetudīe
ſerua animam tuam:ꝛ da illi honorē
ſm meritum ſuum·Item·x·Reſpō-
de pacifica in manſuetudine·Item
·v·Eſto manſuetus ad audiēdum
verbum dei ut intelligas:et cum ſa-
piēcia proferas reſponſum verum,
ij·thi·ij·Seruū dei nō optet litiga
re:ſȝ manſuetum eē ad oēs,Itē·vi°·
Sectare māſuetudinē paciam ꝛc·
Eph·x·In māſuetudine cum pacīa
ſupportātes inuicē in caritate·Om-
nis amaritudo et ira et indignatio
et clamor et blaſphemia tollatur a
vobis cum omni malicia·Eſtote au-
tem inuicē benigni miſericordes.do-
nantes inuicem:ſicut et deus in cri
ſto donauit vobis·Jaco·p°·Sit om-
nis homo velox ad audiendū.tard⁹
autem ad loquēdum:et tardus ad
irā·Ira em̄ viri iuſticiam dei n̄ ope-
ratur,Pter qd abicientes ōnem im-
mundiciaȝ et habūdanciaȝ malicie
in manſuetudine ſuſcipite inſitum v-
bū:quod poteſt ſaluare animas ve-
ſtras,Yſa·33·Ve qui pdaris:nōne ꝛ
ipſe pdaberis:Et qui ſpernis:non-
ne et ipſe ſpneris:Cū conſūmaue-
ris depdacōnē.depdaberis·Cū fati-
gatus deſieris ꝯtēpnere.ꝯtēpneris,
pū·29·Vir iracūdus puocat rixas:
et qui ad indignandū facilis ē.erit
ad peccata procliuior.Eccias·ſexto
Verbum dulce multiplicat amicos:
et mitigat inimicos.Et lingua eu-
charis in bono homine habundabit·

dabit Iḗ·31· Non deſpicias ꝓximū
in iocūditate illius: nec verba ĩꝓꝑē ij
dicas illi/32· In multis eſto quaſi
neſcius: et audi tacēs. Ecci·14· Sē
per iurgia q̄rit malus: angelus āt
crudelis mittet̄ cō̄ eū. Iſa·lvij· Cor
ipij quaſi mare feruēs quod quieſc
ere nō poteſt: et redūdat fluctus ei⁹
in conculcationem et lutum· Non eſt
pax impijs dicit domin⁹ deus · Pax
hominibus bonevoluntatis· Sup
quem luſiſtis: ſup quem dilataſtis
os·et eieciſtis linguā: Juſtus perit
et non eſt qui recogitet in corde ſuo:
et viri miſericordie colligūt̄ q̄ꝛ non
eſt qui intelligit. Nū q̄d nō ſup hijs
indignabor ait dominus. Ecci·ij°· In
huilitate pacientiā habe; ps̄ ix· Pa
cientia pauperꝝ nō ꝑibit in finem; ps̄·
69 Tu es pacientia mea domine; 16·
Ab ip̄o pacientia mea · Luc̄·8· Qui
verbū ſuſcipiūt in corde optimo: fruc
tū afferūt in paciētia Luc̄·21· In pa
ciētia veſtra, poſſidebitis aīas vr̄as.
ij·cor̄·6· In multa pacientia exhibe
amus nos ſicut dei miſtros ꝛc̄; ps̄·
33· Multe tribulotiones iuſtoꝝ: ꝛ de
omnibus hijs liberabit eos dn̄s. He
b^e·x· Pacientia nobis neceſſaria ē.
Iḗ·xij· Curramus ꝓpoſitū nobis ē.
tamen: aſ·i·ꝛc̄. Qui ꝓpoſito ſibi gau
dio ſuſtinuit crucē ꝯfuſione ꝯtēpta.
Recogitate cū qui talem ſuſtinuit a
pc̄cōrib⁹ adūſum ſemetip̄m cōn̄dcō,
nem: vt n̄ fatigemī animis veſtris
deficientes, Iac̄·1· Pacientia opus
ꝑfectū habet · Iḗ v· Ecce bt̄ificamus
eos qui ſuſtinuerūt. Sufferēciā iob
audiſtis: et finē dn̄i vidiſtis; ij·pe·1·
Miniſtrate in abſtinencia paciētiā.

Iob·v· Puulū occidit iuidia: virum
ſtultū inficit iracūdia, ꝓu·14· Pu
tredo oſſiū iuidia. Eccs. Aīadūti oēs
labores hominū ꝛ induſtrias patē
inuidie ꝓximi, Sapiē·ij· Inuidia
āt diaboli mors introiuit ī orbem ter
rarꝝ: imitāt̄ āt illū qui ſūt ex pte il
li⁹, Leuit̄·19· Non facies calūpniam
ꝓximo tuo: nec vi opprimes eū· Nō
oderis frēm tuū in corde tuo: ſꝫ publi
ce argue eum: nec habeas ſuper illo
peccatū Non q̄ras vltionem: nec me
mor ^ciuis^ iniurie ciuiū tuorū, Ma·6· Si
dimiſeritis hominib⁹ peccata eoꝝ:
dimittet vob̄ pr̄ vr̄ celeſtis peccata
vr̄a. Mat·v· Audiſtis· q̄ꝛ dictū eſt
antiquis Non occides. Ego autē di
co vobis: q̄ꝛ omnis qui iraſcit̄ fratri
ſuo reus erit iudicio· Qui autē dixe
rit racha: reus erit ꝯſilio · Qui autē
dixerit fatue: reus erit iehēne ignis.
Audiſtis q̄ꝛ dictū ē, diliges ꝓximū
tuū: et odio habeb̄ inimicū tuū· Ego
autē dico vob̄. Diligite inimicos vr̄os:
bn̄facite hijs qui oderūt vos. et orāte
ꝓ ꝑſequēntibꝫ et calūpniātib⁹ vos:
vt ſitis filij patris veſtri qui ī celis
eſt · q̄ ſolē ſuū oriri facit ſup bonos
et malos: et pluit ſup iuſtos et iniu
ſtos Si enī diligitis eos qui vos di
ligūt, quā mercedem habebitis. Non
ne et publicaī hoc faciūt: Eſtote er
go ꝑfecti: ſicut et pater vr̄ celeſtis·
ꝑfectus eſt. Mat·18· Sic faciet vob̄
pater meus celeſtis: ſi non remiſei
tis vnuſquiſq̄ꝫ fratri ſuo de cordi
bus vr̄is: id eſt tradet tortorib⁹. q̄ad
uſqꝫ reddatis vniūſū debitū. Itē ecci·
28· Homo hoī ſeruat irā: et a deo q̄
rat medelā; ꝑ Iohānis·ij· Qui odit

frēz ſuū ī tenebˀs ē vſq; adhuc. Qui frēz
diligit ſuū ī lūīe pmanet: ⁊ ſcādalū ī
eo nō ē. *Itē iiijᵒ caᵒ.* Kmi diligaꝰ nos
īuicē. qꝛ caritas ex deo ē: et oīs q̄ dili-
git frēz ſuū ex deo ē. et cognoſcit deū.
Kmi ſi deꝰ dilexit nos: ⁊ nos debemꝰ
alterutꝝ diligē. Si quis dixerit qm̄ di
ligo deū et frēm ſuū odit: mēdax eſt
Qui eñ nō diligit frēz ſuū quē videt:
deū quē ñ videt quō pt diligē. Et hoc
mādatū hēmꝰ a deo: vt q̄ diligit deum
diligat et frēz ſuū. Deus caritas eſt.
*Dñs ad mech.* Qui cordis ⁊ corpoīs
reqēm deſideāt ɔſeq̄. oꝫ qꝫ hūilis ſit ⁊
mitis. et vt in amore q̄ me in ēis oīb affa
bilē exhibui et benignū: talē oībꝰ ſe
demōſtret. *Itē.* In q̄cūq; aīa crux nō
ē idē tribulatio: nulla paciā ē. Et vbi
paciā nō ē ſalꝰ nō ē. *Thōs p̄ma 2ᵉ. q.
6j.* Paciā dr hēē opus pfectū in to-
lerātia malorꝝ: in q̄bus ñ ſolū exclu
dit iniuſtā vindictā quā eciā exclu-
dit iuſticia. nec ſolū odiū quod facit
caritas. nec ſolam irā q̄ facit man
ſuetudo: ſꝫ excludit triſticiam inordi
natā q̄ eſt radix oīm p̄dictoꝝ: ⁊ ideo
in hoc ē perfectior et maior qꝫ in hac
mateia extirpat radicē. Nō tñ ob hᵒ
ē ſimplicit̄ pfectior oībꝰ alijs v̄tutibꝰ:
qꝛ fortitudo nō ſolū ſuſtinet omnes
moleſtias abſq; pturbacōe q̄d ē pa-
ciētie: ſꝫ eciā ingerit ſe eis cū opus fu-
erit. et in hoc precellit. *Auguſtinus.*
Ira quātū me fert opinio. eſt turbu
lentus appetitus auferendi ea que
facilitatem actionis impediunt. Id-
circo plerumq; non hominibus tan
tum ſed calamo iraſcimur in ſcriben
do: eumq; collidiꝰ. atq; frangimus:
et aliū inſtrumento quilibet. ex quo
difficultatem ſe pati arbitrat̄. Hac
ēt aſſiduitate iraſcēdi fel creſcē eciā
medici affirmant: cremēto autē fellis
rurſus ⁊ facile et ꝓpe nullis cauſis
exiſtentibus iraſcimur. *Idem.* Sic
acetū corrūpit vas ſi diuciꝰ ibi fu-
erit: ſic ira corrūpit cor ſi in alterum
diem durauerit. *Idem.* Furor eſt ira
breuis: que non tam ex malicie ꝓpo
ſito. q̄ꝫ euentu ſubito contingit. *Idem
in regula* Lites ā nullas habeatis ā
q̄ꝫ celerrime finiatis: ne ira creſcat
in odium et in trabem de feſtuca: et
animam faciat homicidam. Sicut
enim legitis. Qui fratrem ſuū odit:
homicida eſt. Quicūq; conuitio vel
maledicto vel criminis obiectu aliq̄;
leſerit inuicē ſibi debita relaxare de-
bebunt ꝓpter orationes veſtras: q̄s
vtiq; quanto crebriores habetis tā
to ſanctiores habere debetis. *Idē.* Me
lior eſt autem. qui quāuis ira ſepe
temptetur tamen impetrare feſtinat
vt ſibi dimittat an ſe feciſſe cognoſ-
cat iniuriā: q̄ꝫ qui tardius iraſcit̄ et
ad veniā petendā tardius īclinatur.
Qui autē nunq̄ꝫ vult petere veniā
aut nō ex animo petit. ſine cauſa eſt
in monaſterio: et ſi inde non ꝓiciat̄.
*Idem.* Ira oculum turbat. odium ge-
nerat. Nulli iraſcenti ira ſua videt̄
iniuſta. Ira enim inueteraſcens ita
ſit odium: dummodo q̄ſi iuſti dolo-
ris admixta dulcedo diuciꝰ eam in
vaſe detinet. donec aceſcat. vaſq;
corrumpat. *Idem.* Iram fratris tunc
tu portabis cum tu aduerſus eum
nō ~~homodo~~ iraſceris: Ut rurſum il-
lo eo~~dem~~ tempore quo ~~tempore~~ te i-
ra preoccupauerit ille te lenitate et

ꝛ trāquillitate ſupportet. Ber. Video
qđ multū doleo. poſt ſpretā ſcli pōpā
nōnullos i ſcola huilitatis ſupbiā
magis addiſcere. atqꝫ ſub alis mitis
humiliſqꝫ mgrī grauiꝰ inſoleſcere: ꝛ im-
pacientes amplius fieri in clauſtro
ꝙ fuiſſent in ſclo. Quodqꝫ magis pu-
ſum eſt. pleriqꝫ in domo dei nō paciū-
tur hri contemptibiles: qui in ſua non ni-
ſi contemptibiles eſſe potuerūt. Aug.
Nimis dolendum eſt. quod cū apoſ-
toli nec horribilibus tormentis po-
terant a caritate dei ſeparari: nos inte-
dum ocioſis fabulis ꝛ ſepe pro uiliſſimū
ꝯuitium. ymmo quandoqꝫ ꝓpter ſig-
num ita derelinquimus caritatem:
vt non ſolum multis diebus. ſed eci-
am menſibus nec loqui nec amicici-
am habeamus. Seneca. Magnam
virtutē putat: ſi quis vba deuorare
ſciat. Addit quidam. ꝙ nō minor ē
digerere: ne eructuare incipiāt in peiꝰ.
Greg. Pacientia vera eſt: q̄ et ipſū
amat quē portat. Nam tolerare ꝛ odi-
ſſe nō eſt virtus mānſuetudinis: ſꝫ vela-
men furoris. Ille ſiquidē vere pfcūs
eſt: qui erga imꝑfectionē ꝓximi im-
paciēs nō ē. Abel eſſe renuit: quē ca-
yn malicia nō exercet. Hij ergo ve-
raciter boni ſūt: qui in bonitate ꝑſiſ-
tere eciā inter malos pnt. Tul. de ami
cicia. Turpe ē maxiē hoī virtuoſo reci-
pere iniurias. et odioꝝ ſopitos cinēs
denuo ſuſcitare. Memoria bñficioꝝ
labilis ē. iniuriaꝝ tenax. Viri boni eſt
ſcire pati. De hoc ita legi in nobiliſſi-
mo libello quaſi exhortorie nos all-
oquēte ac dicente. Solēt dilectiſſi-
mi. reges legem dare ſuis ſubiectis.
leges inſtituere. ꝑcepta imponē. q̄-

bus et bonos inquietis diuturnitate
pacificādo conſuerūt. et malos a leſi-
one bonoꝝ terrendo cohercēat. Nrā ve-
ro lex amor eſt. ius noſtꝝ beniuolē-
cia eſt: ꝑcepta nrā ſunt benefacere.
ſeruire. dare oībus tam bonis ꝙ ma-
lis: vt hijs beneficijs et bonos in pa-
ce et beniuolēcia nrā iugiter teneamꝰ.
et malos a leſione nrā retrahamꝰ:
taliqꝫ eos ultione a malefaciēdo cō-
peſcamus. Qui tamen ſi nec nos ſic
deſierint ledere. illis quidem leſionis
malum imputabitur: nobis vero erit
pro lucro et grādi ꝓfus cōmodo ce-
det. ſi modo eis bonum ꝓ malo ſem-
per reddere meminerimus. Nec iam
inimici. ſꝫ maximi amici ꝛ eo nobis
adiutores erūt: dum nobis occaſio-
nem corone celeſtis ꝓmerende pre-
bent. Ergo ſicut reges huius ſeculi
ſuos ſibi hoſtes bellando ſubigere
atque in ſuum contendunt ſeruiciū
redigere: ita et nos tolerando bene-
faciendo noſtros in noſtrum famu-
latum retorquemus inimicos: dum
per eorum ſeuiciam et a malis que
commiſimus purgamur. et bonis ce-
leſtibus dona dotamur. Eant igi-
tur illi. preparent arma: currus et
equos querant. exercitus congre-
gent. milites inſtruant: ferro indu-
ti. armis onuſti. huc illucqꝫ diſcur-
rant: vociferacione vlulatu. ac tuba-
rum clangore nubes ipſas pulſent:
mutuis ſeſe vulneribus lanient. cru-
oris riuos currere faciant: nos ī do-
mibus noſtris ſedentes vel in cubi-
libus iacentes ac multa cum pace
ꝛ mentis quiete degentes. multo me-
lius ꝙ illi pugnamꝰ: et lōge excellēciꝰ

triumphamus· Poſtquam enĩ hec omnia fecerint: poſtquam vrbes et caſtella ſubuerterint. et multas ſibi gentes et regna ſubiugauerint: ſi q̃liter contra vitia ſua dimicent interrogentᷓ: turpiter eos ac quoſlibet eorum eciã minimo ſuperati inuenies: in tantum vt peccatum illud quod pauperes quiqꝫ et ruſtici facile qũt euincere: illi ſi eos perquiãs facientur nullomodo poſſe ſuperare· Quid igitur? Illi his omnibus laboribus ſuis penam acquirũt eternã: nos cum iocunditate et leticia ſpirituali celeſtem lucramur gloriam· Reges et principes theſaurizãt ſibi theſauros auri et argenti. gemmarum et aromatum: congregant ſibi vaſa preciosa· veſtes perigrinas. ornamenta exquiſita· multiplicãt poſſeſſiones. familias· domos diuicias· Nos pro hijs delectamur in teſtimonio bone conſcientie· in ſanctitate innocentis vite· in puritate voluntatis bone· Multiplicamus intrinſecus bonorum morum diuicias ſanctorum operum: theſauros ſpiritualium cogitationũ· Illi volunt habere quam plures ſeruos et ancillas· qui eis ad cunctos nutus obediãt: et ĩ omni cura et delectatione carnis obſequantur. Nos glorioſius ad ſaluatoris exemplum maluimus miniſtrare q̃ miniſtrari· ſubici q̃ preeſſe· obediẽ q̃ iubere: pro delectatione vero carnis in ſpiritualibus delectamur delicijs: dum nos delectat ſcripturarum profunda inueſtigare et veritatis noticiam ab ymo elicere: dum diuinis laudibus et ymnis libet magnam diei partem noctiſqꝫ occupare· et in vocis melodia ĩternam querere dulcedinem: dum placet eciam angelorum conuerſationem mẽtis perquiſitione indagare. et glorie ad quam ſuſpiramus vel vmbram aliquam ſeu vltima quedã veſtigia perſcrutari: dũ in ipſi9 diuinitatis maieſtatem mens audet aliquando oculum figere: et ex illa ineſtimabili ſuauitate quippiam vel tenuiter guſtare. Abſit enim vt religioſus quiſqꝫ carnali qualibet iocunditate ſuam paciatᷓ reſolui mentem· et quod deo debet. carni tribuat: vt videlicet a ſpirituali dulcedine mentis intuitum auertens ad corporea illum lenocinia retorqueat: cum tam multa et varia nobis ſpiritalia bona diuina preparauerit prouidentia: in quorum mirifica delectatione mens die noctuqꝫ· detineatur humana: ſicut ſcriptum eſt· Multa feciſti tu domine mirabilia tua: et cogitationibus tuis nõ ẽ qui ſimilis ſit tibi · Et qui hijs vigilanter intendit facilius ſeculi blãdimenta faſtidit: ac eius aduerſa non ſolum pacienter ſed eciam libẽter tanquam ſibi a deo tranſmiſſa ſuſcipit· Item in alio quodam tractatu notabili ſic legi de hac ſcã et pfecta paciencia · Diuina voluntas rectitudinis regula eſt. ad quam omnis fortitudo noſtra rectificanda et regulanda eſt: omniſqꝫ re voluntas mortificari et annullari debet que huic equitati voluntatiqꝫ diuine non congruit· Huius exemplum prebuit nobis ſaluator dicẽs. Pater ~~non mea ſed tua volũtas fiat~~

nō mea.ſ; tua volūtas fiat. Dicam⁹
igit̄ et nos. Pr̄ ſummum gaudiū m̄
eſt te iuuante: vt impleatur volun-
tas tua in me Dicamus ꝑinde cunc-
tis aduerſarijs noſtris. Nichil me
leſiſtis kariſſimi frēs et amici. nec
quicq̄ michi nocuiſtis ſed plurimū
iuuiſtis: quia voluntatē patris mei
ſemꝑ michi beneplacitā erga me fe-
ciſtis. coronamq; paciencie adaux-
iſtis: aut ad omne minus. grauem
penitentie ſatiſſactionem. ad quā hic
aut in futuro tenebar michi leuio-
rē reddidiſtis. Hic ergo ꝑſecutoribz
noſtris nedum non moleſti eſſe de-
bem⁹ ſ; grati. cum videam⁹ eos mi-
niſtros eſſe inter deum et nos: ut eo-
rum miniſterio ꝑficiatur ī nobis vo-
luntas dei. Hoc eſt quod beatus gg̃.
dicit: ſcilicet q̄ lucꝝ facere de inimi-
cis poſſum⁹ ipſos diligendo. et hoc v-
tiq; ſaluberrimū eſt: qñ eciā ipſi q̄ nos
ꝑſequūt ſi volumus amici noſtri ſūt
et adiutorēs. lic; hoc ipſi nō intēderūt.
Conſtat enī quod domin⁹ de⁹ mich
il vult. aut ꝑmittit nobis accidere
aduſitatis: niſi fuerit ꝓ bono nr̃o.
Hec ſi diligent̄ attēderem⁹ de nul-
lo ꝯtriſtaremur. nulli iraſcēmur eci-
am ad horam: ſed pocius reputare-
mus nos obligatos cuilibet nob in-
iuriāti. Hinc beatus gregorius. 33.
mō. exponens illud iob. 20. Memē-
to belli et vltra non addas loq̄: di-
cit Si impetentem te occulti aduer-
ſarij gladium ꝑſpicis: flagellū pa-
tris nullatenus ꝑhorreſcis. Vides
enim quali flagello te ferio: ſed intu-
eri negligis a quāto te hoſte flagel-
lando liberum ſeruo. Tanto te ad

diſciplinam patris exhibe tacitum:
quāto te ꝑſpicis ad bella hoſtis in-
firmū. Dum ergo me corripiente per-
cuteris vt equanimiter feras hoſtē
tuum ad memoriam reuoca. et durū
non eſtimas omne qđ pateris: dum
ext̄nis cruciatibus ab interna paſ-
ſione liberaris. Criſ. Melius ē odi-
um ꝓpter deum: quam amor qui eſt
ꝓpter ipſum. Cum enim ꝓpter deum
amamur debitores dei ſumus: cum
vero odio habemur ꝓpter ipſum de-
bitorem facimus nobis deum. Ber.
Omnino ſufficit aduerſum os loq̄n-
tium iniqua. opinio bonorum cum
teſtimonio conſciencie. Bona ꝑfecto
conſolatio cum blaſphemamur a ma-
lis benefacientes: ſi rā diligant nos.
Auguſti⁹. Miteſcere eſt nō contra
dicere diuine ſcripture ſi aliq̄ vicia
noſtra percutit: ſiue non intellecte
quaſi nos rectius et melius ſapere
et precipere poſſemus. Oportet ergo
non ſolum erga proximum ſed mul-
to fortius erga deum eſſe pacientē:
ad quem omnia referre debemus.
Ambroſius. Illud eſt magnificum
ſi ſubiectus contumelijs iudiciū dei
laudes: ſi vexatus egritudine iudici-
a dei deprecēris: ſi te inopia non re-
uocet. quo minus laudes iuſticiam
dei. Auguſti⁹. Fili ſi ploras: ſub prē
plora. Noli cum indignacione: Noli
cum typo ſuperbie quod pateris ſuf-
ferre. Unde plangis: medicina eſt
non pena Noli repellere flagellum:
ſi non vis repelli ab hereditate. No-
li attendere quam penam habeas ī
flagello: ſed quem locum ī teſtamē-
to. Omnes iniquitates que ſunt in

Omnes iniq̄tates q̄ fiūt in t̄ra ad tē
pus. oēs felicitates hoīm maloꝝ. ō
nes labores iustoꝝ. meditāti die ac
nocte legē dei nulli sūt: et toleāt oīa.
Noli in te ꝯfidere. noli de te p̄sumē: ꝭ
dic deo tuo. tu es pac̄ia mea dn̄e. Vir
tus em̄ q̄ pac̄ia dr̄ tm̄ magnū dei do
nū ē: vt eciā ip̄i⁹ q̄ nobis eā largit̄
pac̄ia p̄dicet̄. Per facile ē veste ꝯtēp
tā hr̄e. īclinato capite icedē. velū sup
oculos dimittē: ꝭ verū hūilē iniurie
ostēdūt. Pac̄ia igit̄ vera. pac̄ia religi
osa. pac̄ia xp̄iana ab ip̄o ē. a q̄ ē oē
donū pfcm̄. a patre luminū: apud
quē nō ē trāsmutatio nec vicissitu
dinis obūbratio. Nō ꝙ ōnes v̄tutes
exc̄iant̄ p pac̄iaꝫ. Nota ꝙ gn̄aliter
loq̄ndo. hec noīa clemēcia. māsuetudo.
mititas. pietas. benigtas. beniuolen
cia. pac̄ia. leitas. sufferētia. hūaitas
cū similib⁹ videt̄ idē siḡficaē q̄si sint
una v̄tus: tn̄ dr̄nt int̄ se multū. Pro
q̄ est aduītēdū. ꝑ sc̄m thō: in 2a. 2e: ꝙ
v̄tutes morales ordināt̄ ad bonum
inḡtū ꝯꝑuāt bonū rōis ꝯtra īpetus
passionū. Dicit̄ em̄ 2o. eth.: ꝙ virtus
moralis ꝯsistit circa passiones et ac
tiones. Passiōes āt interiores. sūt ac
tionū ext̄ioꝝ p̄ncipia. ā ec̄ īpedimen
ta. Et ideo v̄tutes q̄ moderāt̄ passio
nes. q̄dāmō ꝯcurrūt in eundē effc̄m
cū v̄tutibus q̄ moderātur actiones:
licet specie differāt. Sicut iusticia
ꝓhibet furtum puniendo: liberalitas
largiendo. Eundē effectū intēdit rex
a dux ī exercitu sciꝫ ordinaē milites:
licꝫ diuīsa ꝯsilia seq̄nt̄. Ita quo ad i
ram que est passio valde vehemens
nō sufficit vna virtus ad moderati
onē eius: ꝭ plures requirunt̄. Quia

enim ira est appetitus vindicte. ideo
requiritur primo mansuetudo q̄ ip
sum appetitum vindicte refrenet.
Secūdo requiritur clemencia mode
ratiua exterioris punitionis. Vnde
nota. ꝙ quia naturalius est homini
appetere vindictam iniuriaꝝ illata
rum q̄ꝙ ab hoc deficere: eo ꝙ vix ali
cui nimis parue videtur iniurie sibi
illate vt salustius dicit: ideo virtus
nominatur a diminutione ire poci⁹
q̄ꝙ a superhabundantia. Rarissimus
em̄ est qui deficit ab irā quasi ob hoc
defectuosus moraliter: ideo non est
necesse apponere remedium vt sciꝫ
quis assuescat ad irascendum. ꝭ po
cius econtra. Hinc philosophus in
quarto ethicoꝝ dicit. ꝙ habitus qui
mediū tenet in ira est īnominatus
ꝓpter raritatem: quem tamen nos a
diminutione ire denominamus sciꝫ
nomine mansuetudinis. Mititas
autem nominatur magna quies a
nime: quam nulla passio perturbaē
potest. Vnde dicitur mitis quem mē
tis amaritudo nō afficit. Et nota ꝙ
mititas siue mansuetudo. quandoꝫ
dicitur virtus. quandoqꝫ beatitudo.
quādoqꝫ fructus: quod nō est incon
ueniens: q2 beatitudines sūt actus
v̄tutū. fructus autem sūt delectatio
nes de actib⁹ v̄tutū. Omnia hec ꝯtra
passionem ire. Ecc̄i. xl. Tibie a psal
lentiū suauem faciūt melodiā: ꝭ sup
vtraqꝫ lingua suauis. Benignitas
āt videt̄ ptiere ad opac̄oem. Vn̄ ꝓs
dicit: ꝙ benign⁹ est vir spōte ad bn̄fa
ciēdum paratus. a dulcis ad eloqui
um. Et adronicus dicit, benignitas
est habitus voluntarie benefactiuus

Caſſ. Ornamentũ omniũ bonoꝝ ē
ſincera benignitas:q̄ nūq̄ ē ſola:qꝫ
de v̄tutibus cognoſcit̄ eſſe generata.
Beniuolēcia vero eſt actus volūta-
tis ſicut dilectio:ſꝫ ĩ hoc differt.q2 ꝺ
non eſt cōpleta amicicia ſed p̄ncı-
piũ eius:q̄ſi motio q̄dā p̄cedens ad
amorem. Paſſio em̄ amoris nō ſubi
ito exorit̄ ſicut ira:ſed per aliq̄ aſ-
ſiduam inſpectionē rei amate. Pie-
tatis ecīā donum quandā conuenīē-
ciam habet cum iſtis:ſicut Aug. dic̄.
ꝙ pietas ꝯueīt mitibꝫ. Paciētia vēo
ordinat̄ contra paſſionē triſticie:ſi-
cut fortitudo contra timorem. Ptinet
em̄ ad fortē viriliť aggredi ſ̄ dicta-
men recte rationis:ad ſuſtinendum
ſũma pericula q̄ ſūt circa mortē.et ñ
timere. Sed ad patientiam ptinet
eq̄nimiter ꝑpeti penas que ab alijs
inſligunt̄ et non deficere:nec triſta-
ri de illis ꝑpter bonũ v̄tutis et meri-
tum qđ inde ꝓuenit. Et ſic pꝫ ꝙ pa-
tiencia adiūgit̄ fortitudini:ſicut v̄tꝰ
ſecūdaria p̄ncipali. Non em̄ ſufficit
fortiter ꝗ impauide accedere:ſꝫ eciam
requirit̄ vt non deficiat quis ꝑpter
p̄ſencium penaꝝ triſticiam vel dolo-
rem. Patet ergo quod ad patienciā
pertinet:vt ꝑpter huiuſmodi triſtici-
as quantecumqꝫ ſint.homo non re-
cedat a bono virtutis. Verum ſicut
ad mitigandam paſſionem ire plu-
res virtutes ordinantur:ſic eciā ad
triſticiam q̄ ĩuidie ſiue odio vicina
eſt genitrixqꝫ accidie. Nam temperā-
cia ordinatur ad refrenandum triſ-
ticiam que oritur ex abſtinencia ci-
borum vel venereorum. longanimi-
tas ad exſpectanda bona ꝓmiſſa.

eo ꝙ ſpes q̄ differt̄ affligit aīaꝫ.con-
ſtācia ad tolerācia laboris quē hō ſu-
ſtinet ĩ ꝯtinuata execucōe boni ope-
ris:eo ꝙ vir fidelis crebro cōtriſtat̄
ĩ exercitatiōe ſua a facie inimici:et
a t̄bulacōe peccatoris. Inueniūt̄ ec̄
alij t̄mini ĩ ſac̄ ſcriptura ad idē deſ̄-
uiētes:viz ſufferēcia q̄ ad leuia offē-
dicula referri p̄t.ſ̄m illđ .ij. cor̄ .ij. li-
bent̄ ſuffertis incipiētes. Suſtinen-
cia.q̄ ad maiora.ſ̄m illđ .i. thi .i. me-
mores fidei vr̄e laboris ⁊ caritatis ſu-
ſtinēcie ſpei. Supportācia.q̄ ad inſir-
mos refert̄.q̄ ñ pñt facē debitũ ſuũ:
ſ̄m illđ .ij. corĩ .xi. ſꝫ ⁊ ſupportate me.
Ephe .iiij. ſupportantes ĩuicē ĩ ca-
ritate. Et licet ſepe vnum portatur p
alio:tamen ſ̄m hunc ſenſum omnia
hec ordinantur cōtra paſſionem t̄ſ-
ticie que mordax valde eſt ſi non be-
ne reguletur:et multas occaſiones
habet ebulliendi cōtra rationem. Ip-
ſa enim mortem operatur:vt dicitur
.ij. corĩ .A. Et ecclesi .3o. multos occi-
dit triſticia. Et nō ē vtilitas in ea ſi-
cut in alijs q̄buſdam paſſionibus:q̄
ſaltem ad aliquid vtiles ſunt. Hinc
Auguſtinus dicit. Paciencia hom̄is
eſt q̄ mala equo animo toleramus
ideſt ſine pturbatione triſticie:ne aĩ-
mo iniquo bona deſeramus p q̄ ad
meliora ꝑueniamꝰ. Et apđ gētiles pa-
ciencia imēſe laudis extitit. Vñ dic̄
tulliꝰ ꝙ paciā ē hoēſtatis ac vtilita-
tis cā.volūtaria ac diutna ꝑpeſſio re-
ꝝ arduaꝝ ac difficiliũ. Vbi tñ ē notā-
dũ ꝙ paciā gētiliũ l̄ hoīm ĩ pecc̄o mor̄-
li exn̄tiũ ñ ē meritoria et̄ne vite:qꝫ ñ p-
cedit ex aōre ſupnāli .i. caritate:ſic̄ il-
la de q̄ d̄r ĩ p̄s. tu es paciā mea .ſ. deꝰ.

Criton. Ab ipõ ſcʒ deo eſt paciā mea
Et ap⁹. Caritas paciens eſt. Sed
q̃ ꝓcedit ex viciosa ɔcupiſcētia: ſicut vi-
demus in naturā corruptā: in q̃ dñatur
ɔcupiſcētie inclinatio: apli⁹ ꝙ rōꝫ q̃ ꝓcedit
ex zelo v̄tutū politicaꝝ: ꝙ bonū v̄tu-
tis politice nō ē ſup̄ naturā ſ; ē ɔme-
ſuratū nature hūane: ꝛ nō abſʒ auxi-
lio gr̄ie grātūfacientis p̄t volūtas hūa-
na in illd̄ tēdē licet nō abſqʒ auxilio
dei. Aut ꝓcedit ex amore quo homo
naturaliter diligit ſuā carnem: vnde
aliq̄ ꝓpter ſanitatē corporis recupā-
dam ḡuia q̄dam ꝛ amara patiunt̄.
Ex q̄bus notabilit̄ ɔſiderari p̄t mul-
tiplex ſoluciō q̄rūdam argumentoꝝ
q̄ in moralib⁹ ſiunt de difficultate ac-
tuū hūanoꝝ: viʒ ꝙ puū op⁹ naturā
in ſeruitio dei ḡuat: ſ; in ꝓpria ɔcupiſcē-
tia eciā ḡuis labor delectat. Racio iā
dcā eſt. Nemo enī opat̄ niſi ad ali-
quod reſpiciat: ꝙ ergo fides in ſola
ꝛ tñ myſtia fidei ratione ē. neqʒ rō ipā cōp̄hendit. ſ;
q̄ſi captiua ei ſubſeruit: ideo pʒ ꝙ to-
ta natura iſta deſtituta nitit̄ contra
motionē fidei q̄ſi gratis opet̄ et la-
borē ſuū ꝑdat: eo ꝙ quicq̄d ꝓmittit
ſup̄ eius capacitatē eſt: ꝛ in longin-
quū adhuc d̄ffert. Concupiſcēcia autē
in p̄ntī blandit̄: ꝛ eius obiectū effica-
cit̄ naturā ꝑlapſam mouē p̄t: q̄re ec̄
ſeq̄t̄ facilis obīa ſiue ad opandū ſiu
ad ſuſtinēdū. Hinc eſt ꝙ tā multi-
plex eſt exhortatio ſcōꝝ patꝝ ꝑ implo-
rāda gratia etiā in minimis: ꝙ oīo ē
ſup̄ facultatē nature aliq̄d poſſe face-
re vel pati qd̄ meritoriū ſit et̄ne vite.
Exemplū dat̄ de pōdē ḡui qd̄ ex nāli
robore nēo leuare poſſet: ſiue de rei
ſublimi loco poita. Ad hec leuāda t̄

attigēda null⁹ ꝑ ſe ſufficeret ſine in-
ſtrumētis vel ope alteri⁹. Sic in ma-
teria v̄tutū arduaꝝ et p̄cipue magnaꝝ
ſicut ſūt fortitudo et iuſticia et paci-
entia ē ſentiēdū: ꝙ difficillima ē p̄x-
is eaꝝ. et leſiua in p̄ntī: et premium
adhuc remotū et q̄ſi in longinq̄ ɔſti-
tutū. Ex q̄ ec̄ ſeq̄t̄ ꝙ q̄uis ſubliſſi-
me v̄tus paciē laudet̄ q̄ſi opus pfec-
tū hn̄s: tamē q̄ caute vult pficē nō
dʒ ſe īprouide ingerē ad p̄cticādā eā:
ſ; hūilit̄ ſeip̄m ī ſeipō metiri. ſemꝑ q̄ſi
ſibiipi ſuſpect⁹ de arduitate ei⁹. Et ſi
tūc occaſio ſe p̄beat. firmit̄ cōfidē de
auxilio dīne gr̄ie. q̄ rcē ꝛ nobilit̄ pa-
cientes n̄ ſinit tēptari vltra vireſ. fron-
toſe āt ſe ingērentes ſibi relinq̄re ſolet do-
nec ſciāt qm̄ nichil ex ſe pn̄t. Paciā
enī ɔpat̄ hbe. q̄ nō creſcit niſi int̄ tri-
bula et fulgura et repres et ſpinas:
int̄ quas nō ledi. diuine ſoli⁹ eſt mu-
nus ꝓtectionis. Gregorius. Nunq̄ eſt
paciē virtus in pſpeis. Ille vero pa-
ciens eſt q̄ in adūſis atterit̄ et tamē
a ſpecie ſue rectitudinis nō curuatur.
Ber⁹. Paupertatem equo animo ferre
virtus paciētie eſt: ſponte appetere
ſapiētie laus eſt. Sūt qui paupes
eſſe volunt. eo tamen pacto vt nichil
eis deſit: et ſic diligunt paupertatē vt
nullā paciantur inopiam. Sunt et
alij mites. ſ; ꝙ diu nichil dicitur vel
agitur niſi pro eoꝝ arbitrio: ſ; ꝙ lō-
ge ſunt a paciencia apparet ſi leuis
oriatur occaſio. Gregorius. Qui a
ſtatu pacientie ante linguaꝝ vul-
nera corruit. ſibi teſtis eſt quod con-
tra manifeſte perſecutionis gladios
non ſubſiſteret. Sed impacientes
aduertere ſūmopere debent. ꝙ dum

pturbationi ſue minīe obſiſtūt.eciā
ſi q̄ a ſe trāq̇lla mēte fuerāt geſta
tene.ↄfundūt:⁊ iprouiſo ipulſu de-
ſtruūt q̇cq̇d forſitā diu labore pui-
do ↄſtruxerūt.Orig.O tu q̇ re⁹es:no
ſi cum merore exiliū ſuſcipere. Non
enī meretris miaꝫ ſi iraſceris ad pe-
nam:qn̄ pocius intelliges te digne q̄
pateris ſuſtinere. Et cū te humilia-
ueris atqꝫ dixeris.iuſtū de te factū
iudiciū:forſitā miſericordiā ↄſeque-
ris ab eo q̇ pōt pt⁹ dāpnationē ad
p̊ſtinū te ſtatum reuocare. Criſ. p̄
mus gd⁹ paciē eſt nō icipere iniuſti-
ciaꝫ:ſecūdus poſtq̄ inceptū eſt eq̄li
bus non vindicari. Terci⁹ nō face-
re vexāti ea que paſſus eſt ſꝫ q̇eſcē:
Quartus tribuere ſeipſū in paciendo
mala: Quītus.et āplius tribuere q̄
ille vult q̇ fecit. Sext⁹ nō odio hrē
q̇ opatur: Septimꝰ eſt diligere: Oc-
tau⁹ bn̄facere:q⁹.p ipſo deuꝫ dep̄ca
ri. Greg. Tribus modis vtus paciē
exerceri ſolet. Alia nāqꝫ ſūt q̄ a deo:
Alia q̄ ab antiq̇ adūſario:Alia que
a pximo ſuſtinem⁹. A pximo nāqꝫ
pſecutiones dampna et cōtumelias:
Ab antiquo adūſario temptamen-
ta: A deo autē flagella toleramus.
Sed in hijs ōibus vigilanti ocu-
lo ſemetipſam debꝫ mēs circūſpice-
re.ne contra mala pximi protraha
tur ad retributionē mali:ne contra
tēptamenta aduēſarij ſeducat̄ ad
delectationē vel conſenſū delicti: Ne
contra flagella opificis pruat ad
exceſſum murmurationis. Auguſti⁹.
Sic ſub vno igne auꝝ rutilat. pa
lea fumat.et vbi palee cōminuunt̄
frumenta purgātur:ita vna eadēqꝫ
vis irruens.bonos pbat.purificat.
elicat:malos dampnat.vaſtat.ext̄-
minat. Unde in eadem afflictione
mali deum deteſtantur et blaſphe-
mant:boni deum precātur et laudāt.
pu.16. Melior eſt paciens viro for
ti. Gloſa quedam. Fortis multo la-
bore diuicias ſpirituales acquirit:
vigilando.ieiunando.⁊c. Paciens
ſine ſuo labore a peccatis abſoluit̄.
virtutibus ditatur:regnumqꝫ ce-
lorum adipiſcitur. Omnis ſiquidem
aduerſarioꝝ labor ſuū eſt lucrum:
ideſt vere pacientis. Ex ſūma virtu-
tū. Paciā cuſtos eſt virtutū:et quic-
quid alie acq̇runt ipſa conſeruat.
Et nota.q̄.nō minor eſt virtus q̄
q̄rere parta tueri. Extremū ſiq̇dem
bellum quod cōtra virtutes aduer-
ſari⁹ mouet.p fortiſſimā paciam vi-
citur:ſicut in ſanctis martiribꝫ patꝫ.
Unū p ↄn̄s veriſſiē dr. v. ſup:q̄ hō ve-
re paciēs a toto mūdo vinci non pt.
Un̄ glo. ſup illd iob.e. vbi ē fortitu-
do tua. Qui ſe vincit.cōtra oīa for-
tis ē. Seneca. Facili⁹ eſt gēte vnaꝫ.
q̄ vnū hoiem vincē. Hugo. Mag̃ v-
tus eſt ſi non ledas a quo leſus es:
magna gl̃a eſt ſi cui nocē potuiſti p
cas. Nobile vindicte gen⁹ eſt ignoſ-
cē victo. Caſſ. ſup pſ. Paciā religi
oſi viri.ē laboꝝ ac dolorum omniū.
ſpe futuraꝝ rerū et amore dn̄i.g̃ta
tolerācia. Paciā ōia vincit adū-
ſa.nō colluctādo ſꝫ ſufferēdo:nō mur-
murādo ſꝫ grās agēdo. Ipa ē q̄ ferē
toti⁹ voluptatis abſtergit: Ipa ē q̄ li
piadas aīas deo reddit. Ipa ut pſtātꝫ
da ēt form paciē:ſicut ouis ad occiſio-
nē duct⁹ ē. ſic ec ſaūli ei⁹ facē debent.

Contra tēptationes diſcordie. Jnpacabilitatis diſſenſiōis et alias q̄ pacē ꝑturbaē ſolēt. Ca. 23.

Dominꝰ Jh̄s xp̄s. Joh. 14. Pa
cē meā relinq̄ vobis: pacē meā
do vobis. Mat. v. Bt̄i pacifici: qm̄ fi-
lij dei vocabunť. Deut. xx. Si acceſ
ſeris ad oppugnādā ciuitatē offerās
eis p̄mū pacē. Mat. x. Jn q̄mcunq̃
domū intraueritis primū dicite pax
huic domui. et ſi fuerit ibi filiꝰ pacis
requieſcet ſup eā pax vr̄a: ſin autē ad
vos vi3 tāq̄ frēs vt rabaꝰ dt. reutet.
Yſa. 48. Nō eſt pax impijs dt dn̄s.
Eze. 13. Deceperunt populum meū di-
cētes pax pax et nō erat pax. Luc. 2.
Pax in t̄ra hoībus bone volūtatis.
Joh. 17. Stetit ih̄s in medio diſcipu-
loꝝ ſuoꝝ et dixit eis: pax vobis. Et i-
terū pax vobis. Heb. 12. Pacē ſeq̄mi-
ni cum omnibus et ſanctimoniā: ſinē
q̄ nemo videbit deum. Rō. v. Juſtifi-
cati igiť p̄ fidē pacē habeaꝰ ad deum.
Rō. 12. Cum ōībus hoībus pacē ha-
bentes quātū ex vobis ē rc. Ps. 119.
Cum his q̄ oderūt pacē erā pacificꝰ.
Aug. Tale bonū eſt bonū pacis: vt
in rebus creatis nil' grōſiꝰ ſolet au-
diri. nichil delctābiliꝰ cōcupiſci. et nil v-
tilius poſſideri. Spūs eni hūanꝰ nuſ
q̄ viuificat mēbra n̄ fuerint vnita: ſic
ſpūs ſcūs nūq̄ viuificat ecclīe mem-
bra ſi nō fuerint in pace vnita. Jeoꝰ.
Jnfelix ppl's dei nō p̄t in bono hr̄e tā-
tam cōcordiā: q̄ntā mali hn̄t in malo.
Greg. Si dei vocātur filij q̄ pacē fa-
ciunt: procul dubio ſathāe ſūt filij q̄ eā
cōfundūt. Vex nemo viēs ſuas ī pa-
ce cognoſcit. Si ei bella deſūt: v̄tutū
expimēta nō p̄deūt. Vn̄ cū p̄ re tre-
na pax a corde cū primo ſcinditr: liq̄
do appaēt q̃ res pluſq̄ p̄riꝰ amať.
Hilaiꝰ. Jn tātum hūane pacis xp̄s
ſtuduit cōcordie. vt vnitatis merito ō-
nia q̄ a deo p̄cāda ſūt ī petrāda eſſe
cōfirmet: et vbi duo vel tres pari ſpi-
ritu et volūtate collā ſūt: ibi ſe medi-
um eoꝝ polliceať futuꝝ. Leo papa.
Tunc ē vera pax hoīs et vera liber-
tas: quādo et caro animo iudice re-
giť. et animꝰ deo p̄ſide gubnať. Hec
ē vera pax. a dei volūtate nō diuidi:
et ī his q̄ ſoliꝰ dei ſūt delctāri. Quādo
eni ſenſualitas nulla parte reſiſtit
volūtati et volūtas nulla p̄te cōtra-
dicit rōī: tūc ē ſerenitas mētis et tūc
ē regimē dei. Caſſiodoꝰ. Pax ē cōcor-
dātiū in bono animoꝝ ordinata trā-
q̄llitas. Hoc ē cōcordiā hr̄e cum mo-
ribus p̄bis a litigaē cum vicijs. Pax
falſa cū conſcientia ſemp litigať: rix-
atur intrīſecus: a cum hoſtem nō ha-
beat ſecū decertat. Sed vera pax ē
quā apoſtolꝰ p̄cipit dicēs: habeatis
vnitatē ſpūs in vinculo pacis. Nec
inueīri p̄t forma expſſioꝛ cōuſatiōis
angelice: q̄ vnitas ſocialis. morum
honeſtate veſtita. Auguſtinꝰ. Pax
eſt ſerenitas mētis: trāq̄llitas animi.
ſimplicitas cordis: vinculū amoris.
cōſortium caritatis. Hec eſt q̄ ſimultates
tollit. bella compeſcit. iras comprimit:
ſuperbos calcat. humiles amat: diſ-
cordes ſedat. inimicos concordat.
Cunctis eſt placida: neſcit extolli: neſ
cit inflari. Hanc qui accepit teneat.
qui perdidit repetat: quoniam qui in
eadem non eſt inuētus. a patre ab-
dicatur. a filio exheredatur: nichil-
ominus a ſpiritu ſancto alienus.

efficiť. nec ad hereditatē dn̄i poterit ꝑ-
uenire. q̄ teſtamētū pacis noluerit
obſeruare. Nō ſm̄ ſcm̄ thomā ꝙ ſūt di
uſa vicia et pcc̄a q̄ cōtrariant̄ bono
pacis. q̄ꝛ q̄dā ſūt ī corde. q̄dā in ore.
q̄dā in ope. Tātū ſiq̄dē ē bonū pacis:
ut vbi pax ē. ibi deꝰ et ecōuerſo. Eſt
eciā ſecurū in pace ſeruire deo et fa-
cile. et ecōuerſo. Nō eſt ergo mirū ꝙ
diuerſas tēptacōes antiquꝰ hoſtis
contra ipſam ꝓparat. Pmo igiť ſe-
minare conať diſcordiā. ꝑ quā au-
ferre ſolet cōcordiam et pacem. Dif-
ferūt et nāqꝫ inť ſe. Nā cōcordia pōt eē
tā inť bonos ꝙ̄ malos. Pax autē
n̄ niſi inter bonos. Sed nunc loqm̄
de de concordia ordinata. adhuc dif-
fert a pace. q̄ꝛ cōcordia eſt tm̄ ad al-
terū. pax aūt vltra hoc req̄rit eciā
q̄etem in ſeipſo. Vnde augꝰ. dicit. ꝙ
pax ſit trāquillitas ordinis. q̄ in hº
cōſiſtit ꝙ ōnes motus appetitiui in
vno hoīe cōq̄eſcant. Pōt ergo ꝯcor
dia ſtare cū timore vel dāno. Pax
aūt nō ē ſꝫ cum ōni cōplacencia et q̄-
ete. Et inde ē ꝙ omnia pacē appe-
tūt. Et ꝑ ꝯn̄s remocōem eoꝝ que im
pediūt pacē. q̄ꝛ omne appetēs appe-
tit tranq̄lle et ſine impedimēto per-
uenire ad id qᵈ appetit. Hec aūt cō-
cordia et pax. ſunt effcūs caritatis.
Quia em̄ diligimꝰ deū ex toto cor
de. inde oriť vera pax: q̄ꝛ ꝓrimū ſicͤ
noſipſos. inde cāuťr cōcordia. Inq̄ꝛtū
em̄ vult īplere volūtatē ꝓrimi ſicut
ſuipſiꝰ. q̄ vnū cor efficiť cū eo. Vn̄ ſꝫᵐ
tulliū. amicoꝝ idē eſt velle et nolle.
Hoc aūt totū diſcordia tollit. Quia
em̄ hoīem quo ad ſeipſū turbat: pa
cē aufert. Quia eciā a ꝓrimo diſſē-

tire facit: ꝯcordiam diſſipat. Et ideo
diſcordia eſt pcc̄m mortale ex gene-
re ſuo: licet pmi motus eiꝰ ſint venia-
lia ꝓpter impfectionē actꝰ. Nō ē. q̄ꝛ
directe ꝯtrariať caritati. Nemo em̄
debet ſciēter et ex intētione diſſentiē
a bono dīuoet a bono ꝓrimi. in q̄ te-
neť ꝯſentire: ſm illud rō. xv. Vnus-
quiſqꝫ ꝓrimo ſuo placeat in bonū.
Et. i. cor. x. Sine offenſione eſtote
eccīe dei: ſicut et ego ꝑ oīa omnibus
placeo non q̄rens qᵈ michi vtile ē.
ſꝫ qᵈ multis: ut ſalui ſiāt. Hec tn̄ ītel-
ligi dn̄t ſic. ꝙ ſi in aliq̄bꝫ leuibꝫ rebꝫ
ā opīonibꝫ ꝓbabilibꝫ diſſētio ſiat. n̄
ē ꝯtr̄ caritatē: q̄ꝛ pax n̄ ē ꝯcordia opi-
nionū. ſꝫ volūtatū. Vbi eñ abſqꝫ ꝑīaci-
a ꝓbabiliť bonū q̄riť. ibi vnꝰq̄ſqꝫ ī ſu-
o ſenſu habūdaē pmittiť: niſi forte
ſcādalū puſilloꝝ ſieať. De ill̄ aūt idn̄-
tibꝫ q̄ pn̄t ſic vel aliť fieri. ꝑfectiꝰ ē ce-
dere hūiliť ſenſui alteriꝰ ꝙ̄ ꝓprie vo-
lūtati inniti. maxie ſi veriſimiliť ex
hoc ſieať ruina vel turbacō ꝓrimi: ſꝫᵐ
illᵈ rō. xv. Debemꝰ nos firmioēs ibe
cillitates īfirmoꝝ ſuſtiēre et nō nob̄
placē. Vnꝰq̄ſqꝫ nr̄z ꝓrio ſuo placeat
in bonū ad edificacōnem. Eteni nō
ſibi criſtus placuit: ſꝫ ſicut ſcriptum
ē. Improperia improperācium tibi
ceciderunt ſuper me. Et notandū ꝙ
hoc verbum ſūmo ſtudio obſeruatū
fuit a ſanctis patribus: intātum ꝙ
nōnunq̄ꝫ ſancta concordia ſanctio-
rē diſcordiā inť ipſos genuerit. q̄n
vix neuť ipſoꝝ ſuā voluntatē vel ex
tātillo altri ꝑponere voluit: ut ſaltē
manū pmo ad ꝑcipiēdū cibū extēde-
re ꝯſentiret. Exēplū gl̄oſū de hºheꝰ
breō
ī paulo pmo hēmita et ſcō anthonio.

aliȷſꝫ plurimis ſc̄is ac deo dignis vi-
ris · Vez ad tollendū minimū faſtidi-
um qd̓ ex hac pfc̄a caritate et humi-
litate crebro gn̄abat̄ · ſc̄i patres co-
acti fuerūt ſac̄s regulas ſtatuē̇: ne
occaſiōe boni oriret̄ mala · Quas tn̄
regulas q̇dā nō intelligētes: crebro
eas cōtra pacis bonū imbitaė cogūt.
Magni ergo meriti eſt delicate ſc̄ām
ꝯcordiā obſeruaė · oēmqꝫ diſſēcionis
occaſionē vitaė: qꝛ ſepius ex minia
ſcintillula offēſiōis · gn̄at̄ maxim⁹
ignis piculoſe ꝯtēcionis · Sicut em̄
ꝑue res ſú ſeculares ſú ſpiūales cō
cordia creſcūt, ſic maxime, diſcordia
dilabunt̄: vt d̓r ſaluſtius, ꝛ p⁹ eum
ieroni⁹ · In aīa ſiquidē turbata mich
il gr̄ie reſidere poteſt. Poſt iſtā autē
diſcordiā ſemel admiſſā ſi non ſtatī
reiciat̄, ſequit̄ diſplicēcia: p⁹ diſpli-
cēciā amaritudo q̄ eſt radix veneno-
ſa ſurſū germinās: ꝑ quā multi inq̄-
nātur ſi ſtatim eradicata nō fuerit.
Nā ſubito erūpit virgultū mortifere
ſuſpitionis, q̄ directe eciam caritati
contrariatur: et ideo quādo in tantū
ꝓcedit qꝫ aliq̇s ex leuib⁹ iudicȷs ꝑ-
ċto vult daė diffinitiuā ſn̄īāz de mali
cia alt̄ius · ingūib⁹ pc̄cis: tūc ē pc̄m
moꝛ̄le · Illa āt q̄ ita orit̄ vt dubitaė ī-
cipiat de bonitate alic⁹ ex leuib⁹ indi-
cijs · ꝛ ibi ſiſtat, ēꝫ veial̄e et leue pc̄m:
ꝑtiet em̄ ad tēptacōez huanā ſine q̄
vita iſta nō ducit̄: ſic d̓r ī glō · i · cor ·
x · ſup illō: Nolite an̄ tēp⁹ iudicare.
Si ergo ſuſpicōes vitaė n̄ poſſu⁹ qꝛ
hoīes ſum⁹: iudicia tn̄ ideſt diffiniti
uas firmaſqꝫ ſn̄īas ꝯtinė dem⁹ · P⁹
ſuſpicōez ſeq̇t̄ idigr̄io · ꝑuipēſio · ꝯtēp-
tus · ꝛ ꝯ̄iter vilipēſio ꝓxi · q̄ oīa ītus

in corde adhuc latēt: ſic iā tacita vel
inuidia: ꝛ ꝯ̄it̄ ex leuib⁹ cāis originez
trahūt · Nō ē, qꝛ ḡues cāe ꝓut freq̄n-
ci⁹ in v̓ba ꝛ fc̄ā ꝓrūpūt: nec remanē
ſolēt in ſolo cogitatu Igit̄ dorata cō-
ſciā aſſueſcė dꝫ ꝑ̄ncipȷs leuibus ob-
ſtaė: ne feſtuca creſcat in t̄bem. Qui
em̄ ad idigr̄cōez ē facilis · erit ad pc̄a
ꝓcliuioꝛ: vt d̓r ꝓū · 29 · Et ita de alȷs
ſimilit̄. Dicit nāꝫ ſc̄us thō: qꝫ cīculacō
quedā in vicȷs eſt: et vnum in ali-
ud redit et amplius ex ipſo incendi-
tur · 299 · Eſt eciam in ipſis quedam
monſtruoſa genitura: vt contrariū
ex contrario oriatur: ſicut diſſolutio
ex inuidia · ſuperbia ex auaricia ꝛc̄.
Eſt eciam in ipſis ſaltus quidā mō-
ſtruoſus quo mirabiliter ſibi cohe-
rent ex leuiſſima cauſa: et iterum e-
adem leuitate a ſe mutuo diſſiliant.
Hic ſub eadem hora luxurie ſuper-
bia diſplicet et econtra: auaricie ſe
iungit accidia · et econtra. Hec qui-
uis in ſeipſo · aut in alȷs facile ad-
uertere poteſt · Nullum enim ſtabi-
le fedus inter ſe vicia hn̄t · ſicut nec
peccatores: qꝛ nulla ratione regun-
tur · ſed raptim hincinde velut amē-
tes collabuntur · Sola namqꝫ ca-
thena nichili et informitatis colli-
gati per precepes vagantur · Hinc
vnum atqꝫ idem vitium quod eis ī
vno placet in altero diſplicet · et e-
contra: ſine modo numero pōdere or-
dine menſura ac alȷs q̄ ad rē perti-
nent · cuncta diiudicant · aſtruunt ·
vel inficiantur · Non ſic de virtuoſis
ſentiendum eſt: qui in omnib⁹ recta
ratione ſibi mutuo occurrunt · iuuāt ·
cedunt · conſentiunt · diſſentiunt · ꝛc̄

Post vicia cordꝭ ſiue cogitationis ſequũt vicia oris ſiue locutionis. nõ ꝙ iſta intus ñ ſint. ſed ꝙ addãt ſup̃ illa eciam officium ſmonis ad ex̃. Et inter hec p̃mum locum tenẽ videtur litigiũ. qđ ſicut hic capitur. oppoĩtur v̄tuti aĩcicie vel affabilitatis: ad quã ꝑtinet delcãbilr̃ alijs cõuiuere ſalua omni honeſtate et ſinceritate. Dicit̃ notant̃ ſalua omni honeſtate: ꝓpter delectationes carnales ĩ quibus turpitudo ẽ. & dr̃ ec̃ nõnt̃ ſalua oĩ ſinceritate ꝓpter viciũ adulatiõis: qđ ſubdole vel vaẽ blandi ſolet. Eſt ſiquidẽ duplex amicicia ſm phm in ethicis. Vna conſiſtit p̃ncipaliter in affectu quo vnus aliũ diligit. et hec coincidit cũ caritate: ⁊ hec ꝑtinet ad omnẽ v̄tutẽ. Alia ẽ aĩcicia q̃ ꝯſiſtit ĩ ſolis exterioribus v̄bis vel factis. que quidẽ ad hoc ꝑtinet: vt aliquis decẽter ſe habeat ad illos cũ quibꝰ ꝯuſatur. Dicit eciã ſcũs thõs 22e. q. 113. ꝙ ad ſapientẽ ꝑtinet. ꝙ delectationem afferat hijs cũ quibus ꝯuſat̃. nõ q̃dẽ laſciuã ꝙ̃ v̄tus cauet. ſꝫ honeſtã: ſm illud p̃s. Ecce ꝙ̃ bonũ ⁊ ꝙ̃ iocũdum: habitare fratres in vnũ. Sꝫ litigioſus ab hac v̄tute deficit: ſm illđ phi. 8. ethicoꝝ. Qui ad omnia contrariant̃ cã eius qđ ẽ contriſtare neqꝫ qđ ũꝫ curãtes: diſcoli et litigioſi vocantur. Hinc de filijs iacob legit̃ ꝙ nõ poterãt ioſeph quicꝙ̃ pacifice loqui. Et apoſt. thito ſcbẽs ait. ſeruũ dei ñ oꝫ litigare: ſꝫ mãſuetũ eſſe ad omnes. Hoc eciã natura docet. qꝛ oĩs homo naturaliter oĩ hoĩ ẽ amicus: vt dr̃. 8. ethi. Et dat h̃ doctor ſcũs optimã regulam: qualr̃ aliq̃n v̄tuoſus ⁊ ſapiens intẽtioẽ boni ꝓmouẽdi aut mali excludẽdi nunc delcãtionẽ affert. nũc ꝯtriſtationẽ ꝓut rõ dictat. Et ꝑ hoc ſoluũt̃ plurime inſtãcie tã ĩ theologia ꝙ̃ in phia moãli. q̃n ſciꝫ crebro ꝯſulit̃ nob̃ leticia et eciã triſticia ãplectẽda l' ãmouẽda: et ita de alijs actibus v̄tutũ. Vñ ſequit̃ error illorum q̃ ad alterã ꝑtẽ ſp̃ declinãdum putãt. ex q̃ plures irremediabilr̃ deſtructi ꝑ ĩdiſcretioẽm et a via v̄tutũ corruerũt. Hic ex illđ vulgatũ ꝓuꝰ iter moãles. Stulti dũ vicia fugiũt. ĩ vicia ruũt. Adulacõ q̃ꝫ tũc locũ hꝫ. q̃n q̃s ſup̃ debitũ modũ v̄tutis vult alios v̄bis l' fcĩs delcãre l' ipſis placẽ. ꝓpt̃ ĩanẽ glãm vel ꝓpt̃ lucꝝ vel ec̃ in malo. qđ ſñ pctõ nõ ẽ ſꝫ illđ p̃s: deus diſſipauit oſſa eoꝝ q̃ hoĩbꝰ placent. Et yſa. iij. dicit. popule meus qui beatum te dicũt ipſi te ſeducũt. Et ezechiel. xiij. ve q̃ ꝯſuũt puluillos ſub oĩ cubito. Iuxt̃ hũc ſenſum apoſt. dicit ad gala. ij. Si adhuc hominibꝰ placerem: xp̄i ſeruus non eſſem. Si quis tamen aliquem velit delectare laudando. vt ex hoc eum cõſoletur ne in tribulationibus deficiat. vel eciam vt in bono proficere ſtudeat. vel ꝓpter caritatem nutriendam vt amplius in ea creſcat. aut ꝓpter aliquam temptationem periculoſam repellendam: hoc laudabile eſt ⁊ ad virtutem aĩcicie pertinet. alijs circũſtãcijs debitis obſeruatis. Poſt litigium ſequitur contentio: que ſecundum beatum ambroſium eſt impugnatio veritatis cum fiducia clamoris. et eſt peccatum mortale: vt aperte apoſtolꝰ dicit ad gal. vltimo. Et ij. thi. ij. dicit.

Noſt ṽbis ↄtēdere: ad nichil ei vtile
q. 38. eſt: ñ ad ſubūſionē audientiū. Quãq̃z
tñ cõtētio dicit̃ īpugnatio falſitatis
cū debito modo acrimoīe: ⁊ hec ē lau
dabilis: ñ forte ipā acrimoīa idē aſ
pera locutio vltra debitū modū ex-
creſcat ꝗ excedat cõueniētiā pſona
rum et negocioꝝ: tūc em̄ ē vitupa-
bilis. et ꝓut freq̄ncius veiale pc̄m: ñ
ſcādalū ex hoc gn̄etur puſillorū. Et
nō ꝙ in iudicio fit impugnatio quo
ad veritatē iuſticie: in diſputatione
autē q̄ ad veritatē doctrine. Semp
ergo hec tāq̄ꝙ vtiliſſima doctrina eſt
ſeruāda: vt ſi fieri poſſit ſ̄ꝫ apl̄ica moī
ta per aliā viā ad emendationē vel
informacõem ꝓximi ꝓcedat: ſcꝫ per
beniuolētiā et longaīmitatem. et ñ cito
ad acrimoīā curratur: q̄z difficulter
bene pñt tractari. q̄ ꝑ media parte et
ex ſuo gn̄e amicicie ↄtrariāt̃. Et cõ-
muīt̃ multa mala ex latere et indi-
rcē ↄcurrūt: et ſi cā ī ſe iuſta ſit. Ve
nenū nāq̃z vitā aufert: nec ad medi
cinā aptū eſt ñ diligētiſſime et cau-
tiſſime tēpet̃: q̄d vix peritiſſimi medici
ſciūt. Virtutes igit̃ q̄ cū viciis in ma
teria ↄueniūt nō ſūt leuit̃ ꝑticiā de: et
ꝑſerēt ab imꝑfc̄ās. Cōtētio em̄ ſicut
et diſcordia ē filia inanis glorie: vñ
difficilimū ē vt q̄s ſeipm̄ v̄tuoſe lau
det: ſic eciā piformit̃ vt debite cū alte
ro ↄtēdat. Poſt ↄtētionē ſeq̄t̃ ↄtueli
a: q̄ et ꝓut freq̄ncius ī v̄bis ↄſiſtit ſcꝫ
iniurioſis. Vñ yſi. dt: ꝙ cõtueli̇oſus
dr̄ aliq̄s q̄ velox ē et tumet v̄bis iui
rie. Et glō. rō. i. dt: ꝙ ↄtūelioſi ſūt q̄
dās vel fc̄ās ↄtūelioſis v̄pia inferūt.
Ex q̄ ſc̄ūs thōs 22ᵉ. q. 72. cõcludit: ꝙ
extēſo noīe ↄtūelia eciā in fc̄ās dr̄ in-
q̄ntū fc̄a h̄ñt vim v̄boꝝ ꝗ ſignorum.
Ponit eciam differentiam inter con
uitiū. improperium et contumeliam:
que oīa iportāt dehonorationē q̄ꝺā
ꝑ defectū alicui⁹ q̄d honorē ꝓmouet.
Nā ↄuitiū iportat defectū natuē: ac ſi
dicat q̄s alteri iniurioſe ꝙ ſit cecus.
Improꝑiū defcūm nōt neceſſarioꝝ:
ſicut quis dicat altri. talis miſer fu
iſti et iuui te. Cōtumelia iportat de-
fectū culpe: ſicut q̄s dicat alteri ꝙ ſit
fur. Vnū tamen iſtoꝝ quādoq̃z pro
alio poitur. Et nota hic regulam: ꝙ
in peccatis verboꝝ maxime ↄſideraī
debet affect⁹ ex quo ꝓcedunt. Vnde
poteſt ↄtīgē ꝙ aliq̄s verbū ↄuicij vel
ↄtumelie alteri dicat. non animo de-
honorādi: ſꝫ forte ꝓpter correctionē
vel aliq̄d huiuſmodi. Et hoc quādoꝫ
ꝑt eſſe pc̄m veiale: q̄nq̃z nullū pc̄m.
In q̄ tamen neceſſaria eſt diſcretio.
vt moderate homo talib⁹ v̄bis vtat̃:
q̄z poſſet eſſe ita ḡue cõuitium ꝙ per
incautelam platum auferret hono-
rem eius ↄtra quem ꝓfert̃: ⁊ tūc poſ
ſet homo peccaē mortlit̃ eciam ſi non
intēderet dehōrationem alicuius: ſicut
eciā ſi aliq̄s incaute ex ludo alium ꝑ
cutiens ḡuit̃ ledat. culpa non caret:
aut domū eius incenderet aut ſuēs
vel raptores intromittēt. Non enim
homo minus amat ſuum honorē: ꝙ
rē poſſeſſā. Eciā debet attēdere ille q̄
iocoſum conuitium ꝓfert: ne dum a-
lios vult delectare. ipſum in quē ꝓ
fert contriſtet. Verum viri religioſi
et docti non opus habent huiuſmoī
eutrapelia lacitali. videlicet matia
lit̃ ſe mutuo calumpniandi: quaſi a-
lia ſolacia non poſſint reperiri: ſed per

alia v̄ba honeſta ſe iocundare ſo-
lent. Sunt nõnulli naturalit̃ iucũ-
di facile ad p̃mã oris aptionẽ ſcã-
daloſa euomãt. et q̃i p̃textu honeſti
ſolacij pũgitiua v̄ba p̃ferũt vñ nõbi-
liter ↄtriſtant̃ audiẽtes. et q̃nq eo ã-
plius q̃ nõ h̃nt debitũ locum reſpon-
dẽdi. Vtinã attẽdẽ vellẽt q̃ talia ſi-
bi fieri nollent. et tũc q̃ viciosũ eſſet
ſtati ꝑpendere abſq oĩ doctore poſſet.
Licet ergo ſcḋm ph̃m bene ↄiuciari ſit
actus v̄tutis vi3 eutrapelie. n̄ tamẽ
ↄuenit religioſis et honeſtis viris.
quoꝝ tota vita exemplar ꝑfectarũ
v̄tutũ eſſe debet. Solent h̃ ſepius
allegaẽ ſcã p̃rẽs illud vulgatiſſimũ.
ꝑmittũt medici: tractãt fabrilia fabri.
Quid necẽ ẽ ad hoc ſolatiũ deuenire.
vbi piculũ ſimul exorit̃ aut facile in
modo excedit̃. q̃n tot honeſte ſolaciã-
di modos h̃emus. Dicit eciã ſanctus
thõs. v. ſup̃. q̃ ↄtumelioſo q̃nq reſpon-
deri duit̃ p̃t ſi expediẽs fuerit: vt ſcȝ
eius audacia rep̃mat̃. et de cetero
talia nõ attẽptet. aut ꝓp̃t bonũ mul-
toꝝ quoꝝ ꝑfectus impedit̃ ꝓp̃t ↄtu-
melias illatas viris. p̃cipue illis q̃
exemplũ ee debent. vt g̃g̃. d̃t ſup eze-
chielem omelia ix. Omnia tamen hec mode-
rãda ſunt p regulã diſcretionis. Se-
curi⁹ em̃ ẽ ſi fieri p̃t: vt modeſte tr̃-
tetur aĩa xp̃iana adhuc morbida. ſi
forte lucrari poſſit. Nam demon de-
monẽ nõ expellit. nec vehemencia ve-
hemencie facile cedit. q̃n potius in v-
no deuicta ad aliud ſe bellũ ꝓtinus
accingit. Non ĝtis dictum eſt: r̃nſio
mollis frangit irã. ſermo dur⁹ ſuſci-
tat furorẽ. Quãuis ergo res vna
multis modis virtuoſe fieri pōt. tñ il-
le modus p̃ferẽd⁹ eſt q̃ ſecurior ẽ ſi
aliud nõ obſtet. Dicit em̃ btũs au-
g⁹. q̃ raro et ex mag̃ necitate obiur-
gacões ſunt adhibende. in quib⁹ nõ
ut nob̃ ſed ut dño ſeruiat̃ inſtem⁹.
Hic ẽ magn⁹ defect⁹ in hũano genẽ:
eo q̃ pauciſſimi repiũt̃ q̃ aĩo ſuo do-
minãtur. Faciles em̃ ad reddẽdũ ſu-
m⁹ malũ ꝓmalo: difficiles ad ſuffe-
rẽdũ. Qui igit̃ ↄtumeliã fortẽ eq̃m̄t̃
ſuſtiere neſcit. nõdũ apt⁹ ẽ ad ↄtuẽ-
liã materialẽ mediãalit̃ retribuẽdã. Ex
q̃ ec̃ pȝ. q̃ difficil' ſit v̄t⁹ iuſticie ad
p̃cticãdũ. q̃ ec̃ p̃req̃rit hãc ꝑfcãz pa-
ciẽciã. ut ſcȝ nõ ꝓcedat q̃s ex aĩo vĩ-
dicatio ad alios coherceẽdos l' corri-
gẽdos q̃d ſn̄ p̃cto nõ eẽt: ſȝ pure ꝓp̃t
iuſticiã verã. q̃ teſte ãbroſio ↄpaſſio-
nẽ hȝ nõ dedig̃tõem: ſꝑq3 ↄtumeli⁹ in
ſua p̃ri ꝓiudẽ ſolet. q̃ ſit dãpnũ l' pe-
na q̃ p̃textu hui⁹ cohercõis ꝓxio infli-
gi dȝ. Post⁹ ↄtumeliã ſeq̃tur detractio:
q̃ racõe ſue gñalitatis ſic enormis
ẽ. ut glõ ꝓũ. 2x. dicat. q̃ hoc vicio ſpe-
cialiter pene totũ genus humanũ pi-
clitat̃. Et ẽ filia iuidie: et diffinit̃ ſic.
Detractio ẽ denig̃tõ aliene fame per
occulta v̄ba. Dicit̃ nõnẽ denig̃tio a-
liene fame: q̃ ad h° ordinat̃ ſcḋm ſuam
ronẽ: ſiue vera ſiue falſa q̃ dicat. Di-
cit̃ eciã p occulta v̄ba: nõ q̃ de ſimpli-
citer. ſȝ per ↄpationẽ ad eũ de quo di-
cit̃: q̃ eo abſente et ignorãte dicunt̃
eciã ſi tõ multitudo audiat. Vnde ex
hoc ſcũs thõs 2a 2e. q. 73. ſuñt rationẽ.
q̃ od ſit minoris culpe q̃ contume-
lia: q̃ ↄtumelioſus conatur auferre
hõrẽ et videt̃ puĩpedẽ p̃rimũ detracti-
o aũt vet̃ ip̃m et aufert famã. Mai-
or eſt autem honor q̃m fama: et

minus ꝓbroſum ē occulte loq̄ mala
q̄ꝫ apte in faciē ſpuē: aut iactare in
iurias. Et q̄uis hac racōe ſit minus
peccatū. tn̄ ratione gn̄alitatis et ſi
mulacōis ē multo piculoſius: et fal
lit freq̄ntius tā loquentē q̄ꝫ audien
tem ꝓpter ſui ſubtilitatē. Vn̄ qꝛ direc
te eſt cōtra caritatē: ideo eciā eſt mor
tale peccatū ex ſuo genere. Et habet
fieri q̄druplicit᷑: vno° qn̄ falſum īpōit
alt̄i. Secūdo qn̄ pc̄cm adauget ſuis
v̄bis. Tercio qn̄ occultū reuelat. q° qn̄
id qd᷑ ē bonū dicit mala intēcōe factū.
Indirecte eciam fit. vel negando bonū
alteri⁹: vel malicioſe reticēdo aut mi
nuēdo. Habet eciā hoc malū anexū.
q̄ꝫ cōmaculat audiētes: vn̄ ſi aliq̄s
detractiōes audiat abſq̄ꝫ reſiſtētia
videt᷑ detractori ꝯſentiē: vn̄ fit ꝑticeps
pc̄ti eius. Et ſi q̄s inducat eū ad de
trahēdū. vel ſaltē placeat ei detrac
tio ꝓpter odium eius cui detrahitur:
nō minus peccat q̄ꝫ detrahēs et q̄n̄ꝫ
magis. Vnde bernardus. Detrahē
aut detrahētem audire: quid hoꝝ dāp
nabilius ſit n̄ facile dixerim. Si ve
ro nō placeat ei peccatū. ſꝫ ex timorē
vel negligētia vel eciā verecūdia q̄dā
dimittat repellere detrahētem. pec
cat q̄dem: ſꝫ multo min⁹ q̄ꝫ detrahēs
et pleꝝq̄ꝫ venialiter. Quādoq̄ꝫ p̄t hoc
eciā eē peccatū mor̄ale: vel ꝓpter hoc
q̄ꝫ aliquis ex officio incūbit detrahētē
corrigē. vel ꝓpter aliqd᷑ piculū quod
audiēs nouit ꝯſequēs: vel ꝓpter ra
dicem. q̄ timor huma⁹ q̄n̄ꝫ poteſt eſſe
peccatū mortale. Debet igit᷑ audiens
reſiſtē detractori arguēdo ipſum de
hoc qd᷑ peccat ſic detrahēdo: vel ſaltē
oſtendere q̄ꝫ ei detractio diſpliceat ꝑ

triſticiam faciei. ſm̄ q̄ꝫ dicit᷑ ꝓu. xxv.
eciam q̄uis verū eē ſciat quod dicit᷑.
Habet eciam hoc malum detractio:
q̄ꝫ ſcd᷑m. gg̃. mentis oculum excecat.
Quia em̄ homo letatur in ſentencia
oris ſui vt dicit᷑ ꝓuiboꝝ. xv. inde eſt
q̄ꝫ ille qui detrahit incipit magis a
mare et credere qd᷑ dicit: et ꝑ ꝯſeq̄ns
ꝓximū magis odire et ſic magis re
cedere a cognicōe veritatis. Non ergo
mirꝫ eſt q̄ꝫ ap⁹. dt ro. i. q̄ꝫ detracto
res deo odibiles ſūt: q̄ eſt ipa diuīas.
Et qꝛ in toto gn̄e hūano pauci īueni
ūtur q̄ ābulāt ꝑ viā ſalutis. et ſtul
toꝝ infinitus ē nūs: ideo n̄ ē mirū q̄ꝫ
eciā pauci hec adūtāt. vt vicꝫ caueāt h°
piculū vitaē: q̄m q̄de ſtudioſſimi vi
et in v̄tutibus ꝓbatiſſimi. lau labili
tatē lingue aut vix aut n̄ oīo ex toto eua
dere potuerūt. Hic oritur noua dif
ficultas. Videt᷑ em̄ ſeq̄ ex ſupdc̄is: q̄ꝫ
nō ſit poſſibile vt hec tria vicia ſcilꝫ
ſuſpicōeꝫ ꝯtumeliā et detractioēꝫ quis
euadē poſſit. n̄ forte ꝑ ſolā fugā. Pro
bat᷑: qꝛ ſi volo oīa in meli⁹ īterp̄tari cū
ſuſpicōeꝫ vel ad min⁹ excuſare a tanto:
tūc ſi audiō detrahētē n̄ debeo eū ar
guē ne incurrā ꝯtumeliā: dicēdo eū ta
lē. cōtradicēte mī ꝯſcīa mea q̄ ſit vitu
oſe loq̄ poſſe aliq̄ꝫ mala alt̄i⁹ eo ab
ſente: ergo ſub hac beniuolēcia īterp̄tan
tuci⁹ debeo oīa talia. ne arguēdo ꝑidi
ter: et ſic nūq̄ꝫ erit locus aut tēp⁹ reſiſtē
di detractoib⁹. qd᷑ ē abſurdū. R°. dd᷑
q̄ꝫ hāc difficultatē oēs morales ad
mittūt: qꝛ virtus ē cīca difficilia. Si
em̄ vitaē volu⁹ ſuſpicōeꝫ et ꝯtumeliā.
facile incidimus in adulationem: et
ecōtra: ſi volu⁹ arguē delinq̄ntes. fa
cile īcidim⁹ ī p̄dcā vicia. et ſic de alijs.

Vnicuiꝫ em̄ virtuti morali ꝓpinqua
ſūt duo vicia ad minus ſciꝫ extre-
ma: et alia plura a latere hinc et in-
de. Sed ob hoc nō eſt ſimpliciť dicē-
dum. ꝙ vna virtus cōtrarietur al-
teri: quaſi non ſit poſſibile inuenire
mediū vniuſcuiuſqꝫ: tali pacto ꝙ v-
num non impediat aliud quamuis
difficulter. Debemus ergo aduerte-
re diligenter an ſint grauia crimi-
na que dicuntur: ita vt primo audi-
tu tollant famam eius de quo dicū-
tur: vel an ſint leuia. Si leuia ſunt.
omn nō eſt periculum audiēti ſicut
nec illi de quo dicunť: licet poſſit eſſe
periculum dicenti ꝓpter corruptam
intentionem aut aliquid aliud. Si
ſūt grauia. debet primū attēdi pſo-
na loquens talia: qꝛ ſi diſciplinata
fuerit et timorate vite. nō eſt feſti-
nandū vt ei reſiſtatur: qꝛ talis pre-
ſumitur nō ſine cauſa loqui. Si fu-
erit omnino peruerſa. et male vite.
ſicut ſunt homines infames. nō eſt
iterum piculum audienti: qꝛ tales
ſunt moraliter mortui. nec digni vt
reſpondeať eis niſi ſaltē iocoſe. Om-
nes em̄ ſciunt ꝙ tales nō recipiūť
ad teſtificandū eciā ſub iuramento:
q̄ntominus ex relatione leui. Sed
ſi pſona loquēs talia fuerit medio-
cris p vt in plurimū cōtigit. ita ꝙ p̄-
ſumiť poſſe decipi ⁊ decipe. tūc maior
difficultas occurrit: eo ꝙ non ſine
mag̃ neceſſitate delicta ꝓximi ſūt
reuelāda q̄ honeſtā famā tollūt: ꝙ-
uis ſint vera. Peſandū ē igiť pmo an
loquēs habeat hoc ex ꝯſuetudīe: vt
mala alioꝝ ſine cauſa ꝓferat. Se-
cundo an in loco tali et tpe et coram
talib9 loq̄ť: vt veriſimiliť credať ꝙ
meli9 ſit talia loqui ꝙ̄ reticere. Ter-
cio an id qḋ loquiť ſit publicatū an
non: qꝛ tūc nō debet pṫermitti regu-
la ſaluatoris de correctione fraťna
q̄ poniť Mat. 18. Quarto an loq̄ns
ſit ꝯmotus ira aut diſplicencia vel odio
inuidia. aut infect9. Quinto q̄lis eci-
am ille ſit ꝯtra quem talia dicūť: ne
forte tāte ſit malicie vt cōe bonū per
eū detrimētū paciať ſiu i ſpūalib9 ſiu i
tpalib9. Hec et alia diligenť ꝯſideā-
tur: ſtatī idicāt an approbādū vel re-
pbandū ſit dcīn illi9 q̄ mala ꝓxi cō-
meōrat. Si aūt ī dubiū vtiť pt face-
re audiēs dicē. ꝙ tīeāt ī talib9 locucōi-
b9 faciliť pccīn euenire poſſe: et ob hoc
cauti9 tacēdum. ⁊c̄. Ob has et ſilēs
difficultates ſcī prēs elōgauerūt ſe
a cōi ſocietate hoīm: apḋ q̊s ſepe mľ-
ta piculoſa crimia ſīi tīōre ſiūt. Poſt
detrtionē ſeq̄ť ſuſurratio: q̄ hoc ad-
dit ſup eā ꝙ inť aīcos diſcordiā ſei-
nat: et ergo ē peior ꝙ̄ ipa detractio
vľ eciā ꝯtueľia: qꝛ amico fideli nulla
ē ꝯpatio: vt dr eccī. 6. Dicit em̄ ſcūs
thōs. 22ᵉ. q. 73ᵉ. ꝙ optīa fama ad
hoc maxime neceſſaria ē: vt hō p do-
ne9 ad amiciciā habeať. Vñ ꝑm phm
8. eth: Sine amicis null9 hñs reli-
qua bona eligēt viuē. Et amicus p̄-
ualet bonis fortune: qꝛ in īfortunijs
ꝛfugiū ē ad aīcos. Erǧ ſeq̄ť vt ibidē
dr. ꝙ eciā melior ē aīcus ꝙ̄ honor: et
amai ꝙ̄ honorai. Quia ergo regula
ē. ꝙ pccīn ī ꝓximū tāto ē ǧui9 quan-
to p ipm̄ maius nocumētū ꝓximo
infertur: ideo ſeq̄ť ꝙ ſuſurratio q̄ ami-
cos ſepat eſt peior ꝙ̄ detractio aut
ꝯtumelia. q̄ famā et honorē tollūt. Nec

obſtat q̄ aliqn̄ detractor ł cōtumelioſus
pcioā loqt̄ q̄ ſuſurro: q2 hīs dat ſpe
ciē actui moāli. peſſi⁹ āt finis ſuſur-
rōis ⁊ caritati dircē cōtrari⁹: vt dr̄ pu-
· vi. Deriſio eē pōt īt pctā locutōis: ⁊
ē qn̄z veiale · qn̄z mōꝛle pctm̄ vt dt̄ · ſ ·
thō · 22ᵉ · q · 75. Et dr̄t a ſubſannacōe
in mō ſ3 n̄ in fine: q2 ālo ītēdūt ↄfuſi
onē ſū erubeſcētiā ꝓximi · ſub rōe lu-
di et puipēſiōis · S3 hoc facit deriſio
ore vbis ⁊ cachīnis. ſubſannacō autē
naſo rugato: vt dt̄ glō · ſup illd̄ ps
q̄ habitat ī celīs irridebit eos. ⁊ · d · ſ · eo.
Quādo eī aliqs malū alti⁹ irridz q̄ſi
oīo nō ſit curandū de eo: pl⁹ pctat q̄
ſi ↄtumeliā īferret. Rō ē q2 plus puipē
dit ꝓximū q̄ ī ludo ei⁹ malū accipit
q̄ q̄ ſerioſe. Et ſic p3 q̄ g̱ue ē pctm̄ ir-
riſionis · Et vltra hoc ē adhuc gra-
uius. ſi in illum fiat cui reuerentia
debetur: ⁊ eo mai⁹ quo maiori hono-
re dign⁹ ē: ſicut de⁹ et dīna · parētes.
plati · iuſti · docti ⁊c̄ · Illa āt deriſio q̄
iocoſe inter aīcos de puis fieri ſolet. q̄
nullū q̄ leue pctm̄ ē · et qn̄q3 ad vtu
tē ludi pt̄ referri: licet in his ſicut et
in ſupdcīs vicijs cautio ē adhiben-
2ª 2ᵉ q. 76 da. Maledictio q̄3 ad pctā lingue per
tinet: et fit qn̄ ꝓnūciatur malū ↄtra
aliquē vel īpcādo vel optādo: qd̄ ſ ſe
repugnat caritati q̄ diligi⁹ ꝓximū uo
lētes bonū ipi⁹ Et ita ſ ſuū ge⁹ eſt
pctm̄ mōꝛle: et tāto g̱ui⁹ quāto pſo-
nā cui maledici⁹ magis amare et re-
uereri tenemur ⁊c̄ · Contingit tamē vbū
maledcōis platū eē pctm̄ veiale: vel
ꝓpter puitatē mali qd̄ qs alti male-
dicēdo īpcat: vel eē ꝓpter affcm̄ ei⁹
q̄ pfert maledcōis vba. dū ex leui mo
tu · vel ex ludo · q̄ ex ſurrepcōe aliq̄ v-
ba pfert: q2 pctā vboꝝ maxie ex af-
fectu p̄ſant. Timoratos tamen vi-
ros decz oīo diſſueſcere hāc leuitatē
maledicēdi: ſicut et conuiciandi · ⁊c̄ ·
Dicit eē · ſ · thō · 22ᵉ · q · 76 · q̄ maledic-
tio ē minoꝛ q̄ pdcā quatuoꝛ vicia: q2 illa
dicūt malū culpe q̄ ſub rōe culpe: hec
malū pene q̄ ſub rōe pene · Sunt eē
quedā maledictiones in ſacra ſcrip-
tura q̄ ad vtutē ptinēt: viz deut. 27 ·
Job · 3 · Mat · xij · ⁊c̄ · Que ad hoc ten
dūt vt bonū ex illis ſeqt̄: ſciz gloria
dei. iuſticia pſeuerās · emdacō pctoꝝ ·
ꝓnūciatio futuroꝝ · ſignificātia delictoꝝ.
Mēdaciū ſilr̄ ad pctā lingue ſpec-
tat: et ē tplex: ſciz pniciosū · officioſū
⁊ iocoſū · Et nō ſ ſcm̄ thō 22ᵉ · q · 110 · q̄
mendaciū qn̄z ē in vbis · qn̄z in fcīs:
et qn̄ocūz fiat ſp ē pctm̄ · qn̄z veiale
qn̄z mōꝛle · Perniciosū eī eo q̄ directe
cōtrariat caritati ſemp ē pctm̄ mōꝛle.
Alia autē ſūt venialia ex genē ſuo:
poſſunt tamē fieri mortalia per acci-
dēs: viz ꝓpter ſcādalū aut aliqd ali-
ud · ⁊c̄ · Mēdaciū ergo ē malū ex ge-
nere: et ergo nullo mō poteſt eſſe bo-
nū et licitū. Eſt eīm actus cadēs ſup
indebitā materiā: q2 innaturale ē et
indebitū qd̄ aliqs voce ſignificet id qd̄
nō habet in mēte · Et iō eē phs · dt 4 ·
eth · q̄ mēdaciū ē p ſe prauū et fugien
dū: veꝝ āt ē bonū et laudabile · Non
ergo mir̄ q̄ xpianis oib⁹ phibet̄ omē
mēdaciū: dicēte ſcptuā · ecci · 7 · Noli
velle mētiri oē mēdaciū · Diuidit̄ eciā
mēdaciū ꝓprie ſ ſui rōez ī duo: ſciz in
mēdaciū qd̄ tranſcēdit vitatē ī mai⁹ qd̄
ptiet ad iactātiā: Et in mendacium
qd̄ deficit a vitate in minus qd̄ pti
net ad yroniā · vt dicit̄ 4 · eth · Et ſic

patet q mendaciū directe opponitur
vtuti veritatis siue veracitatis: ſm qͣm
aliq̄s dr verax. Ueritas em̄ eq̄litas
quedā eſt ſicut et iuſticia: cui oppoīt
magis et min9. Unde nō q de hijs
duob9 vicijs eſt ſenciēdū q̄ ad gra-
uitatē et leuitatē culpe ſicut de men
dacio. hoc tn̄ habent ſpeciale cū qui
buſdā alijs vicijs: q poſſunt ſimul
et ſemel in vno actu inueniri. Unde
nichil ꝓhibet aliquē ſūme inſtabilē
eſſe et ſūme immanſiuū: quaſi ſem-
per contra rectā rationem noua cu-
pientē: et in q̄libet ꝯtumacie ꝑmanē-
tem. donec rcē rationis ꝯſultatio q̄eſ-
cat. Uiciū em̄ talem habet naturā.
q recte rationi ſemꝑ reluctatr̄: neqȝ
illa iubente ꝯtrariū agē ceſſat. Sic
iactācia et ꝓromia ī v° actu repiūt:
iuxͣ illud Mat. 6. Extermināt facies
ſuas: vt appareāt hominibus ieiu-
nātes. Et quidam ambulātes in re-
ligione angeloꝝ motu inanis glorie
nimis ſe deponūt: negantes bona q̄
habent. dicentes mala q̄ nō habent:
q̄tenus hac occaſione ſpūalit̄ gl̄oſi
habeantr̄. Hij omnes ſimul incurrūt
viciū ꝓromie et iactancie. tamē ſm
diuerſa: et ꝓpter hoc grauius peccāt.
Unde et philoſo. dt in. 4°. eth: q et
ſuꝑhabūdantia et valde defect9 iac-
tanciū ē. Propter quod et de auguſtio
legitr̄. q nec veſtes nimis p̄cioſas neqȝ
nimis abiectas hr̄ē volebat: q̄ ī vtroqȝ
homines ſuā gloriā q̄runt. Proma
tamen eſt ſm ſe min9 culpabilis q̄
iactancia. Sunt eciam adhuc aliq̄
alie male ſoboles ſiue pccā q̄ linguā
maculāt. ſciȝ ſtultiloquiū. multiloq̄ū
ꝯ ſcurrilitas: q̄ ponūtr̄ filie gule. Si-
cut em̄ videmus in ebrioſis q inordi-
nata leticia replentr̄. ſm illud. ij. eſ-
dre iij. vinū omnē mentē ꝯuͤtit in ſe-
curitatē ꝯ iocūditatē: ideo eciā abſqȝ
racione v̄ba multiplicātr̄: q̄nqȝ fatua
q̄nqȝ inhoneſta ꝓferēdo. Et q̄ tot
ſūt mala q̄ ex lingua ꝓueniūt: ideo
ſancti prēs q̄ ſtudioſiſſime ꝓ vtuti-
bus acquirēdis ſudarūt. ꝑpetuū ſi-
lenciū ſuis ſectatorib9 ſeruandū ꝓ
ſaluberrima regula ſtatuerūt: q̄ten9
hac occaſione viciū lingue tēparēt:
que int̄ omnia membra labiliſſima
eſt et difficilime gubnabilis. Et licȝ
multa bona ꝑ lingue officiū ſi bene
regatr̄ ꝓueniant: maluerūt tn̄ illis
ꝓpter ānexū piculū carere ꝯ ſe in tu-
to ſilentio ſuare: q bona loquendo
alios edificare ac ſeipſos a vtutum
culmine p̄cipitare. Ultra omnia hec
adhuc reſtat peſſimū viciū lingue
ſciȝ blaſphemia: q̄ adeo g̃uis eſt vt
ſancti dicāt q omne pccm̄ ꝯpatum
blaſphemie leui9 eſt. et incipit h̄ du-
ratqȝ inetnū: ſicut econtra caritas h̄
incipit et in pr̄ia ꝑficit. Tam g̃uis ē
lues h9 pcc̄i. vt nūq̄ poſſit eſſe venial̄
ſȝ ſemꝑ mortalis: q̄ ex malicie ꝯteptu
ꝓcedit. Et fit trib9 modis: ſciȝ cū attr̄-
buitr̄ deo qd̄ ei n̄ ꝯuenit: et cum ab eo
remouetr̄ qd̄ ei ꝯuenit: ꝯ cū attribuitr̄
creature qd̄ deo appriatr̄. Cōtr̄ enim
blaſphēia diuinum honorē q̄ntū poteſt
deteſtari et impedire: nō ſolum ſcd̄m
veritatē intellcūs. ſȝ eciam ſm p̄ui-
tatem affcūs. Illa eciā blaſphemia
que fit in ſcōs ex conſequenti in deū
redūdat: q̄ ē omiū ſcōꝝ corona ꝯ glo-
ria. Sed q̄ pauci ſūt q̄ ad hāc mē-
ſurā infeliciſſiē p̄uitatis ꝑtigunt: iō

vltra de ipſa loqui ad p̄ns ē inutile. Vi
de ceterā ſi placet ī 22ᵉ · q · 13 · Dicit ā̄z
origenes. q̄ʒ is q̄ ī ſūmo pfectoq̄ȝ ḡdu
extiterit nō ad ſubitū euacuat̄ ā̄ de
cidat: ſʒ paulatī · ac p ptes eū decidē
ncc̄e ē 2c̄ · Jdē ſcūs thōs vbi ſup̄ ſa
tis approbaē videt̄: q̄ʒ raro alit̄ fit ā̄
nū q̄ʒ q̄uis ꝓpter liberi arbitrij muta
bilitatē alit̄ fieri poſſit · Hec de vicijs
lingue ſufficiāt. Sequit̄ nūc vidē
de vicijs oppoītis paci ptinētibꝰ ad
opꝰ. q̄ ſūt ſciſma. bellū. rixa. et ſeditio.
Sciſma em̄ a ſciſſura nomē accepit:
vt pʒ · dicit. Et ꝑ aug̃ · ſciſma ē eadē o
pinantē atq̄ȝ eodē ritu colētē q̄ ceti:
ſolo ꝯgregacōis delcāri diſſidio · Vn̄
pʒ ꝑ ſcūm thōm 22ᵉ · q · 39 · q̄ʒ viciū ſciſ
matis directē et p ſe oppoīt̄ vnitati
q̄m caritas facit: q̄ nō ſolū alterā p
ſonā alteri vnit ſpūali dilcōis vi
culo: ſʒ ec̄ totā eccām in vnitate ſpi
tus q̄ ē vnitas p̄ncipalis · Vn̄ ꝓprie
illi dicūt̄ ſciſmatici q̄ ſe ſpōte ⁊ ex in
tēcione ab hac vnitate ſepāt · Et q̄ʒ
eadē rōe q̄libet ptiiculāis vnitas · ſ.
prochialis ſiue collegialis ſū ꝯuētu
alīā alia q̄cūq̄ȝ ī xp̄i noīe ꝯgregata
ex eadē caritate depēdet: ideo ſicut p̄n
cipalit̄ illi dicūt̄ ſciſmatici · q̄ ſubeſſe
nolūt vicario xp̄i idest ſūmo pōtifici
et q̄ mēbris ecc̄e ei ſubiectis cōicaē re
cuſāt: ita ſecūdario illi q̄ ſuis p̄latis
obedirē nolūt ac collegijs ſuis cōicaē
renuūt · ſciſmatici ſūt iudicādi · Hij
ſūt qui ſegregāt ſemetipſos aīales
ſpm̄ n̄ hn̄tes: ſicut ī cāonica iude dr̄.
Ex q̄ vlteriꝰ pʒ. q̄ʒ illi q̄ȝ cōn̄ bonū v̄
tutis agūt. q̄ ex leui diſplicētia ipa
cietēr et q̄uadā ſiḡficātia cōeʒ ſocie
tatē deſerūt. ecīā q̄ ad religioſa ſola

cia ſū honeſtas recreacōnes: vt tali
pacto ſe q̄ſi vidicēt de iniurijs ſibi il
latis · Cetur em̄ q̄libet delcābilit̄ con
uiuē primo ſuo marie cū q̄ ſcē ꝯuſa
cōis votū emiſit. Et ꝑ dcā v̄erabiliū
patrꝫ ſic totā vitā ſuā inſtituē. q̄lem
ſe p̄mo die p̄ſentaueāt: Nec totā con
gregacōem puilit̄ ā̄ muliebrit̄ deſerē
vel eciā cōtrīſtaē. ſʒ v̄tuoſe in bō maliū
ſupare · Vt em̄ caſſiaꝰ d̄r. vicia n̄ cu
rāt̄ ſi a frātꝫ ſocietate q̄s abſcedat:
ſʒ oʒ eos hūilit̄ leniē. q · 20 · Bellū eciā
paci adūſat̄: et eſt q̄n̄ȝ licitū q̄n̄q̄ȝ il
licitū: de quibꝰ michil ad p̄ns · Sʒ q̄n
tum nūc ſufficit · hoc culpatur in hoī
bus maxime bonevoluntatis aut ti
morate vite. q̄ʒ aliquādo nimis dure
ꝓſequūt̄ cauſas ſuas: videlicet per
viam iuris aut q̄relas minꝰ ncc̄a
rias: ex quibus ſepe multa peccata
oriūtur · Et iō Eccī · 18 · dicitur. Abſti
ne te a lite: et minues peccata. Et do
minus Mathei · v: et Luce · 6 · dicit.
Qui te percuſſit in maxillam vnam:
prebe ei alterā. Jſtud eſt valde ſecu
rum conſilium: multumq̄ȝ meritoriū.
Vindicacō autem licet iuſta quādoȝ
ſit: tamē eſt nimis difficilis. piculoſa.
inſecura et modici ā̄ nullius meriti.
Hinc apoſtolus q̄ſdam increpat. q̄ʒ
ita iperfecti adhuc eſſēt q̄ʒ cōn̄ ſe mu
tuo in iudicio contēderēt. ⁊ nō magis
iniuriā acciperēt: vt dr̄ · i · cor̄ · vi · Om
nes em̄ illi actus q̄ a pfecta virtute
deficiūt ꝑ ſpēm ſuā ſūt actꝰ ipfcōis:
ſcʒ litigare. vxorē ducere · ſua retinē.
vinum bibere. carnes comedē cū fili
bus: licet ꝑ Auguſtinū q̄n̄q̄ȝ talia e
ciā a pfcīs fiant ſine diminucōe v̄tu
tis ꝓpter aliq̄ cauſam. Proītas eciā

ad bellandū viciosa ē:scd'm illd ps.
Dissipa gentes q̄ bella volunt. Hinc
rō. xij. dicit̄. Non vos defendentes ka
rissimi: ſ; date locū ire. Noli vinci a
malo: ſ; vince i bono malum. Et bre
uiter valde ꝑfectoꝝ est non delectai
in malo alterius qui iniuste sibi ma
lum intulit. Nec aliquis excusatur si
malum intēdit illius qui sibi iniuste
intulit malum: sicut non excusat̄ ali
quis ꝑ hoc ꝙ odit se odientem. Inq̄
tum ergo iniuria in aliquem illata
ad eius ꝑsonam ꝑtinet. debet eā to
lerare pacienter si expediat. Inq̄tū
vero vergit in dehonorationem dei ꝯ
nocumentū ꝓximi debet cū magna
cautela expiari: ꝙ vt dictū est vin
dicatio est virtus multum difficilis.
Vid. 22ᵉ. q. 108. In hoc enī virtus vin
dicatōis ꝯsistit. vt hō ſ̄ oēs cāustāti
as debitā mēsurā in vīdicando ꝯſ
uet: eciam vbi certus ē ꝙ iuste vin
dicte locus sit. Rixa ſm ph. a ritu cani
no dicit̄. vnde rixosus ille ē qui sem
per paratus est ad cōndicēdū: iurgio
delectat̄ et ꝓuocat ꝯtendentem ꝛ ul
timū verbum hrē cupit. Sāct9 thōs
22ᵉ. q. 41. addit. ꝙ vltra hoc eciā ad
dit ꝯtradcōem in factis ſm glosam
gal. v. vbi dicit̄. ꝙ rixe sūt quādo ex
ira inuicē se ꝑcutiūt. Et ideo rixa vi
det̄ esse qddā ꝑuatū bellū. qd int̄ pri
uatas ꝑsonas agit̄. Nec ex aliq̄ pub
lica auctoritate ſ; magis ex iordina
ta volūtate. Et ideo rixa semꝑ impor
tat peccatū: Et in eo qd qui alteꝝ in
uadit iniuste est peccatū mortale. In
ferre enī nocumentū ꝓxīo eciā ope
manuali. non ē absq; peccato mortali.
In eo autem q̄ se defendit. potest esse

sine peccato. et qn̄q; cū peccato venia
li. ꝛ qn̄q; eciam cum peccato mortali: ſm
diuersū motum animi eius ꝛ diuer
sum modum se defendēdi. Nam si so
lo animo repellendi iniuriā illatam
et cū debita moderatione se defendat:
non est peccatum. Si vero cum ani
mo vindicte vel odij vel cum excessu
debite moderationis se defendat sem
per est peccatum: ſ; veniale q̄dem qn̄
aliq̄s leuis motus odij vel vindcē se
immiscet. vel cū nō multū excedit mo
deratam defensionem: mortale aūt qn̄
obfirmato animo in impugnantem
insurgit ad eum occidendum vel eci
am grauiter ledēdum. Hec rixa fili
a est ire: vt dicit grḡ. 31. mō. Et idē in
nuit̄ ꝓu. xv. Vbi dicit̄. Vir iracūdus
idest ira ple9: ꝓuocat rixas. Qui āt
caute ꝯuersari nouit ab huiusmodi
se custodiat: ne in ignem eius ligna
struat. Capl'm. xc.

Sedicio discordiā īportat multi
tudinis ciuilis. in tantū vt ad
pugnam se ꝑparent: ꝛ ꝑtinet ad eos
q̄ contra iusticiam ꝛ cōe bonū huius
modi discordiam ꝓcurant. Et ē sem
per mortale et grauissimū peccatū vt
dicit scūs thōs q. 42: ꝙ ex malicia ꝓ
cedit. et bonū multitudis qd diuini9
est q̄ vnius ꝑturbat. Vnde sedicio
sus ſm ph. dicit̄ q̄ dissentionem ani
moꝝ facit. et discordias gignit. Et ſm
glōm ij. cor. xij. applicat̄ iste termi9
seditio ad tumultus populoꝝ: qui ad
pugnam vel uadunt vel se ꝑparant.
Et nota ꝙ sicut non dicit̄ rixosus q̄
iuste se defendit ꝯtra vnū: sic eciā nō
dicunt̄ sediciosi q̄ contra sediciosos
rē publicā defēdūt. Cetera vid' v. sup.

Scādalū eciā ꝑ ſcm̄ thom̄ 22e. q.
43. caritati cōtrariat̄. et pacem tur-
bare ſolet: et multas ꝯplexitates et
difficultates in actibus moralibus
generat. Vn̄ ſm̄ intētionē beati ieronī
ſic diffinit̄. Scādalū eſt dictum vel
factū minus rectum ꝑbens occaſio-
ſionē ruine. Et dr̄ a greco noīe ſcāda-
lon qđ nos offēſionē ꝉ ruinā vel īpēſi
onē pedis poſſumus dicere. Contingit
eñ ꝙ q̄ndꝫ aliq̄s obex ponit̄ alicui ī via
corꝑali. cui īpigens diſponit̄ ad ruinā.
Et talis obex dicitur ſcandalum. Et
ſimilit̄ in ꝓceſſu vie ſpiritualis con
tingit aliq̄ꝫ diſponi ad ruinam ſpiri-
tualē ꝑ dcīm vel factū alt̄ius. Inq̄n
tū ſciꝫ aliq̄s ſua ammonicōe vel induc-
tione ꝗ̄ exēplo alteꝝ trahit ad pec-
candū. Vel eciā ſi hoc ipē non inten-
dat. tn̄ ipm̄ factū ē tale qđ de ſui racō
ne habet ꝙ ſit inductiuū ad peccādū:
puta cū aliq̄s publice facit pcc̄m vel
qđ habet ſimilitudinē peccati: tūc ille
q̄ huiuſmoī actū facit ꝓprie dat occaſioēꝫ
ruine. Et hoc vocatur ſcādalū actiuū.
Scādalū autē paſſiuū ē quādo per
aliq̄d v̄bum vel factū vniꝰ datur al-
teri cā peccandi: q̄n et ꝑter intēcōem
opātis et ꝑter conditionem opis ali
q̄s male diſpoſitꝰ ex huiuſmoī ope
īducit̄ ad peccandum: puta cū aliq̄s
inuidet bonis alioꝝ. Et tūc ille q̄ fa-
cit huiuſmoi actū rcīm nō dat occa-
ſionē quātū in ſe eſt. ſꝫ aliꝰ ſumit oc
caſionē: ꝑ illđ. ro. vij. occaſiōe autē
accepꝑ ꝛc. Vltra hoc q̄nq̄ꝫ iſta ſcāda
la miſcētur in vno actu: vicꝫ q̄n ad
inductionē vniꝰ aliꝰ peccat: q2 tūc in
ꝑmo ē ſcādalū actiuū ꝛ ī ſecūdo paſ
ſiuū. Quādoq̄ꝫ vero eſt ſcandalum
actiuum ſine paſſiuo: puta cum ali-
q̄s inducit verbo vel facto alium ad
peccādū et ille nō ꝯſentit. Q̄nq̄ꝫ eſt
ſcādalū paſſiuū ſine actiuo: ſicut iā
dictum eſt. Et nota ꝙ ſcandalū ſem-
per includit racōem peccati: q2 ſpiri-
tualis ruina hoc de ꝑ ſe notat. Sci
endū ē tn̄. ꝙ diuſimode ſcādali pcc̄m
ꝯtingit. Nā ſcādalū actiuū ſemꝑ eſt
pcc̄m in eo q̄ illđ facit: q2 vel ipm̄ opꝰ
qđ facit ē pcc̄m: vel eciā ſi habeat ſpēꝫ
pcc̄i dimittēdū ē ſꝑ ꝓpt̄ ꝓxi caritatē: ex
q̄ vnuſq̄ſq̄ꝫ tenet̄ ſaluti ꝓximi ꝓui-
dere: ꝛ ſic q̄ nō dimittit ꝯtra caritatē
agit. Poteſt tamē ſcādalum actiuū
eſſe ſine pcc̄o alt̄ius qui ſcādaliſetur:
q̄n ſciꝫ ille qui poſſit ſcādaliſari non
ꝯſentit vt dictum ē. Scādalum eciā
paſſiuū ſemꝑ ē peccatum in eo ſcilicꝫ
qui ſcādaliſatur: ꝯꝑius nō ſemper il-
le peccet a quo occaſio ſcādali accipi-
tur: ſicut cū aliquis ſcandaliſatur de
his q̄ alius benefacit. ꝛc. Ex quibꝰ
ſequitur: ꝙ in viris perfectis non re-
peritur ſcādalum. neq̄ꝫ actiuū neq̄ꝫ
paſſiuum. Q2 paſſiuum ſcandalum
in eis non cadat: aperte beatus Ie-
ronimꝰ. teſtatur ſuꝑ Mat. ca°. 18. di-
cēs. Nota ꝙ qui ſcandaliſat̄ puulꝰ
ē: maiores eñ ſcandala nō recipiūt.
Cuiꝰ rationē aſſignat ſcūs thō. 22e
q. 43. ar. 5. q2 nullus mouetur q̄ rei
imobili firmiter inheret. maioēs autē
ſiue perfecti ſoli deo inherēt: cuiꝰ eſt
imutabilis bonitas. Quia et ſi inhe
rēt ſuis ꝑlatis non tamē inherēt eis
niſi inq̄ntū illi inherent xp̄o: ſcd̄m illđ
1. cor. 4. Imitatores mei eſtote: ſicut
et ego xp̄i. Vnde quantumcumq̄ꝫ vide
ant alios inordinate ſe habere dāſ

vel factis.ipi a ſua rectitudine nõ re-
cedunt:ſm illud p̃s·Qui confidũt ĩ
dño ſicut mõs ſyon:ñ cõ·in eternũ q̃
habitat in ihr̃lz.Et iõ in hijs q̃ pfecte
deo adherẽt.ſcãdalũ paſſiuũ nõ ĩueni-
tur:ſ·illd̃.pax multa diligẽtibȝ le·t·
et ñ ẽ illis ſcãdalũ.Nec obſtat illud
quod xp̃s pet° dixit.ſcãdalũ m̃ es:qꝛ
ibi ſcãdalũ large ponĩ p q̃libet im-
pedimẽto.Silr̃ nec pc̃a venialia ha-
bent plenã rationẽ ſcãdali:ſȝ poteſt ĩ
eis eẽ approping̃tio q̃dã ad ſcãdalũ.
Qñ eẽ viri ſancti foris ĩpediũt a bo-
no ope nõ ob hoc ſcãdaliſant:qꝛ in ĩ-
teriori volũtate ñ pñt ĩpediri q̃ mĩ9
in deũ tẽdãt:ſ·illd̃ rõ·8·Neqȝ mors
neqȝ vita poterit nos ſepare a cari-
tate dei.Scãdalũ eciã actiuũ in vi-
ris pfectis eſſe nõ p̃t:qꝛ ad ipſos per-
fectos ptinet ea q̃ agunt ſm regulã
rationis ordinare:ſm illd̃ p̃me ad cor.
14·Omnia honeſte ⁊ ſm ordinẽ fiãt
in vobis.Et ſi quid in eoꝝ maĩfeſtis
dictis vel factis ab hac moderatione
deſit.hoc puenit ex infirmitate hũa-
na ſcilicet modice et leuiter.Nec tã-
tum eſt vt ex hoc rationabiliter poſ-
ſit ab alio ſuĩ peccandi occaſio.Qui
autem ſeipſum ſcãdaliſat ſine occa-
ſione debita:ille eciam ſibiipſi cauſa
eſt peccati nõ alius q̃ bene agit·Pe-
trus eciam ñ ita g̃uiter peccauit vt
ſcandalum actiuũ daẽt:qꝛ ex pieta-
te pceſſit factũ ſuum vt dicit gal'2°.
licet gentiles noviter ↄuerſi ex hoc
paſſiue ſcãdaliſabant.Et eciam ſm
auguſtinũ magna vtilitas ĩdeſeq-
batur:qꝛ vtilius exemplũ reliquit pe-
trus patient̃ ſufferẽdo ĩcrepationem
publicã p modico:q̃ paulus eã inſe-
rẽdo·An ãt ſpũalia exercitia ſint
ppter ſcãdalũ dimittẽda ſcãs thõs
reſpõdet v̈·ſup̃ ar·4·ſub diſtinctiõẽ
p̃mittens:q̃ iſta q̃ſtio intelligenda
eſt de ſcãdalo paſſiuo:qꝛ nichil peni-
tus eſt faciẽdũ cũ ſcãdalo actiuo:qd̃ ſp
eſt vitãdũ tãq̃ malũ ſimplicit̃.Con-
ſiderãdũ ẽ ergo:q̃d ſit dimittẽdũ ne
alius ſcãdaliſet̃·Eſt ãt in ſpũalib9
bonis diſtinguẽdũ.Nã q̃dã boꝝ ſũt
de nc̃citate ſalutis:q̃ p̃termitti nõ poſ-
ſunt ſine pc̃o mortli·Manifeſtũ eſt
autem q̃ null9 debet mortlit̃ pc̃care
vt alteri9 pc̃m ĩpediat:qꝛ ſ·ordinem
caritatis pl9 dȝ hõ ſuã ſalutẽ ſpũa-
lem diligẽ q̃ alteri9.Et ideo ea q̃ ſũt
de nc̃citate ſalutis p̃termitti nõ de-
bent:ppter ſcãdalũ vitãdũ·In hijs
ãt ſpũalib9 bõis q̃ nõ ſũt de nc̃cita-
te ſalutis.videt̃ adhuc diſtinguẽdũ:
qꝛ ſcãdalũ qd̃ ex eis orit̃ q̃nq̃ ex ma-
licia pcedit:cũ ſciȝ aliq̃ volũt ĩpedire
h9moĩ bona.ſcãdala ↄcitãdo:⁊ h° ẽ ſc-
ãdalũ phariſeoꝝ.q̃ de doctriã dñi ſcã-
daliſabãt.Qd̃ eſſe ↄtẽpnẽdũ dñs do-
cet mat·15·dicẽs·Sinite illos:ceci
ſũt ⁊ duces cecoꝝ.Qñq̃ vero ſcãda-
lũ pcedit ex ĩfirmitate vel ignorãti-
a.et huiuſmodi ẽ ſcãdalũ puſilloꝝ:
ppter qd̃ ſũt ſpũalia bona occultã-
da vel eẽ ĩtdũ differẽda vbi piculũ ñ
imminet:q̃uſq̃ȝ reddita racõe.h9moĩ
ſcãdalũ ceſſet.Si ãt poſt redditã ra-
tionẽ h9modi ſcãdalũ durẽt.iã videt̃
ex malicia eſſe:et ſic ppter ipm ñ ſũt
h9moĩ ſpũalia opa dĩtẽda.Hic b·je-
roĩ9 d̃t.q̃ dĩtẽdũ ẽ ppter ſcãdalũ oẽ
qd̃ p̃t p̃termitti ſalua triplici veri-
tate:ſciȝ vite iuſticie et doctrĩe.Et g̃g̃°
ſuper ezechielem d̃t·Si de veritate

ſcādalū ſumit̄: vtili⁹ naſci ꝑmittit̄ ſcā-
dalū ꝙ̄ veritas relinquat̄. Nichilo-
min⁹ ad ſedādū ſcādalū ꝑ aliq̄ ad-
monitionē vel piam excuſacōez ꝗ̄ ali-
ter manſuetudīe ſpūs vel hūilē recog-
nicōez ꝓ̄pie ipſorū̄ magis videt̄ ſecu-
rum ⁊ edificatoriū dūmō aliud non
obſiſtat. Et nota ꝙ hec nō ꝑuā dif-
ficultatē includūt: viz q̄lr̄ et qñ hoc
ꝗ̄ illō fieri potiſſimū debeat. Conſtat
namq; ꝙ viri ꝑfecti ad mlta ꝓ loco
⁊ t̄pe tenent̄ ꝓpter alioꝝ nedum im-
ꝑfcōez ſ; eciā q̄dāmodo ꝑfectioēz. ad
q̄ alias nō tenēnt̄: vt ſciz imꝑfectis
offendiculum nō ponant ſ; ipos poci-
us edificēt̄: et nichiloi⁹ ꝑfcōrib⁹ ſatiſ-
faciant et ad altiora ſuſtollant. In-
ſup quō nedum criminalia ī huiuſ-
modi. ſ; etiā ꝓuide caueant venialia. ac
ꝓpriam ꝯſcientiā ſine murmure cuſ-
todiant nec in aliq̄ ſcām caritatē le-
dant ꝓ̄pt̄ quam ꝯſeruandā ⁊ nutriē-
dā omnia fieri debent. hoc vtiq; labor
ē an̄ donec plenī⁹ intrē in ſanctuari-
um ſcripturaꝝ et planiorem ꝯueniē-
tiam inueniam in dāc et exemplis
ſcōꝝ. Qm̄ ni fallar tāta diūſitas in
his pleꝝq; reperitur: vt merito de ipis
illō iudic̄ v°. c°. dicat̄. Diuiſo ꝯtra ſe
ruben: magna ioꝝ repta ꝯtentio eſt.
Salua enī fide et iuſticia. tāto zelo
nōnūq̄ etiā ꝓbati viri ꝯtra ſe mutuo
ꝯgrediūtur: vt q̄ſi federa caritatis vi-
olaſſe nō ſine ſcandalo pluimorum
credant̄. Et vt tiendū eſt multi hoc
pacto a gratia exciderūt. ꝗ̄ nobilit̄ i
via moꝝ ſe et alios īpediuerūt: dū
ī his q̄ min⁹ ꝯſulte defendē conarēt̄
modum ꝗ̄ finē debitū nō ponētes. ad
alia etiā inepta q̄ non ꝓuidebant ꝓ-
lapſi fuerūt. Caute ergo ꝓcedunt. q̄
ſꝫ vē hūilitatis normam ſe īſtituunt:
et in ea vſq; ad finem ꝑſeuerāt.

Contra t̄ptationes gule ⁊ caſ-
trimargie. Ca° 7.

Salomon. ꝓū. 13. Venter īpiorū
inſaturabilis. Yſai. 23. Et ecce
gaudiū et leticia: occidere vitulos et
iugulare arietes: comedere carnem ⁊
bibere vinum. Comedamus ⁊ biba-
mus: cras enī moriemur. Nolite ſe-
duci in ſaturitate ventris. i. cor. vi. Eſ-
ca vētri. et vēter eſcis: deus autē et
hūc et has deſtruet. Rō. xvi. Huiuſ-
modi autē nō domino: ſ; ſuo vētri ſer-
uiūt. Philip. iij. Quorū deus vēt̄ eſt.
ꝓū. 21. Qui diligit epulas in egeſta-
te erit: qui amat vinum et pinguia
nō ditabit̄. ꝓū. xxiij. Noli eſſe in ꝯui-
uijs potatoꝝ. nec ī ꝯmeſſacōib⁹ eorū
q̄ carnes ad veſcēdum ꝯferūt: q2 va-
cātes potibus et dātes ſimbola ꝯſu-
mētur. Cui ve. cui⁹ prī ve. cui rixe. cui
fouee. cui ſine cauſa vulneā? cui ſuf-
foſſio oculorum? Nonne his qui cō-
morantur in vino: et ſtudent calici-
bus epotādis? Ne intuearis vinum
quando flaueſcit: cum ſplenduerit in
vitro color eius. Ingreditur blādē:
ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber:
et ſicut regulus venena diffundet.
Et prolapſus ī penis. dices ſcilicet
inferni. Quādo euigilabo: et rurſus
vina reperiam? Iob. xxviij. Sapi-
entia vero inuenitur: et quis eſt lo-
cus intelligentie? Neſcit homo preci-
um eius: nec inuenietur in terra ſua-
uiter viuētium. Eccli. 19. Vinum et
mulieēs apoſtāre faciunt ſapiētes. i.
Teſſal. v. Nos qui diei ſu⁹ ſobrii ſi⁹.

Augꝰ ſup illud rō·1𝔵· noli ꝓpter eſ
cā deſtruē opus dei:omnia q̄dē mun
da mūdis. Nō ꝓpter porcū ꝫ ꝓpter po
mū mortē ꝑmus homo īuenit:ꝛ eſau
ꝑmatū ſuum non ꝓpter gallinā ſed
ꝓpter lenticulam ꝑdidit· Scio em̄ ō
ne genꝰ carnis ꝙ cibo eſſet vſui mā
ducare ꝯceſſū.heliam cibo carnis ē
fectum:Johānem mirabili abſtinen
tia preditum animalibꝰ ideſt locuſ
tis ī eſcam cedētibus nō fuiſſe pollu
tum:et ſcio eſau lenticule concupiſcē
tia deceptum:ꝛ dauid ꝓpter aque de
ſiderium a ſeipſo reprehenſū:ꝛ regē
noſtrū non de carne ꝫ de pane tēp
tatum. Ambroſiꝰ· Male dn̄e ſeruit
gule:que ſemper expetit.nūꝙ̄ exple
tur· Quid em̄ inſatiabilius ventre:
Hodie ſuſcipit cras exiget:cū imple
tus fuerit diſputatur de ꝯtinentia:
cū digeſſerit vale v̄tutibus dicitur·
Faēs aīca v̄ginitati ē·inimica laſciuie:
ſatitas vēo caſtitatē ꝑdigit.nutr̄ il
lecebrā. Jero. Sit vilꝭ ꝛ veſptinꝰ ci
bꝰ piſa ꝛ leguīa:ītdū piſciculos ꝓ ſū
mis ducas delicijs. Qui xp̄m deſide
rat et illo paē veſcit̄.nō q̄rit magno
pe ꝙ de p̄cioſis cibis ſtercꝰ conficiat.
Ypocras ī amphoriſmis docet.craſſa
et obeſa corpa q̄ creſcendi menſurā
impleuerunt.n̄ cito ablatione ſang
uinis minuant̄.ī paliſim ꝛ peſſima
morboꝝ gn̄a erūpe:ꝛ ideo nc̄ria eē
demptionē: vt rurſū habeant in q̄
poſſunt creſcere. Non em̄ manere in
vno ſtatu naturam corporum dicit:
ꝫ aut creſcere ·aut ſemper decreſcē:
Nec poſſe viuere animal niſi creſcē
do capax ſit. Unde et galienus dicit.
Quorum adepta vita et ars ſagena
eſt.nec viuere poſſe diu nec ſanas eſ
ſe animas:que ita nimio ſanguine
et adipibus quaſi luto inuolutas nic
hil tenue michil celeſte· ꝫ ſemper de
carnibus eructuare et v̄etris in glu
uie cogitare· Item ieronimus· Legi
mus quoſdam morbo articulari et
podagre humoribꝰ laborātes:ꝑſcrip
tione bonorum ad ſimplicē menſam
et pauperes cibos redactos.conua
luiſſe. Caruerant em̄ ſollicitudie diſ
penſande domus ꝛ epularum largi
tate:que et corpus frangunt et ani
mū. Semper ſaturitati iūcta laſciui
a ē:vicina ſūt ſibi v̄eter et genitalia.
ꝓ menbrorum ordīe ordo viciorum·
Gregorius. Non cibus ꝫ appetitus
in vitio eſt. Unde et lautiores cibos
plerumꝫ ſine culpa ſumimus:et ab
iectiores non ſine reatu conſcientie
deguſtamus. Nota ſcd̄m auguſtinū
𝔵 confeſſionum:et ſcd̄m gg̃·30·morā·
Magna eſt difficultas et pene ine
uitabilis neceſſitas ī menſura cibi
et potus conſtituta:ita vt vix vmꝙ̄
aliquis fuit qui metas non exceſſit.
Et ergo vbi eſt bona voluntas.non
leuiter eſt quis iudicandus de gula
ſi excedat ī quantitate cibi.eſtiāns
ſibi id neceſſarium eſſe:quia hoc ad
aliquā ꝯpetētiā ꝑtinet. Sꝫ hoc ſolū ꝑti
net ad gulā:ꝙ aliq̄s ꝓpt̄ ꝯcupiſcētiā
cibi delcābilis ſcieṅ excedat mēſurā
in edēdo:22ᵉ·q·1𝔵8·arti·ꝑmo· Thōs·
Gula ē pc̄m mor̄le ex genere:in ꝙ̄
tum ſciꝫ auͤtit hoīeꝫ a deo. Quod q̄dē
ꝯtingit.quando delectacōi gule inhēr
hō tamꝙ̄ fini ꝓpter quem deum con
tempnit:paratus ſcilicet contra dei
p̄cepta agē.vt delcāc̄oes huiuſmodi

aſſequtur. Si vero in vitio gule intel
ligat̃ inordinatio ↄcupiſcẽtie. tũ ſm
ea q̃ ſũt ad finẽ· vtpote ꝙ nimis cõ
cupiſcit delectacõẽꝫ ciboꝝ ñ tñ ita ꝙ
ꝓpter hoc aliq̃d facẽt ↄtra legẽ dei: ẽ
peccatũ veniale· Ebrietas eciã ẽ pec
catũ mortale: q̃ tunc ↄmittit̃· qñ hõ
volẽs ꝛ sciẽs ꝓuat ſe uſu raciõis ꝑ ni
miũ potũ et fortẽ: q̃ ſua fumoſitate
ꝑturbaẽ poteſt cerebrũ· Vſu ẽm ra
tionis homo ſm̃ ṽtutẽ opatur: et pccã
declinat· Et inde ẽ ꝙ ebriꝰ pccãt mor
lit̃. piculo pccãndi ſe ↄmittẽs· Vnde
dicit btũs ambroſiꝰ· Vitãdã diciꝰ e
brietatẽ: ꝑ quã vitia cauẽ ñ poſſuꝰ·
Nam q̃ ſobrij caueꝰ ꝑ ebetatẽ igno
rãtes ↄmittiꝰ. Si ãt ebetas accidit
pret̃ opiõnẽ bibentis. tũc pt̃ eſſe ſine
pccõ ã cũ pccõ veniali: ſicut dr̃ ↄtigiſſe
noe. loth. et q̃buſdã alijs. Et nota ꝙ
gula eſt geꝰ: et habet duas ſpẽs: ſciꝫ
ↄmeſſacõẽꝫ et ebetatẽ· Ro. 12. Nõ in cõ
meſſacõibꝰ ꝛ ebetatibꝰ. Greg. Quinꝫ
modis nos gule vitiũ tẽptat. Aliqñ
nãqꝫ indigẽtie tpa ꝓueit̃: aliqñ lau
cioẽs cibos q̃rit: aliqñ q̃ ſumẽda ſũt
ꝓparai accuraciꝰ appetit: aliqñ ĩ ip
ſa q̃ntitate ſumẽdi menſurã refecti
onis excedit: aliqñ vero eſtu ĩmenſi
deſiderij eciã ſi vilis ſit cibus deĩius
peccat. Vnde ũſus P cepropere. laute.
nimis ardent̃. ſtudioſe· Gule eciam
quinqꝫ ſunt filie: ſcilicꝫ inepta letici
a· ſcurrilitas· immundicia· multilo
quium· ebetudo mentis· Itẽ· Greg.
Ad conflictum ſpiritalis agonis nõ
conſurgitur: ſi non prius intra noſ
metipſos hoſtis poſitus. gule videliꝫ
appetitus edomatur· Nã ſi non ea q̃
viciniora nobis ſunt ↄſternimus:

nimirũ inanit̃ ad ea q̃ longius ſunt
impugnanda tranſimus· Verũ q̃d
vni ẽ menſura debita: hoc alteri eſt
exceſſus· Nec cõſtat menſura in ci
bi quantitate: ſed ĩ comedentis qua
litate.

Contra tẽptationes luxurie for
nicationis· ꝛc̃ Ca. 26.

PAulus· i· theſ· iiij. Hec ẽ volũt
tas dei· ſanctificacõ veſtra: vt
abſtineatis vos a fornicatione: vt
ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrũ vas ſuum
poſſidere in ſanctificatione et honoẽ:
non in paſſione deſiderij: ſicut et gẽ
tes q̃ ignorãt deum. Non enim voca
uit nos deus in immundiciam: ſꝫ in ſã
ficationem· Ad ephe· v°· Nolite ine
briari vino in quo eſt luxuria· Ad
gala· v°· Manifeſta ſunt opera car
nis: q̃ ſunt fornicatio· imũdicia· im
pudicicia· luxuria· idolorũ ſeruitus.
veneficia· ĩimicicie· ↄtẽtiones. emula
tiones. ire. rixe. diſſẽcões· ſecte· inuidie.
homicidia· ebrietates· cõmeſſatiões
et his ſimilia: que predico vobis ſic
predixi: quoniã qui talia agunt reg
nũ dei non cõſequẽtur· Eph· v· For
nicatio ãt et omnis imũdicia ã aua
ricia· nec noĩetur in vobis ſicut decet
ſcõs: ã turpitudo· ã ſtultiloquiũ. aut
ſcurrilitas que ad rẽ non ꝑtinet: ſed
magis graciarum actio· Math· v·
Amen dico vobis: omnis qui viderit
mulierẽ ad concupiſcendũ eam: iam
mechatus eſt eam in corde ſuo. ꝓu·
v· Fili mi attẽde ſapientiam meam.
Ne intenderis fallacie mulieris: pe
des eius deſcendunt in mortem· et
ad inferos greſſus illius penetrãt:
per ſemitam vite non ambulant.

Longe fac ab ea viā tuā: ne appro
pinq̄s foribus domus eius. ꝛc. Mul
tos vulneratos deiecit: et fortiſſimi
quiqȝ interfecti ſunt ab ea ꝛc̄. Pōe
ad coꝛī. 6. Omne peccatū quodcūqȝ
facit homo extra corpus ſuum eſt: q̄
autē fornicat̄ in corpus ſuū peccat.
Ambroſius Nemo diu fortis ē. Iu
das machabe⁹ et ioāthas p⁹ cēbri
mas victorias occiſi ſūt. Vn̄ qui ſp
cū hoſte ē licet freq̄ntiſſime vīcat. tn̄
timere dȝ ne vel ſero ſui negligēs ſupe
tur. Aug⁹. Quāti et q̄les epi et clerici
poſt ꝯfeſſionū et victoriarū calcata
certamina. poſt magnalia et ſigna
mirabilia vſqȝ mōſtrata. noſcūt cū
hijs omnib⁹ naufragaſſe: cū volūt in
naui fragili nauigare. Quātos leo
nes domuit vna īfirmitas delicata
ſcȝ luxuria: q̄ cū ſit vil et miſera. de mḡ
nis efficit p̄dā. Luxuria inimica deo.
inimica v̄tutib⁹ pdit oēm ſubſtācīā:
et ad p̄ns voluptatē delinīēs futurā
nō ſinit cogitare paup̄tatē. Itē Au
g⁹. Cū mulierib⁹ ſermo breuis et ri
gid⁹ ē habend⁹. Nec ideo mī⁹ vitā de
ſūt q̄ bone indolis et honeſte videt̄:
ſ; quāto religioſiores ſūt tāto mag̃
alliciūt: et ſub ſpē religioīs plurimū
viget viſc⁹ libidīs. Crede m̄ vt epiſ
cop⁹ loq̄z et exp̄tus. Cedros libani.
greḡū arietes repi ſub hac peſte cor
ruiſſe: de q̄rū vita n̄ mī⁹ ſuſpicabar
q̄ de iheronimi vel ambroſij ꝯpitudi
ne impudica. Ecce q̄d audiſti. Si
in viridi ligno hec facta ſunt. in ari
do q̄d fiet: Quid āt iuuenes de ſe ſen
tiant neſcio. Ego iā lx ānoꝝ vno mi
nus et vndiq̄ ꝑſtrep̄ētibus malis
caſum lubricitatis horreſco. Hec ille.

Sororē eciā ſecum habitare nō pmi
ſit. dicens. Que cum ſororē mea ſunt
ſorores mee non ſunt. Exemplū igit̄
docti viri informare nos debet. Iero.
Qui luxuriatur viuens mortuus ē:
et ferreas mentes libido domat: que
maiorem in virginibus patitur fa
mem dum dulci⁹ putāt omne quod
neſciunt. O q̄m amarus eſt fructus
luxurie: amarior felle: crudelior gla
dio. Libido enim tranſacta. ſemper
ſui reliquit penitudinem et nunq̄
ſaciatur. et extincta reaccenditur:
vſu creſcit et deficit. nec rationi pa
ret que impetu ducitur. Quod ſi ge
neris gratia iudicas feminas nul
lo pacto dimittere: memēto thamar
q̄ ab amon fratre ſuo corrupta ſit
et cetera. Et Loth. Gregorius. Ma
lum luxurie aut cogitatione perpe
tratur. aut opere. Callidus enim ad
uerſarius noſter eſt: cum ab effectu
operis expellitur. ſecreta cogitatio
ne polluē nititur: et cuius ſemel men
tem occupauerit: vix eum bona deſi
deria cogitare permittit. Criſoſtim⁹.
Vitium libidinis facile ex vacantia
et ocio naſcitur. Nam diffinitio amo
ris. hec eſt: anime vacantis paſſio.
Ideo ~~nec~~ dicit poeta. Ocia ſi tollas
periere cupidinis arcus. Beda. Bre
uis eſt voluptas fornicatōis: ſ; ꝑpe
tua pena fornicatoris. Gregorius.
Momentaneum eſt quod delectat:
eternum quod cruciat. Caſui proxi
mus eſt qui de ſuo caſu nō timet: nemo
ſibi de ſua virtute confidat. In hac
re fortior eſt natura. q̄m gratia
ſaltem communis ꝛc̄. Nota genera
lem ad omnem virtutem perfectum.

Caſſia9 in colla͠c͠oe· abbatis moyſi. Tā
diu ſpū fornicacōis aīaʒ neceſſe eſt
impugnari, donec ſe bellum gerere
ſupra vires agnoſcat: nec laboꝛe vel
ſtudio ꝓprio victoriam obtinē ſe poſ
ſe confidat: niſi domini fueit auxilio
⁊ ꝓtectione ſuffulta. Unde quidam.
Aduerte ꝙ tanta ē vis nature. q̄ ⁊
ſi deſiſſimis donis diuīs indū veſti
atur: tamē ſi mēs vtrūqʒ ſopita ſibi
vigilātiſſime n̄ ꝓſideat. et ſepe accep
ta dona in ꝯſpectu dei et rationis v
ſu ꝯſeruet: illa tāq̄ effrenis ſuo im
petu per motum carnis hominē dei
cit in peccatū. Et eciā plerūqʒ confeſ
ſoꝛ ſe ſauciat. dū alios curat· Unde
heu contigit pluribus: ꝙ pro regimi
ne magis eſt eis expectanda pena
q̄ gloria. Nemo igit̄ ſibi gaudeat cō
feſſionis officinm ſibi eſſe cōmiſſum.
Difficile eſt audiē carnalia ſine ſen
ſu: tractare ⁊ audire lubrica ſine lu
bricitate. Igit̄ nemo ſterc̄is iſtud n̄
neceſſitate cogente reuoluat: ſʒ ſtatī
ad ſpiritualia recurrat. Thōs· 22ᵉ·q
173. Abſqʒ dubio luxuia pctm̄ ē. Quā
to em̄ aliq̄d ē magis neccariū: tanto
magis oꝫ vt circa illd rōis oꝛdo ſer
uet̄· Uſus āt venēoꝝ eſt valde neccā
rius ad bonū cōmune qd ē conſerua
tio hūani gn̄is: ⁊ ideo circa hoc max
ime attēdi debet rōis oꝛdo. Et per cō
ſeqns ſi q̄d circa hoc fiat ꝑter q̄ ra
cōis oꝛdo habet. viciosū erit. Hoc āt ꝑ
ſiet ad racōem luxurie: vt oꝛdinē et
modum racōis excedat circa venēa.
Et nō· ꝙ q̄ inoꝛdinate ſuo corpoꝛe vti
tur ꝑ luxuiā. iniuriā facit dn̄o deo: qui
ꝑncipalis ē dn̄s coꝛporis nr̄i. Qualit̄
āt oſcula. tact9. āplex9. viſus. ⁊ huiuſ

modi ſint pc̄ca. ſic intelligit̄. Dicit̄ em̄
aliq̄d eē pc̄m moꝛtle dupliciť· Uno°
ꝑm ſpēm ſuā: et hoc mō nō ſūt pc̄ca:
pñt em̄ abſqʒ libidine fieri vel ꝓpter
ꝯſuetudinē pñe: vel ꝓpter aliq̄ neccī
tatē q̄ rōabilē cauſam. Aliomō dr̄ a
liq̄d eē pc̄m moꝛtle ex ſua cā: ſicut il
le qui dat elēoſinā vt aliqʒ inducat
ad hēſim moꝛtlit̄ pc̄at ꝓpter intēcōeʒ
coꝛruptā: ſic qñ oſcula ⁊ āplex9 ⁊ h9
moī ſiūt ꝓpt̄ delectacōeʒ libidinoſam
ꝯueniēs eſt ꝙ ſint pc̄ca moꝛtlia. ⁊ ſic
ſolū dicūt̄ libidinoſa. Nō eciā ꝙ ꝯſen
ſus ī delectacōeʒ pc̄i moꝛtlis eſt pec
catū moꝛtale: et nō ſolū cōſenſus in
actū. Species luxurie ſūt ſex. q̄ nu
merant̄ in decretis 36·q·1· ſcʒ forni
catio ſimplex. adulteriū· icēſtus. ſtu
prū· raptus: et vitiū ꝯtra naturam.
Et his p̄t addi ꝑm aug̃· ſacrilegium.
Filie luxurie ꝑm gḡ· 31· mō· ſunt ceci
tas mentis· inꝯſideratio· p̄cipitatio.
inconſtātia. amoꝛ ſui. odiū dei: amoꝛ
preſentis ſeculi. hoꝛroꝛ futuri· Inno
centius· Quis luxurie multiplices
ſpecies enumerare valeat· Hec em̄
pentapolim cū adiacēti regione ſub
uertit. ſichē cū populo interemit. filios
iude percuſſit· iudeū ⁊ madianitidē
pugione transfodit: tribum benya
min pro vxoꝛe leuite deleuit· filios
heli ſacerdotis in bello proſtrauit·
vriam occidit. amon interfecit. plu
rimos lapidauit: ruben maledixit·
ſampſonem ſeduxit· ſalomnem per
uertit· Verū eſt ergo quod legitur:
ꝓpter ſpeciem mulieris multi peri
erunt· Auguſtinus· Maxima q̄qʒ
mala ab origine mūdi a mulieribus
inchoata legimus. Adā ad lapſū cū
tota poſteritate ſua ꝑ mulierē venit: diluuiū eadē
occaſiōe inundauit. etc. Seq̄lū q̄ hiſtorie ī eadē ſimas
cēūt. Troyang bella acerriſſia. aſſyrioꝝ monar
chiā fortiſſimā ac alioꝝ ꝑlapſā coꝛruerunt.

urbis diſſidia. egregiarū ciuitatū in-
cendia: crebro ob vnius femelle blā-
dimenta legimus exorta. Innocē.
O extrema libidinis turpitudo: que
non ſolum mentem effeminat ſ; cor-
pus eneruat: non ſolum maculat a-
nimū ſed fedat perſonam. Semper
illam precedunt ardor et petulātia:
Semp comitantur fetor et immū-
dicia: Semp ſequūtur dolor et peni-
tentia. Item. mirū eſt quomodo tan-
tam feditatem non aſpernatur tac-
tus: q̄ ita abhominatur odoratus et
guſtus. Sed magis mirum: q̄ non
amplius de hoc erubeſcit homo. ad
imaginem dei factus. Hanc qui nō
fugit: ſuperare non poteſt

¶ Contra temptationes auaricie
et tenacitatis: ¶ Cap.

Ieremias. capitulo. vi. A
minore ad maiorē omnes
auaricie ſtudēt: et a pphā
vſq; ad ſacerdotem cūcti faciunt do-
lū. Eze. 33. Auariciā ſuam ſequitur
cor eorū. Eccleſiaſtici. 10. Auaro nich-
il ſceleſtius. Eccs. v. Auarus nō im-
plebit pecunia. Col. 3. Eph. v. Aua-
ricia eſt ydolorū vel ſimulacrorū ſer-
uitus. Luc. 12. Cauete ab omni aua-
ricia. Prouē. 28. Qui odit auariciā:
longi fient dies eius. Heb. 13. Sint
mores ſine auaricia contēti pſentibus.
Deut. 16. Nō accipias pſonā nec mu-
nera: q2 munera excecāt oculos ſa-
pientū. Job 17. Ignis deuorabit tab-
ernacula eorū: q̄ libent munera accipi-
unt. Eccli. 20. Oē munus et iniquitas
delebitur. Johis. iij. Qui habuerit ſub-
ſtantiā huius mundi et viderit fra-
trē ſuū neceſſitatē habere. et clauſe-
rit viſcera ſua ab eo: quomodo cari-
tas dei manet in eo. Filioli mei nō di-
ligamus verbo neq; lingua: ſed ope-
et veritate. Auguſtinus. Nō ſolū aua-
rus eſt qui rapit aliena: ſ; eciā qui
cupide ſeruat ſua. Hic anteq̄ lucre-
tur ſeipſū pdidit: et anteq̄ aliud ca-
piat capitur. Auaricia non eſt vici-
um auri: ſ; anime peruerſe amantis
aurū derelicta iuſticia q̄ debuit ante-
poni auro. Hec non ſolum in argen-
to: ſ; in omnibus rebus que immode-
rate cupiūtur intelligenda eſt. Aua-
rus. cecus eſt: credēdo enī diues eſt
nō vidēdo. Amas pecuniā o cece q̄m
nunq̄ videbis: cecus poſſides. cecus
moriturus es: qd poſſides hic relictu-
rus es. Ambroſius. Non minoris ē
criminis habenti tollere: q̄ cū poſſis
et habes indigentibus denegare. Eſu-
rientium panis eſt quem tu detines:
nudorum indumentum quod tu in-
cludis: miſerorū redemptio et abſo-
lutio pecunia quam tu ī terra fodis.
Tantorum ſcias te inuadere bona: q̄n-
tis pſtare poſſis et nol. Nō ſūt bona
hōis: que ſecū ferre non poteſt. Sola
miſericordia comes ē defunctorum.
Item. Inflammatur lucro auari-
cia non reſtringitur. Quaſi gradus
quoſdam cupiditas habet: a quo plu-
res aſcenderit. eo ad altiora feſtinat.
Vnde fit grauis ruina lapſuro. Ie-
ronimus. Auaro tam deeſt quod
habet q̄ quod non habet: quia aut
habita concupiſcit vt habeat. aut
habita metuit ne amittat: et dum
in aduerſis ſperat proſpera. in pſ-
peris formidat aduerſa. Credenti
totus mūdus diuiciarū ē. Infidelis

autē obulo indiget· Nos ardemus a
uaricia.et contra pecunias diſputā
tes auro ſinum expandimus: vt il
lud nobis miſeris coaptari poſſit qđ
de megarenſibus dicitur. Edificant
quaſi ſemper victuri: viuunt qua-
ſi altera die morituri· Item· Cum ce
tera vicia ſeneſcente homine ſeneſ-
cant: ſola auaricia iuueneſcit ⁊ creſ
cit· Gregoriꝰ· Mens auari que pri-
us ex habundantia requiem queſi-
erat· poſtea ad cuſtodiam grauius
laborat: hincinde inſidiatores metu
it: atq; hoc ſe ꝑpeti qđ ipſe fecit ab a-
lijs fieri pertimeſcit. Si pociorem vi
det timet raptorem: ſi inferiorem. ſuſ
picatur furem· Infelix tanta pati-
tur. quanta pati timet· Auaricia re
bus deſideratis non extinguitur. ſed
augetur· Nam more ignis cum lig-
na que conſumit acceperit excreſcit:
et vnde videtur ad momētum flam
ma comprimi· inde paulo poſt cerni-
tur dilatari· Omnis auarus ex po-
tu ſitim multiplicat: quia cum ea q̄
appetit adeptus fuerit: ad appeten
da alia ampliꝰ anhelat· Itē· Mag
na eſt ſecuritas cordis: nil habere
concupiſcentie ſecularis· Nam ſi ad
terrena adipiſcenda cor inhiat: ſecu
rum tranquillum; eſſe nullatenus
poteſt· Quia aut non habita concu
piſcit vt habeat. aut adepta metu-
it ne amittat: et dum in aduerſis
ſperat proſpera· in proſperis for-
midat aduerſa: huc illucq; quaſi q̄
buſdam fluctibus voluitur· ac per
modos varios rerum alternanti-
um mutabilitate verſatur· Si vero
ſemel in appetitione ſuperne patrie

forti ſtabilitate animus figitur: mi
nus rerum temporalium perturba-
tione vexatur. Curſum ſuum quiſq;
conſideret: et cognoſcet ſibi poſſe ſuf-
ficere pauca que habet· Sed for-
taſſe metuit ne in huius vite itinere
neceſſaria deſint: longa noſtra deſi-
deria increpat via breuis· Incaſſū
multa portāt̄ cui iux̄ ē q̄ pgit̄. Thōs·
22ᵉ q̄ 118. Auaricia eſt peccatum: quia
eſt imoderatus amor habendi· Vn-
de nota. ꝙ dum homo ſecundum ali
quam menſuram querit habere ex-
teriores diuicias. prout ſunt neceſ-
ſaria ad vitam eius ſecundū ſuam
conditionem. hoc ad virtutem perti-
net: ſed quando excedit in menſura
hac vel deficit ab ea tūc malū ex hoc
ꝓuenit: ſicut medicina que eſt forti-
or ā mitior q̄ natura requirit· Si
ergo eſt exceſſus mēſure· tūc pc̄at̄
per auariciā: ſi diminutio· tunc pc̄ca
tur per ꝓdigalitatē. Virtus autē q̄
int̄ hec extrema conſiſtit eſt liberali
tas· Et nota ꝙ auaricia ē peccatū
ſpirituale: quia perficitur in ſpirituali
bꝰ delectacōibꝰ abſq; carnali delcātī
one. Eſt eciā viciū capitale: quia ex ea
multa alia vitia oriuntur ratione
finis quē intendit qui eſt multū ap
petibilis: ꝓpter quē homo multa fa-
cit. Dicit enī phs· 5· ethicoꝝ: ꝙ dena
rio vtimur q̄ſi fideiuſſore ad oīa ha
benda. Et Eccleſiaſtici· x· dicitur: ꝙ
pecunie obediunt omnia. Et boecius
quarto de conſolatione dicit: ꝙ diuicie
per ſe promittunt maxime ſufficien-
tiam· Vnde ob hoc niſi diligenter ſe
homo caueat faciliter in auariciam
labitur: et per ꝯſeq̄ns in multa alia

peccata: ſꝫ ꝙ multis modis contingit
adquirere diuicias. Et hec pcca dicunt
filie eius ſm gg: ſcilꝫ pditio. fraus.
fallacia. periuria. inquietudo. violen-
tia. et contra miſericordiam obdurati-
o. Iſid. ponit 9. eius filias: ſciꝫ menda-
ciū. fraus. furtū. periurium. turpis lu-
cri appetitus. falſa teſtionia. violen-
tia. inhūanitas. rapacitas. Phs. 2.
ethi. ponit multas ſpēs auaricie: ſcꝫ
parcitatē tenacitatē ⁊c. Vn̄ dicit parus
tenax kimibiles illiberales opacōes
opantes. et de meretricio paſtus. et vſu-
rarios aleatores et mortuoꝝ ſpoli-
atores et latrones ⁊c. Et ex hijs pꝫ
quō radix omniū maloꝝ eſt cupidi-
tas: qꝛ anteq̄ꝫ diuicie ɔgregent mul-
ta pcca ɔmittūt. Et qn̄ iam hn̄t ad
alia trahūt: ſciꝫ gulam luxuriā. ⁊c.

Contra teptacioēs accidie tepidi-
tatis ac difficultatis. Ca. 28.

Iohel. 2°. Conuertimī ad me
in toto corde vrō: ait dn̄s.
Iere. 17. Iſrl. ſi ɔuertis. ɔuerta-
te. Deut. 8. Obſerua et caue ne obli-
uiſcaris qn̄ dn̄i dei tui: ⁊ negligas mā-
data eiꝰ atqꝫ iudicia ⁊ cerimonias
eiꝰ: ne poſtq̄ꝫ comederis ⁊ ſaturatus
fueris hūeriſqꝫ auctaꝝ reꝝ copiā. ele-
uet cor tuum: ⁊ n̄ remiſcaris dn̄i dei
tui qui ductor tuꝰ fuit. Et poſtq̄ꝫ af-
flixit te ac pbauit. ad extremū mi-
ſertus eſt tui: ne diceres in corde tuo:
fortitudo mea et robur manꝰ mee
hec m̄ oīa pſtiterūt: ſꝫ recorderis do-
mini dei tui: ꝙ ipe tibi vires pbuerit
ac oīa largitus ſit tibi. Si āt obliꝰ
fueris dn̄i dei tui ſecutꝰqꝫ fueris ali-
enos: ecce nūc pdico tibi ꝙ oīo diſpere-
as. Ipſe ē deus tuus et laus tua: q

fecit tibi hec magnalia. Eccli. 28. Male-
dictꝰ qui facit opus dei fraudulent.
Ro. viij. Non ſūt condigne paſſiones
huius tēporis: ad futuram gloriā q
reuelabitur in nobis. Apoc. 3°. Scio
opera tua: qꝛ neqꝫ frigidus neqꝫ ca-
lidus es. Vtinā frigidus eſſes aut
calidus: ſꝫ qꝛ tepidꝰ es. incipiam te
euomē ex ore meo: qꝛ dicis ꝙ diues
ſum et locupletatꝰ ⁊ nullius egeo:
et neſcis qꝛ tu es miſer et miſerabi-
lis: et paup et cecus et nudꝰ. Emu-
lare ergo. ⁊ penitētiā age. Ego q̄s a-
mo. arguo et caſtigo. Ite 2°. Habeo ad-
uerſū te: ꝙ caritatē tuam pmā reli-
quiſti. Memor eſto itaqꝫ vnde excideris
et penitētiā age: et pma opa fac. Heb.
xij. Curramꝰ ppoitū nobis certamē
⁊c. Recogitate eū q̄ talē ſuſtinuit a
peccatoribꝰ aduerſū ſemetipm ɔtradic-
tionē: vt nō fatigemī m aīs veſtris de-
ficiētes. Nōdū eīn uſqꝫ ad ſanguinē
reſtitiſtis. aduſꝰ pcc̄m repugnantes. Et
obliti eſtis ɔſolacōis q̄ vob̄ tāq̄ꝫ fili-
is loqt̄ dicēs: fili mi noli neglige diſ-
ciplinā dn̄i: neqꝫ fatigeris dū ab eo
argueris. Quem eīn diligit dn̄s caſ-
tigat: flagellat autē omnē filiū quē
recipit. In diſciplina pſeuate: tanq̄ꝫ
filijs vob̄ offert ſe deꝰ. Quis eīn filiꝰ
quē nō corripit pr̄. Qꝫ ſi ex̄ diſcipliāꝫ
eſtis: cꝰ pticipes fcī ſūt oēs ergo ad-
ulteri eſtis: et n̄ filij. Oīs āt diſciplia ī
pn̄ti q̄de videt̄ n̄ eē gaudij ſꝫ meroris:
pꝰ ea āt fructū pacatiſſimū exercita-
tis p eā reddꝫ iuſticie. Ppt qd̄ remiſſas
maꝰ ⁊ ſoluta genua erigite. ⁊ greſſꝰ
rcōs facite pedibꝰ vrīs: vt n̄ claudi-
cās quis erret: magis aūt ſanetur.
Greg. Accidia ē de ſtatu laudabili

exercitio vtriuſꝫ hoīs lāguida deiec
tio· Bern̄· Accidia eſt cū quidā lāg-
uor· cū legē nō libet· orarē nō delectat:
meditationes ſollicite n̄ ſentiūt· Cū
te accidia vel tedio affici ſentis. noli
ꝓpterea diffidere atqꝫ deſiſtere a ſtu
dio ſpūali:ſꝫ iuuātis require manū
trahi p9te eū obſecrās· O homo im
pu dēs et imprudēs· milia milium
miniſtrāt ei· et decies cētenā aſſiſtūt
ei:et tu ſedē p̄ſumis? Beda· Vult pi
ger et nō vult· Recte pigri vocabulo
denotatur· qui vult regnare cum deo· et
nō laborare p deo: delectant p̄mia cū
pollicētur:deterrēt certamia cū iubentur.
Leo· P̄pa· Nō dormiētibus ꝓuenit
regnū celoꝝ:nec ocio deſidiaqꝫ torpē
tibus beatitudo eternitatis ingeritur·
Anthonius· Hoc ſit p̄mū cunctis in
cōe mādatū.nullū in arrepti ꝓpoſiti
vigore laceſcē? ſꝫ q̄ſi incipiētē augē
ſemp debere quod cepit: p̄ſertī cū hu
mane vite ſpacia eternitati cōpata
breuiſſima ſint ac pua· Aug9· Tor
por et ignauia dicunt. Si lectioni ꝯ
tinuato ſtudio ſemp inſiſtis:oculoꝝ
caliginē ſemp incurris· Si indeſinē
ter lacrimas fundis:ipſos eciā ocu-
los amittis. Si ꝓtelatis vigilijs pſal
morū ſenſū ꝓſoluis:inſaniā capitis
acquiris· Si cotidiano labore ꝯficis:
ad op9 ſpūale nō conſurgis· Ieroni9.
Semp in manibus tuis diuina ſit
lectio et crebra oratio:nūq̄ de manu
tua et oculis tuis liber recedat· Fac
eciā aliq̄d:vt diabolus te ſemp occu
patū inueniat. Quociēs diē illū con
ſidero:toto corde contremiſco· Siue
enī comedo ſiue bibo ſiue aliq̄d aliud
facio:ſemp videt̄ illa tuba terribilis

ſonare in auribus meis· Surgite
mortui venite ad iudiciū. Hec q̄ cogitat:
ociū corde anxio diffugiet· Nō facile
capit̄ a diabolo:q̄ bō vacat exercitio.
Nichil in ſcō ꝓpoſito otio deteri9 eſt:
q̄d nō ſolūmodo nō acq̄rit noua.ſꝫ e-
ciā parta conſūit· Sācte vite regu-
la ꝓceſſu gaudet et creſcit:ceſſatiōe
torpeſcit et deficit· Cotidianis ac recē-
tibus v̄tutū incrementis inſtaurā-
da mens eſt:et viuendi hoc iter n̄ de
trāſacto ſꝫ de reliquo meciendū. Caſ
ſia9· Accidia ē ſolitarijs magis ex-
perta:et in heremo cōmorātibus in-
feſtior hoſtis ac frequēs. Experimētū
ꝓbatū eſt:accidie impugnationē n̄ de-
clinādo fugiēdā.ſꝫ reſiſtēdo ſupādā.
Mens ocioſi nil aliud cogitarē nouit
q̄ de eſcis ā de ventre: vel de fabula-
tionibus nouitatū huius ſeculi. Si
cut olim atheniēſis cōſueuit popul9.
his īdicijs.accidie ſe ꝓdit ſpūs. Bern̄.
Nō putāt deſidioſi poſſe fieri quidq̄
q̄d facē nō poſſūt ex infirmitate ſua:
de v̄tute ferūt ſentētiā· Nā hec ad q̄
imbecilli ſum9 dura atqꝫ ītollerāda
credimus:tormēta reputātes vino
carere· ā p̄ma luce excitari. Non iſta
difficilia ſūt:ſꝫ nos fluidi et enerues
ſumus· Male michi eē malo.q̄ mol
liter. Si mollis es.paulatim effemi
natur animus:atqꝫ in ſimilitudinē
ocij ſui et pigricie in qua iacet ſolui
t̄· Dormio minimū:et breuiſſimo ſomp
no vtor. Satis ē michi vigilare de-
ſijſſe· Aliquando me dormiſſe ſcio:ali
quando ſuſpicor· Aug9· Compara-
tōe aliqꝫ pagānoꝝ:nis huiliata ē vi
ta xpianoꝝ· Quid enī dignū p eīna
vita fecerēt martires:q̄n talia ꝓeſſi

ſūt ſeculi h⁹ amatores ꝑ vita aut
gloria caduca: Luc. 17. Cū feceritis
oīa q̄ p̄cepta ſūt vobis dicite. Serui
inutiles ſumus: Que facere debui⁹
fecimus. Glo. q̄dā. Rara vox q̄dā eſt
hec apud multos. Putāt eñ ſe multa
feciſſe: eciā ſi paꝝ fecerūt. Multo ma-
gis ſi oīa: ⁊c̄. Greg⁹. Sunt nōnulli
q̄ dū ꝑua agūt: de ſeipis magna ſē-
tiunt. Thōs. Accidia noīat triſticiā
ſpūalis boni: ⁊ eſt duplicit̄ mala: ⁊
ſcd̄m ſe et ſm̄ effectū: et ideo accidia
eſt peccatum. Malū eñ in motibus
appetitiūs dici⁹ eſſe peccatū. Eſt eciā
peccatū mor̄le ex genere: q2 de ſe ſm̄
ꝓpriā rationē ꝯtrariat̄ caritati. Pri-
us eñ effect⁹ caritatis eſt gaudiū
de deo. Accidia āt eſt triſticia de bo-
no ſpūali in quātū eſt bonū diuinū:
hoc tamē eſt intelligēdū de bono di-
uino cui oportet mētē inherē ex nc̄ci-
tate. Si āt q̄s ꝯtriſtet̄ de hoc ꝙ aliq̄s
cogit eū iplē opa v̄tutis q̄ facere nō
tenet̄: nō ē pc̄m accidie: ſꝫ qn̄ ꝯtriſtat̄ in
hijs q̄ iminēt ei faciēda ꝓpter deū ſc̄b
voē p̄cepti q̄ p̄termitti nō debent. Eſt
eciā accidia pc̄m capitale: q2 ex ea
multa pc̄a oriūt̄ ſ̄m roēꝫ cāe finalis.
Et hec vocāt̄ ei⁹ filie. q̄ ſūt ſm̄ gḡ. 31.
mo. ſex: ſcꝫ malicia. rācor. puſillaīitas.
deſperatio. torpor circa p̄cepta. va-
gatio mētis circa illicita. Yſidor⁹ vo
poit drāz int̄ triſticiā et accidiā. Et d̄r
triſticiā eē inqn̄tū recedit a grauiori
et laborioſo ad qd̄ tenet̄. Accidiā iqn̄tū
ſe ꝯūtit ad q̄ete idebitā. Ex triſticia o-
rit̄ rācor. puſillaīitas. amaritudo. deſ-
ꝑatio. Ex accidia ocioſitas ſompno-
lētia. iportunitas. mētis iq̄etudo. cor-
pis inſtabilitas. v̄boſitas. curioſi-
tas. Uerꝫ in idē ſatis redit: licꝫ ſ̄m ſcm̄
thōm dcm̄ bti gḡ. ſit magis autēti-
cū. Opc̄a regula ad matiā oīm mō-
liū apta. ¶ Et nō ꝙ aliqn̄ in viris
ſc̄is iueniūt̄ aliq̄ ipſū mot⁹ accidie:
q̄ tn̄ nō ꝑtigunt vſꝫ ꝯſenſū ratioīs.
Pro cui⁹ itellcū ē aduītedū: ꝙ pc̄m
mor̄le d̄r illd̄ qd̄ ſpūalē vitā tollit q̄
ē p caritatē: ſ̄m quā de⁹ nos ihabitat.
Un̄ illd̄ pc̄m ex ſuo gn̄e ē pc̄m mor̄-
le: qd̄ de ſe ſ̄m ꝓpriā roēꝫ ꝯtrariat̄ cari-
tati. Sꝫ ꝯſiderādū ē in oib⁹ pc̄is q̄
ſūt ſ̄m ſuū ge⁹ mor̄lia: ꝙ nō ſūt mor̄-
lia. n̄ qn̄ ſuā ꝑfc̄oem ꝯſequūt̄. Eſt eñ
ꝯſūmatio pc̄i in ꝯſenſu roīs. Loqui-
mur eñ nūc de pc̄o hūano qd̄ in ac-
tu hūano ꝯſiſtit: c⁹ p̄ncipiū ē rō. Un̄
quādo ichoatio pc̄i ē in ſola ſēſuali-
tate et nō ꝑtīgit vſqꝫ ꝯſēſū roīs: ꝓp-
ter iꝑfectioēꝫ act⁹ ē pc̄m veniale. Si-
cut ī gn̄e adulterij ꝯcupiſcīa q̄ ꝯſiſtit ī ſo-
la ſenſualitate eſt peccatum venia-
le: ſi tamen peruenitur ad conſenſū
rationis eſt peccatum mortale. Ita
eciam et motus accidie in ſola ſenſu-
alitate exiſtēs: ꝓpter repugnantiā
carnis ad ſpiritum eſt peccatum ve-
niale. Quando vero pertingit vſqꝫ
ad rationem que conuertitur in fu-
gam et horrorē et deteſtationē boni
diui. c̄tra q̄ne con̄ ſpm̄ oio ꝑualēte: tc̄ ē
pc̄m mor̄le. p̄cipit̄ eñ ī decalago q̄ꝯs
mētis ī deo ſc̄b ſāficacōe ſabbati: cui triſti-
tia de bō diuino cōtrariat̄. Ex q̄b⁹ pꝫ. ꝙ
obſ̄uātia ꝯſilioꝝ q̄ ſc̄b p̄cepto n̄ cadit
ec̄ n̄ obligat ad pc̄m accidie: ſi n̄ fu-
erit ipleta ab iº q̄ nº ꝓpoito nec toto
aīq̄ ad hº ſe aſtrīxerit. Ita ſilr̄ de oib⁹
alijs obſ̄uācijs ſuoꝝ ſentiēdū ē: ꝑſa-
ta ꝯdicōe vniuſc⁹ꝫ. Ex q̄ ec̄ ſeq̄t̄. eūde

doc·ſcȝ ſcāȝ thōm· ꝙ ſi q̄s voluntarie
implēs obīaȝ vel p̄ceptū tꝰſtet̄ de ali
quo ope afflictio vel laborioſo. talis
tꝰſticia n̄ ē accidia: q2 nō ē de interiori
bono ſȝ de exteriori malo· Vn̄ et mꝫ
tires dicūt in lac̄imis ſeīaſſe· Et hec
q̄nq3 ē occaſio maioris meriti: ꝓpt̄ ma
iorē fortitudinē cui ꝯueīt aggredi et
ſuſtinē ardua: ⁊ aīam releuaē ab oī
tedio ⁊ ſpūali difficili· Vez regulai
ter loq̄ndo. q̄ ſpūalit̄ ꝓficere cupit. dȝ
ſe q̄ntū p̄t ab oī tꝰſticia inordiata ſe
iūgē. et ſemp conari ad ſpūalē letici
am: q2 multa īpedimenta ſecū affert
tꝰſticia: ⁊ n̄ eſt vtilitas in ea. Regula
eē eſt: ꝙ q̄ vult in caritate ꝓficē dȝ fer
uide bonis opib9 ꝯtinue inſiſtē: ⁊ nō
ſegnit̄ nez intꝑolati: alioq̄n nālia n̄
tn̄ſfoēnt in ſpūalia. Vn̄ fulgentius
dicit. Fugāt āgeli: irritat̄ deus· ſub
trahit̄ dei munus: dū aīm9 hūanus
ad celeſtia accidioſus fueit ⁊ iſirm9.
Cꝯtra ſcriptura dicit de feruido. Cō
ſūmatus in tꝑe breui. expleuit tp̄a
multa· Et hilarē datorē diligit de9.
Berd. Permitioſa tepiditas ideo eſt
fugienda: Nā tepidoꝝ remiſſa eſt le
ticia· puſillaīs tꝰſticia: quorū breuis
et rara ꝯpūctio· aīalis cogitatio· te
pida cōuſatio: q̄z obedientia ſine de
uotione· ſermo ſine circūſpectiōe· o
racō ſine cordis intēcōe· lāo ſine edi
ficacōe: q̄s deniq3 vt vide9 vix iehē
ne met9 ihibet: vix pudor cohibet. vix
frenat racō: vix diſciplina coheret.
H9moī āt ſi diu ita ꝑmāſerint ſub o
nere. aut opprimunt̄ et ſuccūbunt ā
q̄dāmodo in inferno ſūt: vt nūq̄ ad
plenū reſpirēt in lucē miſerationū
dn̄i· nec in libtatē ſpūs· q̄ ſolū facit

iugum ſuaue et onus leue· Inde āt
tā ꝑnicioſa tepiditas emanat: q2 vo
lūtas eorū nondū purgata eſt. nec
bonum ſic volunt vt nouerūt: a ꝓpꝛa cu
pīa abſtracti et illecti· Amant em̄ in
carne ſua terrenas conſolatiuncu
las: inde eſt ꝙ raro affcōes ſuas di
rigūt in deum: et eoꝝ ꝯpūctio nō eſt
ꝯtinua· ſȝ horaria. Impleri āt viſita
tionib9 domini anima q̄ his diſtrac
tionib9 ſubiacet n̄ poteſt: ⁊ q̄nto ma
gis illis euacuabit̄. tāto ampli9 iſtis
implebit̄· Nō em̄ ſpiritus ⁊ caro· ig
nis et tepiditas in vno domicilio cō
morant̄: p̄ſertim cum ipſa tepiditas
domino ſoleat vomitū ꝓuocare· Itē
ber9· Qm̄ pauci o dn̄e poſt te iē volūt.
cū tamē ꝑuenire ad te nemo ſit q̄ no
lit: hoc ſciētib9 cunctis ꝙ delectacōes
in dextera tua ſūt vſq3 in finē: ac ꝓp
terea volūt oēs te frui ac nō ita imi
tari· Cōregnare cupiūt: ſȝ nō ꝯpati·
Nō curāt querere quē tn̄ deſiderant
inueni re: cupiētes cōſequi ſȝ nō ſeq̄·
Climacus· Qui cecidim9: ꝯtra triſti
cie demonē p̄ omnib9 pugnem9· Ipe
em̄ tēpore oracōis aſſiſtēs: ab orōe
vacuaē nos vult· Ber9· Triſticiam
et puſillanimitatē q̄ ex illa orit̄ oꝫ ī
omnib9 q̄ agenda ſunt vel tolerāda
caueri: q2 hilarem datorē diligit de
us· Nec turbetur quis puſillaīmte
ſpiritus· Hoc em̄ q̄ntū poteſt laboāt
aduerſarius noſter. vt holocauſtū
noſtꝝ deuocōis pinguedine euacue
tur· et vt minus acceptum ſit deo ⁊
conſcientia noſtra in ſpiritali gau
dio minus exhilaretur: ſicq3 de pu
ſillanimitate tolerantie eciam con
ſcientie puſillaītas gn̄et̄. Idē· Bern·

Recordatio ſola iudicij in baratrum
deſperationis p̄cipitat: et miſericor/
die fallax aſſentatio peſſimā gene/
rat ſecuritatē. Felix p̄inde anima: cui
ambo viciſſim hec p̄ſto ſūt. Datum
eſt michi miſero nōnūq̄ ſedere ſec⁹
pedes dn̄i ihesu: et modo hūc modo il/
lum tota deuotione ꝯplecti. inq̄ tum
me ſua benignitas dignabat̄ admit/
tere. At ſi q̄n̄do miſerationis oblitus
ſtimulāte conſcientia iudicio paulo
diuti⁹ inherērē: mox metu īcredibili ac
miſerabili ꝯfuſioē deiect⁹ ⁊ tenebroſo
ꝯfuſus horrore hoc ſolū palpitās de
p̄fundis clamabā. Quis nouit p̄tā/
tē ire tue: et p̄ timore t. i. t. di. Q̄ ſi eo
relicto. pede miſericordie pl⁹ tenē ꝯti/
geret: tanta extranea īercia et negli/
gentia diſſoluebar: et ꝯfeſtim ⁊ ora/
tio tepidior et actio pigrior et riſus
p̄mtior et ſermo incautior: et oīs de/
niq̄ʒ vtriuſʒ hoīs ſtatus īꝯſtātior
appareret. Proinde magiſtra īſtruc/
tus experientia. nō iudiciū iā ſolū aut
ſolā miſericordiā: ſʒ miſericordiā pit̄
et iudicium cantabo tibi domine.

¶ Contra teptationes inobedientie
immāſionis et ptinacie. ¶ Cap̄ 29.

Abraham p̄iarcha glōſus
toti⁹ obīe p̄cipuū exēplar.
ſp ad nutū dn̄o deo obediuit:
exiēs p̄mo de t̄ra natiuitatis ſue: ſcd̄o
ſeip̄m circūſcidēdo: Tercio p̄priū filiū
imolādo ⁊c̄. Vn̄ nobilit̄ ſcriptura ſi/
bi approp̄at illd̄ v̄bū aſſūq̄d ſincere
obediētie ſignū fuit. Dicit̄ em̄ gen̄ 22.
Tēptauit de⁹ abrahā: et dixit ad eū
Abrahā abrahā. At ille r̄ndit Aſſū. Et
iterū ī eodē capitulo qn̄ p̄hibit⁹ fuit
a nece filij. eadē v̄ba poſuit̄ in ſignū

magne dilectiōis et obediētie. Poſt
eciā ibi merces maxima. dicēte dn̄o.
Per meip̄m iuraui. q̄ obediſti voci
mee et feciſti rē hāc ⁊c̄. bn̄dicā tibi ⁊
in ſeīe tuo bn̄dicēt̄ oēs gētes t̄re. Et
iterū 26. ca°. ad yſaac dt dn̄s. Tibi da/
bo vniūſas regiōes has: et ī ſe. t. be/
oēs gē. t. eo q̄ obedierit abrahā voci
mee: ⁊ cuſtodierit p̄cep̄ mea ⁊c̄. p̄mo
regū xv°. Samuel ait ad ſaul. Nun
q̄d vult dn̄s holocauſta ⁊ victīas: ⁊
nō poci⁹ vt obediat̄ voci dn̄i: Meli/
or ē ei obīa q̄ victīe: ⁊ auſcultaē ma
gis q̄ offerre adipē arietū. Q̄m q̄ſi pec/
catū ariolādi ē repugnre: et q̄ſi ſcel⁹
ydolatrē nolle acq̄eſcē. Nu. 14. Qui
nō obedierūt voci mee: nō videbūt ter/
rā ⁊c̄. Deut. 17. Q̄dcūq̄ʒ dixerint q̄ p̄/
ſūt loco quē eligit dn̄s facies: ⁊ docu/
erīt te iux̄ legē ei⁹: ſeq̄riſq̄ʒ ſn̄iā eoꝝ:
et nō declīabis ad dextrā ł ſiniſtrā.
Qui āt ſupbierit nolēs obediē ſacer/
dotis īperio q̄ eo tpe miniſtrat dn̄o deo
tuo et decreto iudicis: morieť homo
ille. ⁊ auferās malū de medio tui: cūc/
tuſq̄ʒ popul⁹ audiēs timebit: vt null⁹
deinceps intumeſcat ſupbia. Mat. 23.
Super cathedram moyſi ſedebunt
ſcribe et phariſei: omnia ergo queciīq̄ʒ
dixerint vobis ſeruate et facite: ſcd̄m
vero opera eorum nolite facere. Di/
cunt enim et non faciunt. Alligant
em̄ onera grauia et importabilia et
imponunt in humeros hominū: di/
gito aut̄ ſuo nolūt ea moue. Heb.
vltimo. Obedite p̄poſitis veſtris. ⁊ ſb/
iacete eis: ipſi peruigilant q̄ſi ratio/
nē p̄ animab⁹ veſtris reddituri: vt
cū gaudio hoc faciant et nō gemētes.
Hoc enim expedit vobis. Luce decimo.

Qui vos audit me audit: et qui vos
ſpernit me ſpernit. Ro. 13. Omnis aīa
ptātib9 ſublimioꝛib9 ſubdita ſit.
Nō eſt enī poteſtas n̄ a deo. Que āt
ſūt a deo: oꝛdinata ſūt. Itaq; q̄ reſiſtit
ptāti: dei oꝛdīatiōi reſiſtit. Qui āt
reſiſtūt: ſibijpſi dāpnacōez acquirunt.
Pu. 21. Vir obediēs loq̄t victorias.
Eccī. 3. Filij ſapiētie eccīa iuſtoꝝ: et
natio illoꝝ obīa et dilectio. Eccles.
iiij. Melioꝛ eſt obediencia q̄ ſtulto-
rū victime. Phil. 2°. Hoc ſentite ī vo
bis: qđ et in xp̄o ihū. Qui cū ī forma
dei eſſet ꝛc̄. Humiliauit ſeipſum fac
t9 obediens vſq; ad mortem crucis:
ppter quod et de9 illū exaltauit ꝛc̄.
Aug9. Quid iniq9 q̄ velle ſibi obte-
pari a minoꝛibus: et nolle obtpare
maioꝛibus: Nō potuit deus pfectius
demonſtrare q̄ntū ſit bonū obediētie:
niſi cū phibuerit ab ea re q̄ non erat
mala. Sola eñ obediētia tenet pal
mā: ſola eñ in obediētia inueīt penā.
Jeroni9. O felix et habūdans grā: In
obediētia. ſūma vtutū cauſa. Nam
ſimplici greſſu hoīem ducit ad xp̄m.
Mens nō ſolū excuſat ad reddēdā
rationē de ſubditis: ſ; nec eñ obligat
reddē de ſeipā. O ſūma libtas: q̄ ob-
tēta vix poſſit homo peccare. Greg9.
Obediētia nō ſeruili metu: ſ; carita-
tis affectu ſeruāda ē. Anthoī9. Qui
celerit ad ſpūalē pfectionē puenire de
ſiderat: exēplo bti pauli ſimplicis oī
obīa ſpūali prī pfecte ſe ſubdat. Ca
de ſūa ē oīm prm illoꝝ poꝝ: q̄ vtutū
apicē ī egipto ſūmo ſtudio pq̄rebāt.
Greg9. Obīa ſola vtus eſt q̄ virtutes
ceteras menti inſerit: īſertaſq; cuſto
dit. Melioꝛ eſt obīa q̄ victima. Obe

diētia iure victis ppōnit: q2 p victimās
aliena caro: p obediēciā vero volun
tas ppia mactat. Bern9. Optimi ī mo
ribus diceñ: qui in nullo prſus reſiſ
tat poꝛibus. q̄ inuideat paribus. q̄
ſubiectis in ſupbia pſit: platis obe-
diens. ſocijs congruens. ſubditis v
tilit̄ cdeſcendēs: deo deuotus. magiſ
tro ſubditus: ſenioꝛibus obediens.
minoꝛibus obtēperās. angelis pla-
cēs: vbo vtilis. coꝛde humilis. oīb9
manſuetus. Itē pfecta obīa legē neſ
cit. terminis nō artat: nec ptēta anguſ
tijs pfeſſiōis. largioꝛi volūtate fert̄ in
latitudinē caritatis: et ad oē qđ iniū
git̄ ſpōtaneo vigoꝛe liberabilis ala-
criſq; ī modū cſiderās. in infinitā li-
bertatē extēdit. Verus obediēs mā-
datū nō procraſtiat: ſ; ſtatī parat au
res auditui linguā voci. pedes itine
ri. manus opei: et ſe totum intus col
ligit vt mandatum peragat impe-
rantis. Nec attendit verus obediens
quale ſit quod precipitur: hoc ſolo cō-
tentus quia precipitur. Item. In ip-
ſa obediētie via tibi foꝛtaſſe aliqua
dura et aſpera occurrere poſſūt: vt
accipias interdum precepta nō nul
la que licet ſalubria ſint minime ta
men ſuauia videntur: hoc ſi moleſte
cepetis ſuſtinere. ſi diiudicare pre-
latū ſi murmurare ī coꝛde: eñ ſi extei
us ipleas qđ iubet̄: n̄ ē vtus obīe ſ;
velamē malicie. Quiſq̄s apte vel occul
te ſatagit. vt quod habet in volunta
te hoc ei ſpiritualis pater iniungat:
ipſe ſe ſeducit: et ſibi q̄ſi de obedien-
tia inaniter blanditur. Neq; ipſe in
ea ve plato. ſ; magiſ ei plat9 obedit: ſo
lū cenſuerim fregiſſe votum. violaſſe

ꝓpoſitū.ꝑuaricaſſe pactū:q̄ et ꝑcep-
tū ↄtēpſerit et remediū.Nā illū ſane
dico ſecuꝛꝰ:q̄ eciā ſi inīcdū obedientie
mandatū ꝑterierit.ↄcilīū nō reſpuit
penitētie.Sinuente ſeniore vt ſileā.
verbū m̄ forte ꝑ obliuionē elabitur:
reū me ↄfiteoꝛ iobediētie.ſꝫ venialiter.
Si ex ↄtēptu ſciens ⁊ deliberās ſpō-
te in vba ꝓrūpō et rupero ſilentiȷ le-
gem:ꝑuaricatorem me cōſtituo et cri-
minalē.Et ſi īpenitēs ꝑſeuero vſqꝫ
ad mortē:peccaui dāpnabilit̄.Itē meli-
us ē obedire deo q̄ꝫ hoīb9:⁊ ipis me-
lius magiſtris q̄ꝫ diſcipulis.Porro ī
ipis magiſtris.meli9 nr̄is q̄ꝫ extneis.
Quib9 āt meli9 ↄſtat obedire:pcul
dubio nō obedire ē deteſtabili9.Non
eſt dubiū quin āpliorē grām mere-
atur q̄ paratum ſe exhibet anī manda-
tum:q̄ꝫ q̄ obedire ſatagit poſt māda-
tum.In obediēdi tamē hec generalis
regula tenet:vt in difficilioꝛib9 q̄dem
agendis obeditio ḡtioꝛ q̄ꝫ ꝑuaricati-
o ḡuioꝛ iudicet̄:et in facilioꝛib9 mi9
qꝫ onerofis ↄtēptus dāpnabilioꝛ q̄ꝫ
act9 laudatioꝛ eſtimet̄.Itē bnard9
Multi deniꝫ ſub ꝑceptore quieti ui-
uūt:quos ſi iugo abſoluas.videas
non poſſe quieſcere nec ſe vllomodo
eq̄lib9 ſeruare inoxios:ſimplicit̄ ac
ſine q̄rela iīt fratres ↄuſari:ſup fra-
tres nō ſolū inutilit̄ ſꝫ eciā inſipient̄
et neq̄t̄ eleuari:minime quidē egentes
magiſtro nec tamen idonei magiſte-
rio.Ab.moyſi ī col.ꝑ.Nullo vicio tā
ꝑcipitē dyabol9 mōchū ꝑtrahit ac ꝑ-
ducit ad mortē.q̄ꝫ cum eū neglectis
conſilȷs ſeniorum ſuo iudicio ꝑſu-
aſerit diffinitioniqꝫ confidere.Bern?
Nec ſtudium bone actionis.nec otiū

ſancte cōtemplationis.nec lacrime
penitētis:extra obedientiam accepta
poterūt eſſe deo.Non dabit inobediē-
ti copiam ſui tantus obediētie ama-
tor:vt mori q̄ꝫ non obedire ma-
luerit.Nos ergo non erubeſcat obſti-
natus eſſe in conſilio ſuo:q̄n ſuū ipa
ſapientia deſeruit.Vnde ī euange-
lio luce dicit̄ de ſaluatore.Subdit9
erat illis.Pria voluntas ſic dicitur
non quia hominis ꝓpria eſt eo q̄ꝫ a
dyabolo ē ſꝫ q̄a omnia ſibi appropri-
at.Pria igitur volūtas grāde ma-
lum ē:q̄ fit vt bona tua tibi nichil ꝓ-
ſint.Pria autem voluntas ē.que nō ē
cōis cum deo et hominibus ſꝫ noſtra
tantum:quando quod volumus nō
ad honorem dei nec ad vtilitatē ꝓxi-
mi:ſꝫ ſatiſfacere cupimus ꝓprȷs mo-
tibꝫ aīoꝝ.Qd eīn odit de9 ā q̄d puit:
ꝑt ꝓpriā volūtatē:Ceſſet ꝓpria volū-
tas:et īfern9 nō erit.Aug9 O q̄ꝫ enoꝛ-
me vitiū ē iobediētia:q̄ āgelo ꝑdidit
celū.adē ꝑadiſū.ſauli regnū.ſalomo-
ni aīorē di:⁊ iobediētibꝫ tollit celū.
Gg9 Nōnūq̄ꝫ nob h9 mūdi ꝓſpera.nō-
nūq̄ꝫ iubent̄ aduſa:ſciēdū ſūope ē q̄ꝫ
obiā in aduſis ex ſuo aliq̄d hrē dꝫ.⁊ ī
ꝓſpeis ex ſuo ād oiō nō hrē:q̄te9 in
aduerſis tanto ſit glorioſioꝛ.quan-
to diuino ordini eciam ex deſiderio
iungitur:et in ꝓſperis tanto ſit me-
lioꝛ.quanto a preſenti ipa quam di-
uinitus accipit gloria funditus mē-
te ſeparatur.Moyſes inuitus ſuſ-
cepit principatum:et paulus obedi-
endo cucurr9 ad iheruſalem vinculā-
dus aſcendit.¶ Queſtio eſt:quare
tam pauci inueniuntur vere et per-
fecti obediētes.Reſpōſio ē generalis

de omnibus ꝑfectis v̄tutibus: q̄ oēs
eqꝫ rare sūt apd̓ mōrles. Nā pauci
vē hūiles. pauci vere paciētes. pau
pes casti. mites ⁊c̄. qꝛ perfecte v̄tu-
tes p̄cipue q̊ ad sui apicē sūt diffici
lime attigibiles: et ꝯditio humane
fragilitatis tepida est nimis et in-
firma. Sed ꝑ solucōe questiōis ꝓpo
site. alia ē q̄stio mouēda: vꝫ. An sit
difficili⁹ p̄cipere q̄ȝ obedire. Ad hanc
rudis quisqꝫ subito respōdebit vocā
do dicēs: facilimū est p̄cipere. ꝫ non
eqꝫ facile obedire. Verū doratus ⁊ ex
pertus longe alit̄ iudicabit. Cōstat
namqꝫ ꝙ p̄cipere est act⁹ v̄tutis he
roycē: obedire autē v̄tutis purgato
rie. Hoc ē dicere: ꝙ ad ꝑfectos spec
tat p̄cipere: ad imꝑfectos āt ꝑtinet
obedire. Si ergo imꝑfectus p̄cipit. a
lienas ptes agit: tū qꝛ qd̓ agit nō in
telligit: tū qꝛ fiduciam implendi mā
datū nūq̄ȝ per exēplū p̄buit. Dixit ei
quidā scūs pr̄ notabile v̄bum. Ego
nūq̄ȝ p̄cepi aliq̄d: qd̓ p̄ ꝯope n̄ īpleui.
Vn̄ hec est firmissima sn̄īa scōꝝ cōrē
de hac materia loq̄ntiū: ꝙ cu⁹ vita
despicit̄ restat vt eius p̄ceptio ac p̄
dicatio ꝯtēpnat̄: q̄ȝuis per hoc subdi
ti ex toto n̄ excusant̄. Dicit em̄ btūs
augustin⁹. ꝙ talis modus in obedi
ētia tenēdus est. vt in malo nō ꝯsen
tias bonis. nec malis in bono cōtra-
dicas. Et btūs gg̃. dicit. ꝙ nūq̄ȝ per
obedientiā malum fieri debet: licet a
liqn̄ bonū debeat ꝑ obīaz intermitti. In
ueniūt̄ et alia multa scrip̄. et eciā q̄
dā reuelacōes facte q̄busdā de obīa ī
plēda nō solū q̊ ad p̄latos ꝑtos. ꝫ e
ciā q̊ ad disc[illegible]ulos: dūmodo nō sint
mala ⁊ illicita q̄ p̄cipiūt. Facilit̄ hec
loq̄muir: ꝫ ad ꝓpagādā ꝑfcāz obīaz
in subditis adhuc ipsās debile iuua
mē ꝑtuli⁹. Quis nesciat difficultatē
h⁹ negocij. qn̄ de saluatoꝛe ē scriptū le-
gi⁹. cepit ihs facē et docere: ꝫ tn̄ dis-
cipuli tātis ꝯuabāt̄ anxietatib⁹ ad
obediēdū. vt dicerēt. q̊s p̄t salu⁹ fieri:
Silit̄ q̊ ad scōs patres q̊ ꝑfecte illd̓
exēplū imitati fuerūt: vt scꝫ semp
pl⁹ exēplo facēnt q̄ȝ imꝑio mādarēt:
tamē q̄ȝ paucos vere obediētes fili-
os generare poterāt. eciā cū oratiōi-
b⁹ multis ⁊c̄. Quid ergo mirꝫ si in-
discreti. indisciplinati. leues et ociosi
p̄lati austere et indignabūde p̄cipi-
ētes: nullos ad perfectā obediētiā fi-
lios educāt. Quid mirꝫ si n̄ nullos bo
ne volūtatis discipulos deiciāt: De
istis: ve illis. Nō est efficax doctrina
solo v̄bo precipe ardua: vbi nulla ꝑ
fecte v̄tutis exēpla suffragātur. Si
q̄de imperfecti discipuli totū impossi
bile arbitrant̄ quicq̄d ꝯue ipsis im
ponit̄: si non ꝑ̓us ab alijs hoc adim
pletū ꝑspexerint. Vnde patꝫ ꝙ hee cause
due sunt. quare perfecta obediētia
paucissimos habet cultores: qꝛ rar⁹
valde est qui perfecte nouit p̄cipere:
et similit̄ pauci sūt qui ita fortit̄ ꝑfi
ciunt. vt ad omnia precep̄ cōplēda
cōnstanti animo sufficiāt. De hoc sic
dicit rich̄. Duo sunt q̄ solēt perfectio-
nem obediētie prepedire: v̄deſt ne co-
gamur vel amata deserere. vel asꝑe-
ra tolerare. Sed si semel amore ab
stinētie vel paciētie. perfecte anim⁹
incaluerit: ꝑtinus ad omnē obedien
tiā absqꝫ vlla contradictiōe se sub-
dit. Qui em̄ tam aduersa perpeti q̄ȝ
in prosperis delectari apud semet-

ipſum ſtatuit.q̄ difficultas eius obe-
dientiam vlteri⁹ minuē poterit. Cō-
tra iſta duo impedimenta duo ſūt
remedia applicanda.q̄tenus tantū
bonū in ſeruis dei ſalubrē pfectum
paulatī accipiat.ac vſq3 ad pfectam
obedientie v̄tutem coopante dm̄ grā
excreſcat. Primo quo ad p̄latos ē
ſciendū.q͛ ſi ipſi in omni v̄tute ſunt
bene exercitati.tūc exhortatioē hac
opus non habent.hoc tamen nullibi
efficatius apparet.niſi in pfectu diſ-
cipulorꝫ.ſicut aplus Johānes oſten-
dit dicens.Maiorem horꝫ non habeo
grām.q͛ vt audiam filios meos ī ve-
ritate ambulare. Si āt ſubditi ſub
eorꝫ regimine non pficiant.ſolēt bo-
ni p̄lati pmū ſeipos corā dño ī ſecre-
to cordis cubiculo accuſare.timētes
ne forte ipſi ſint ī cauſa.maxime at-
tendētes illud btī gg̃. vbi.quod p̄la-
tus pre cūctis debet eſſe in ꝯteplacōe
ſuſpenſus.et tāti meriti apud deum.
vt hoc eis impetret qd̄ ex ſe non poſ-
ſunt. Debet eciam p̄latus diligentiſ-
ſime aduītere illam trinam interroga-
tionē dm̄ qn̄ dixit. Petre amas me.
Paſce agnos meos ⁊c̄. Et illd̄. Ego
ſum paſtor bonus ⁊c̄.cū ſimilibus.
q̄ idē gg̃ in ſuo paſtorali diſtrictiſſi-
me pſequit̄. Huic pulchre alludit il-
lud magni pr̄iarche Jacob reſpon-
ſum.quo vſus fuit ad eſau fratrē
ſuum volentē ſecum pgere in itinere.
Noſti ait dñe mi q͛ paruulos habe-
am teneros.et oues ac boues fetas
mecū.quas ſi plus in ambulando fe-
cero laborare.morient̄ vna die cūcti
greges. Precedat dñs meus.et ego
ſeq̄r paulatī ſicut videro paruulos
meos poſſe. Non indiget ſimilitudo
iſta expoſitioē. Dicit phs.q͛ ſit mag-
na ſalus beſtie ſi veīat ī ſeruitiū ali-
cuius hominis.pter curam et pui-
dētiam quam ex hoc ꝯſequit̄. Sed
vtinam hec ꝯditio inter homines ſ-
uaret̄.vt talis eſſet ſollicitudo pro aī-
mabus xp̄i ſanguine redēptis.q̄lis
ē p iumentis inſipientibus quibus
non ē intellectus. Abſ3 dubio ſi hec
ita fierent.ſubiecti bone voluntatis
talēto p̄diti ſub tali paſtore cotidie
in melius pficerent. Seneca atteſ-
tante qui ait. Seruos hoſtes n̄ ha-
bemus.ſ3 facimus. Sic cū inferiore
viuas quēadmodū tecū ſupiorē vi-
uere velles.cūctos ſubiectos placitos
habebis. Remiſſius em̄ impanti.me-
lius paretur. Itē gg̃.31.mō. Qui ab
vno quolibet bono ſubitos retrahit.ne
ceſſe ē vt mlta ꝯcedat.ne obediētie
mens intereat.ſi a bonis omnibus re-
pulſa ieiunāt. Vñ dñs ade arborē vni-
cā phibuit.oēs alios ꝯceſſit. Sem-
per ergo p̄latus ad modeſtiā et cle-
mentiam tēdat.⁊ ſic roborabit̄ eius
auctoritas.et pficit ſubiectorū vtili-
tas. Et btūs bnardus ſup cātica ſ-
mone 23.pulchre de hoc loquit̄.⁊ ali-
bi ſepius ⁊c̄. Melius ē em̄ teſte be-
ato auguſtino vt in futuro iudicio
arguat̄ de nimia miſericordia.q͛ de
nimia ſeueritate. Semp eciam p̄ui-
dere tenet̄ diligenter.vt in p̄cipiēdo
non exponat ſubditū piculo alicui⁹
peccati mortl̄is.qd̄ ſepe fit qn̄ dure a-
git in hijs q̄ ſūt de pprio beneplacito
ſuo.q̄ n̄ req̄rit̄ ad ſalutē ex nc̄itate.
Et regula ē infallibilis.q͛ quicūq3
exponit ſe aut pximū ſuum ſcienter

pericu̅lo p̄cti mor̄lis: peccat mor̄liter.
Magna ergo ſollicitudo ē p̄latis ne/
ceſſaria in p̄cipiēdo: ne ſe ⁊ ſubditos
inuoluāt. dura īponēdo ſic̄ mag̃ cāta/
lio q̄n ſic̄ olim totā ſinē tribulatiōe
plenū inueniet. Nō metit̄ vitas q̄ ait.
Qua mēſurā menſi fueritis: remecietur
vobis. Et vulgarit̄ dr̄. Talē tibi ſil/
ua vocē reſonat: q̄lē īclamaueris ei.
Btūs q̄z ieronim⁹ in idē tēdit dicēs. Ho
norēt ep̄i clericos q̄ſi clericos: vt et ip/
ſis a clericis q̄ſi ep̄is honor deferatur:
iux̄ illd̄ oratoris damicij. Cur inq̄t e/
go te habeā vt p̄ncipē: cū tu me n̄ ha/
beas vt ſenatorē. Ep̄i eciā ſacerdotes
ſe ſciāt eſſe nō dn̄os. Hec q̄ capit ca/
piat. ſciēs verācit̄ ſcriptū eſſe: q̄ itelli/
gēs gubnacula poſſidebit. Aduertat
ec̄ p̄lat⁹: q̄ finis ē pocior q̄ ea q̄ ſūt
pp̄ter finē. Ex q̄ ſeq̄t̄. q̄ q̄r p̄lati ſūt
pp̄ter ſubditos. magis q̄ ſubditi pp̄/
ter p̄latū. ſicut vulgarit̄ dr̄. nō ē con/
uētus pp̄t abbatē ſ̄ʒ abbas pp̄t cōuē/
tū: dc̄o ſ̄ſ ſ̄ma; btī auguſti. p̄lat⁹ ex
animo ſubſtratus debet eſſe pedib⁹
ſubditoꝝ: ſemp̄ q̄rēs p̄deſſe nō p̄eſſe:
et plus oīb⁹ timoratus: q̄r q̄ in ſublimi/
ori ē loco collocatus. tāto maiorib⁹
ē p̄iculis circūſept⁹. Si ergo pp̄ter
feruorē pp̄rie voluntatis incaute ſb̄/
ditoꝝ animas q̄s meliorandas ſuſ/
cepit. peiores effecerit: horrēda ei il/
la ſūma ſapientis cōminabit̄ q̄ dicit.
Duriſſimū iudicium his qui p̄ſūt erit:
exiguo autē miſericordia p̄cedet̄. Et
dn̄s in euāgelio. Quis putas ē fide/
lis ſeruus et prudens: quē cōſtituit
domin⁹ ſuper familiam ſuā ⁊c̄. Si
autē dixerit malus ſeruus in corde
ſuo. moram facit domin⁹ meus veni/
re: ⁊ ceperit percutere cōſeruos ſuos ⁊c̄.
Veniet domin⁹ et diuidet eū. p̄temq̄
eius ponet cū ypocritis. ibi erit fletus
et ſtridor dētium. vt habet̄. Mat. 24.
Et ezech. 34. dr̄. De paſtorib⁹. ⁊c̄.
Qd̄ infirmū fuit n̄ cōſolidaſtis. ⁊ qd̄
egrotum non ſanaſtis: quod fractū
eſt non alligaſtis: et quod abiectū
eſt non reduxiſtis. ⁊ qd̄ pierat non
queſiſtis: ſed cū auſteritate impa/
batis eis et cū po[tencia] ⁊c̄. Plurā ibi. For/
te dicat aliq̄s. Si ita tiorate et ſobe
p̄latus hr̄e ſe debet in p̄cipiēdo: ergo
raro vel nūq̄ aliq̄s ſubditoꝝ ad ve/
rā obediētiā p̄ueniet. Itē videtur q̄
multa dicta ſcōꝝ alit̄ ſonarē videntur:
viʒ q̄ crebro frāgēde ſūt volūtates
ſubditoꝝ ⁊ p̄cipue religioſoꝝ vt obe/
dientie aſſueſcāt ⁊c̄. R̄. dd̄ iux̄ ſūmā
ſā thōe. q̄ dcā ſcōꝝ melius intelligi⁹
ex ipoꝝ vita: q̄ ex coꝝ libris. Hic āt
mos ſcōꝝ patꝝ ſemp̄ fuit: vt ſibijpis
duriora. ſubiectis āt mitiora īpone/
rēt. Spq̄z venerābilit̄ ⁊ amabilit̄ cū
diſcipulis p̄uſaēnt. Si āt aliq̄n durā
iuſſerūt: hoc cū tali moderāmie ⁊ pru/
dētia fecerūt vt vtilitati cōi michil ſb̄/
traherēt: ſollicite p̄ēſantes virēs ſingu/
loꝝ: et ſ̄m q̄ ſingul̄ expediebat. p̄cep̄
moderabāt. Unde patet q̄ non mi/
nori ſollicitudine p̄ īfirmis tenebāt̄:
ne īdiſcrete ḡuarēt̄. Et ſi aliquando
ab hac diſcrecōe ā ipi ā alij aberraſ/
ſent. ſtatī penituerūt et ad p̄ſtinā mo/
derātiā recurrerūt: auiſantes ſcrip/
to et verbo ſequaces ſuos. ne ſimili
feruore ſe ſubditoſq̄z p̄cipitarēt. Qz
autē obicitur. quaſi ob hoc nemo ad
p̄fectā obediētiā poſſit p̄uenire: ſtolidū
et groſſū ē: nec ſapit aliq̄ diſciplinā.

Uirtus em̄ nō vehementia acquirit̄
ſ; pbat̄ ſicut caſtr̄ꝝ forte nō ignitis
iaculis extruit̄. ſ; iā extructū pbat̄
an reſiſtendi firmitatem habeat. ꝑt
tamē eſſe eq̄ȝ forte etiā ſi nūq̄ꝫ iacul̄
īpetat̄. Hic ē de anima v̄tuoſa. q̄ ꝑt
eſſe pfecta in ſemetipſa p occultā ḡ
ciā. q̄uis foris p exercitiū hoc nulli
innoteſcat. Regularit̄ etiā loq̄ndo. ve
hemētie ſiue impetus magis impe
diūt pfectū v̄tutis q̄ꝫ iuuāt. Et licet
aliq̄n factū lega9 vt q̄dam diſcipuli
ex indiſcreto p̄cepto p̄latorū pfece
rānt. tamen ꝓpter hoc nō eſt dogma
tiſandū vniu̓ſaliter omnes p̄latos
pifor̄miter debere ḡuia indiſcrete p̄
cipere. q̄ꝛ ea q̄ ſūt p ſe mala omnino
ſūt vitanda q̄uis occaſionalit̄ inde
aliquod bonū poſſet venire. ſ;m illā
regulā cōmuniſſimā. Non ſunt facie̅
da mala ut veniant bona. Exemplū
dat̄ de pſecucōe martirꝝ q̄ ḡnde malū.
fuit. et tamen maxima inde bona p
uenerūt non pſecutoribus aut in fi
de adhuc puulis ſ; ipſis martirib9 ꝗ
per ꝯſeq̄ns toti eccl̄e. q̄ ex ꝯſtātia ip
ſoꝝ glorioſiſſimos triūphos obtinu
it. Hic indiſcret9 rc̄tor q̄nq̄ȝ aliquos
q̄ſi fortuito ad bonū v̄tutis pducit
licet ipſe peccet. ſ; tamen multo plu
res put freq̄nci9 p̄cipitare ſolet. Ad
uertat ergo ſenſatus p̄latus illam
cuiuſdā ſapientis doctrinam. multo
diſcretionis ſale ꝯditā. Rectorem te
poſuerūt. noli extolli. Eſto in illis. q̄ſi
vnus ex ipſis. Curā illoꝝ habe. et ſic
ꝯſidera. et omni cura explicita recūbe
vt leteris ꝓpter illos. et ornamentū
glorie accipias coronā. et dignitatē
conſeq̄ris cōgregationis. His verb

bene intellectis. neſcio q̄d recti9 dici.
q̄d ſecuri9 p̄cticari poterit. Et de ſalua
tore noſtro Yſaias xl.ca°. ꝓpheta
uit dicēs. Ecce ſeru9 me9 ſuſcipiā il
lū. electus me9 cōplacuit in illo aīa
mea. Non clamabit neq̄ȝ accipiet p
ſonam. nec audietur vox eius foris.
Calamū q̄ſſatū nō ꝯteret. et linū fu
migās nō extiguet. In veritate edu
cet iudiciū. Nō erit triſtis neq̄ȝ t̄bu
lentus. Hec q̄liter īpleta ſint euan
gelicus textus clare oſtendit. Ex ſu
perhabūdanti aut̄ legit̄ beatū petrꝫ
dixiſſe ſcō clementi ſicut in itinerario
ſuo idē clemens teſtat̄. q̄ꝛ tanta pie
tate et hūilitate dn̄s ih̄s erga ſuos
diſcipulos ſe hab̄. vt cū ipſe ſilent̄ in
nocte ad orandū ſurgeret diligentiſ
ſime cooperiebat eos. q̄ꝛ tenerrie dili
gebat eos. omnib9 p̄latis exemplū
p̄bens. vt magis ſubditos amore q̄ꝫ
timore adminiſtrare ſtuderēt. Infini
ta de hac materia legūt̄ exēpla. ad
vtrāq̄ȝ partē deſuiētia. Viꝫ q̄lit̄ be
nigni p̄lati cū ſibi credito grege pfe
cerūt. Et econ̄. duri defecerūt. Sȝ ſi
hec nō legiſſemus. certe tanta vidi
mus et audiuimus. vt in timore dei
de hijs cūctos p̄latos auiſare q̄d ne
ceſſe nō ē poſſem9. Heu q̄lia ſcādala
q̄nta pericula. ſ; animoſitates. ſ; ꝯtenti
ones. ſ; homicidia. ſ; leſiones. inua
ſiones. deſperatioēs. apoſtaſie. ve
ſanie ~~nas~~ ꝓpetue et inſanie. ac deſ
tructiones pſonaꝝ multaꝝ bone vo
lūtatis euenerūt. ꝓpter indiſcretū re
gimē p̄latoꝝ in diuerſis ſtatib9 ec
cleſie et ſanctis et approbatis religi
onibus. Que omnia ex leui ſcintillu
la puolantiū diſplicētiarū traxere

origiṅe et paulatī ſub colore pallia
te iuſticie in horrēdū ignē apte mali
cie excreuerūt. Hec q̄ cordetinus ad
uertit: puto ꝙ ex difficilia ꝑticia regi
nis aīaꝝ dicet. Facilius eſſe bene o
bedire ꝙ̄ bene precipere: et ꝙ ſcā iſ
ta virtus obīe maius detrimētū pa
tiatur regulariter loq̄ndo ex defectu
ꝑcipientiū: ꝙ̄ obedientiū. Si q̄d̄ pla
tus debet diligēter agnoſcē vultū pe
coris ſui. nec vlli pl9 imponē ꝙ̄ poēe
re q̄at: nedū ſ̄m robur corpoꝛale. ſ; mul
tomagis ſ̄m robur mētale. Et ſi ita fi
at: omnes ſubditos bone volūtatis
de q̄bus nūc loq̄mur hēbit obediētes
cū ſpe certa āpli9 ꝓficiēdi. Si āt du
re pcedere ꝯtēdit et īponē grauia q̄ nō
ſūt de neccitate ſalutis: ſtatī hoc mo
dicū bōe volūtatis ſpiācilū exſuffla
bit: et inueīet finē ſolitū toci9 tribu
lacōis. quem n̄ ſpeāuerat futuꝝ. Et
tūc dolebit: ſ; heu tarde. Regula eſt
moꝛālis valde nōbilis. Sic indigtio
ꝓuocat idigtōez: ſ bemiuolentia bemi
uolentiā. Sic ira irā. ſic māſuetudo
māſuetudiez. Sic ꝓmptitudo ꝓmpti
tudīez. Sic pietas pietatē: ⁊ ſic de a
lijs oīb9. Qui ergo vult vt diligat̄. ꝑ
ueīat diligendo: q2 vt btūs aug9 di
cit. nlla ē maioꝛ ꝓuocacō ad amādū:
ꝙ̄ ꝑueīre amādo. Nis ei dur9 ē aī9: q̄
dilcōez et ſi n̄ vult īpēdē. nolit rēpēdē.
Hac dilcōe hītā. p3 ad oīm vtutū ex
citia ſecur9 acceſſ9: ⁊ ꝑſerū ad obiaꝝ:
q̄ ſic ipſa dilcōe moderāte oīm ē faci
lia ⁊ ſecuriſſiā: ſic extra ea abſente ō
niū ē difficiliā. Quātūcūq3 g° ꝑlati ꝑ
loco ⁊ tpe crebro nāē hēant vicijs ī
digni et ſubiectos inculpaē: ſemꝑ tn̄
ad dilcōis ⁊ benigtatis ſecuriſſimū re
recurrāt: ac illos q̄s iuſte reꝑhēdūt.
ſigs vē caritatis demulceāt ⁊ cū ꝯpaſ
ſiōe clemēt ſupportēt: q̄re9 h° pietatis
colludio ipſos ad reāandū ⁊ obiēdū
efficaci9 inuitēt. Si ē alia via melioꝛ
iſta: repiē n̄ potui. Iā em̄ de hoīb9 boē
volūtatis loq̄mur paulatī educādis:
donec ad pfcōez ſpūalē excreſcāt. Et
ſi mi9 ſaci9 ē eos in ipfcōe tolleāre ꝙ̄
de vtice ſanir. i. deluie grē peit9 ꝑci
pitaē ac morti ſpūs iſtcāt: rdē: reue
ra ī hac ꝑxi multi mgne lrāure vi de
fecerūt: ꝑfcī illi q̄ iux̄ ſiīaꝝ bcī ābroſij
añ tps rapiebāt de cellul ad iſulas.
coacti ſimul diſcē ⁊ docē. Sūma ē val
de ſolēnis apd̄ moꝛāles: ꝙ neō digne
⁊ vtilit̄ ꝑeſſe ꝑt: n̄ moēs ſubditorū ꝑ
fcē expt9 fuit ꝑ ꝓpiā vitā, n̄ em̄ ſcire
ꝯuicit ꝑ ꝓpriā expiētiā: q̄lit ſubiectis
ꝯpati dēat. Dicit phs. i ꝑmo rethoi
ce. ꝙ ꝑncipari ⁊ ꝑeſſe nālit ē delcābi
le: et ꝑ ꝯn̄s ſeruiē ⁊ ſubeſſe ē tedioſū
nālit. Hīc ꝯcludit ſen. ꝙ q̄ neſcit ſuiē:
nec ꝑncipari ſcit. Rō iā dcā ē. Rurſū q2
volūtas ē pō ſeipaꝝ mouēs. iō facile
obedit ſibiipi. ⁊ difficile alteri: q̄ ōnia
inexptus ā ignorat ā vix credere ꝑt.
Vidi9 q̄ſdā prelatos grandia feciſſe
dum alijs ꝑcipere habebāt: qui poſt
ea redacti ad humilitatis ſtatū ciīc
tis infirmioēs fuerūt: ⁊ mirnis q̄3 de
fecerūt. Tantis ergo difficultatib9 ſi
mul ꝯcurrētib9 neceſſe ē vir moralē
caute ac ſapient incedere: ⁊ ſi non fu
erit h9modi expertus. alijs ſuope cre
dē dz: donec miſteiū vbi h9plemi9 itel
ligat. Demū rēſtat adhuc vnū. quod
valde ꝑlatū mouē debet vt beniuolū
ſe ſuis ſubditis exhibeat. ac hūilita
tis exemplum ꝑbeat: viz admirāda

eius dignatio: de q̄ ſapiens loquitur
dicēs. O ꝙ̄ bo⁹ ⁊ ſuauis ē dn̄e ſpūs
tu⁹ ī nob. Nō ē ali⁹ de⁹ ꝙ̄ tu. cui cura
ē de oībꝫ: tu āt dn̄ator v̄tutis cū tran-
q̄llitate iudicas: ⁊ cū m̄gna r̄uerētia
diſpoīs nos. Docuiſti em̄ populū tu-
um qm̄ oꝫ iuſtū eē et hūanū: ⁊ bone
ſpei feciſti filios tuos: qm̄ iudicās das
locū ī pctīs pn̄ie. Cū q̄nta ergo dili-
gētia iudicas filios tuos ⁊c. Prela-
t⁹ igit̄ cū ſit vicari⁹ dei ī t̄ris. ſ̄ totū
poſſe ſuū hoc exēplar dꝫ imitari ⁊ in ī-
ferēdo vīdictā tard⁹ eē: ⁊ ad bn̄ficē-
tiā ſedul⁹. De hoc ſic legit̄ ī q̄dā nobi
li libello q̄ aſſc̄bit̄ ſcō thōe: q̄ ītitulat̄
de bt̄itudīe et̄na. Nō ſolū ī illa ſupna
bt̄itudie miat̄ aīa hūilitatē xpi q̄m ī
t̄ris exibuit: ſ̄ mltomag̃ eā īflāmat
ad amādū deū hūilitas dīna. Nā de⁹
opꝰ ſinglis āgelis ſc̄īſqꝫ aīab⁹ ī tm̄
ſe ſubicit q̄ſi ſit ſ̄u⁹ emptici⁹ ſingloꝝ:
q̄libet vo ip̄oꝝ ſit de⁹ ſu⁹. Ad hoc inu-
endū t̄ſſiēs miſtrauit illis. dicēs in
ps°. Ego dixi dij eſtis: et filij excelſi
oēs. Sume q̄ppe pſtūs de⁹ ibi ꝯple-
bit q̄d̄ h̄ docuit. Quāto maior es hūi-
lia te ī oīb⁹. Qui ꝙ̄uis p̄ſit oīb⁹ dig-
tate ⁊ dīna maieſtate: oīb⁹ tn̄ ſbicit̄
hūilitate. O ꝙ̄ raro iſta duo ꝯueniūt:
oīb⁹ p̄eſſe p iuſticiā. ⁊ tn̄ oīb⁹ ſubeſſe
p hūilitatis g̃rīā. Ideo miat̄ hec aīa
cū aōre. Valde āt īflāmat aīciā ⁊ ꝯ
ſuaet̄ nūꝙ̄ velle p̄eē vel parē eē: ſ̄ ō-
mib⁹ ⁊ ī oīb⁹ velle ſubeſſe. Hec āt hūi-
litas cāt̄ ex mltitudīe bōitatis ⁊ dī-
ne nobilitatis: ſic̄ arbor ex mltitudie
fructuū inclinat̄. Sic vacua ſpica
ſtat erecta: et plena depēdꝫ inclina-
ta. Sic gallina ꝓle fecūda vocē di-
mittit: ſterilis hincinde garrula diſ-

currit. Et dn̄s. Mat. 20. dicit ad diſci-
pulos ſuos. Scitis q̄ p̄ncipes gētiū
dominātᷣ eoꝝ ⁊c̄. Non ita erit inter
vos: ſ̄ quicūqꝫ voluerit inter vos ma-
ior fieri. ſit veſter miniſter. Et q̄cūqꝫ
voluerit int̄ vos p̄m⁹ eſſe. erit veſter
ſeru⁹: ſicut fili⁹ hoīs nō venit miniſ-
trari ſ̄ miniſtrare. Quicūqꝫ igit̄ p̄la-
tus hec ſcā ſpūs docu̾a obſeruat: ꝑci-
piendi auctoritatem eciā in hijs que
ad ſalutē nec̄aria nō ſūt iuſte habet.
et vtilit̄ adminiſtrat. Q̄ ſi tūc ſub-
diti nō obediūt ꝯuict̄ peccāt: et iuſte
q̄rele locus ipſi p̄lato relinq̄t̄. Sim-
autē ſine tiore q̄dcūqꝫ mēs ſuggeſſe-
rit libere ꝑcipiat. n̄ attētis q̄ dcā ſūt
p ora ⁊ ſcripta ſcōꝝ: nō p̄t iuſte ꝯq̄ri
de inobediētia ſubditoꝝ: qn̄ nec ip̄e de
obediētia debita ſibi bn̄ ꝯſci⁹ ē. Si em̄
ip̄e faceret q̄d̄ debēt: iuſtū eſſet vt ſibi
fieret a ſubditis et̄ hoc ad q̄d̄ ipi ſe ſb̄
tali ꝯdicōe obligarūt. Neō em̄ ſane
mentis alicui ā indiſcrete ā maliuo-
le ꝑcipē volenti ſe ſubdet, qm̄ q̄dē tā-
ta ē in corde diſcipuli ſpes ⁊ fiducia
de prudētia ⁊ ꝓbitate m̄grī ſiue p̄la-
ti: ꝙ ꝓ ſano ꝯſilio hꝫ vt ei magr̃ere-
dat de ſe ꝙ̄ ſibi ip̄i: atqꝫ ſub tali ꝓpo-
ſito et ꝯdicōe eū ſibi in prēꝫ ac ſpitu-
alē p̄ntē aſſūit. Adūtat iteꝝ et iterū
ſenſat⁹ p̄lat⁹ q̄nto ſit debito p̄uēt⁹:
q̄nta ſit obligacōe t̄ūſcept⁹. Caueat
caueat. ne ſi alit̄ fecerit. poci⁹ ip̄i diſci-
pulo ſit iuſte q̄rele loc⁹ apd̄ diſtrictū
iudicē ꝙ iniqꝫ decept⁹ ſit. ꝙ̄ eo ꝯſpu-
ta qn̄ diſciplīe ip̄e q̄ ſꝑabat īueīe pi-
ū paſtorē. clemētē educatorē ac ſtrē-
nuū defēſorē. q̄lē vtiꝫ oꝫ eē p̄latū: iā
potiſſime q̄rulat̄ ſe repiſſe duꝝ exac-
torē. amaꝝ rep̄hēſorē ac indig̃bidū

ꝑcipitat ore. Nō hic ſufficit ꝑlato q́
dz eē magiſter ꝑfctūs ī ſpūalib⁹ illa
pueritis excuſacō. ꝙ fuerit in cūctis q̄
erga diſcipulū geſſit bone volūtatis.
qñ ſub ei⁹ baculo moꝛit᷑. quē ap̄li⁹ vi
uificare debueꝛāt: ſ; multo foꝛci⁹ reqri
t᷑. ꝙ in vitate coꝛā deo cū ſana ꝯſcia
dicere poſſit: ꝙ diſcipulū in nullo neg
lexiſſet. ꝗ idiſcrete ḡuauiſſet. ꝗ alic̄
tāte ruine occaſiōez ꝑſtitiſſet. Unde
btūs ieꝛoni⁹ de ꝑlatis loq̄ns dt. Oia
q̄ ꝑlatus facit ꝉ dt. nōbilia dñt eē: vt
quicqd agit̄. q̄cqd loq̄t᷑. doctrīa ſit. Nō
multū diſtat in vitio. vel decipe poſſe
vel decipi. Sic colūba eē ſtudeas: vt
neq̄q; ſerpēs eē deſiſtas. Quā ſit āt
difficile talē ſe exibere n̄ ſpūali grā
dei aſſiſtente: nouit ap̄ls q̄ dixit. Xp̄i
bon⁹ odoꝛ ſu⁹ deo: in his q̄ ſalui fiunt
et in his q̄ pereunt. Alijs quidē odoꝛ
moꝛtis in moꝛtē: alijs āt odoꝛ vite in
vitā. Et ad hec quis tā ꝑ done⁹? Ubi
ſup̄ dt glō. Ap̄ls bene agēs. bene vi
uēs. iuſticiā v̄bo ꝑdicabat. et ope de
mōſtrabat: imitās doctorē v̄itatis
xp̄m. ⁊c̄. Et ſeq̄t᷑. Nos ſu⁹ odoꝛ xp̄i:
et ꝑ nos deus hec opat᷑. ⁊c̄. Et alibi.
Neq; q̄ plātat neq; q̄ rigat ē aliqd: ſ;
q̄ incremētū dat de⁹: glō. Fruſtra o
pari⁹ oia moliet᷑ extrīſecus: n̄ crea
toꝛ intrīſecus latēs opatet᷑. Hec ⁊ a
lia ſilia v̄eābiles ac deo digni ꝑlati
ꝯſiderātes. valde hūiliāt ſpm̄ ſuum:
ſtudioſe iſiſtētes ne īueniant᷑ q̄ſi ad
ulterātes v̄bū dei: qd tūc ſit. qñ ſibi
ꝯpicij ſūt et ſubditis ḡues. Studēt
inq̄ ſūmis conatib⁹ tales ſe exibere
ꝑ ſtrēnuā vitā: vt nullū ſcādalū in
coꝛdib⁹ ſubditoꝝ pariāt ꝑ ābitū vāe
gloꝛie. ꝗ ſuauē carnaliū illecebraꝝ

delcacīonē. ꝗ inertē quietē: ne hec ip
ſi ſubditi videtes cupiāt a iugo ſecuē
ſubiectionis abſolui: ac ꝑiter cū ipſis
ſuis ꝑlatis deliciai. ad ꝑlatuāſq; ob
tētu vane libertatis āhelaē. Scriptū
eſt. Necē ē vt veniant ſcādala. Uerūp
tamē ve hoī illi: ꝑ quē ſcādalū venit.
Reuera timendū eſt: ꝙ iſtud ſcāda
lū pre alijs ſit maxime deſtructiuū
eccia ſtici ſtatus. Si namq; in tali
rigoꝛe ꝑlati viuerēt vt olim ſā ꝑrēs ſolebāt.
nēo ꝑlatuās deſideāret: ꝑmo oblatas
ſuſcipe foꝛmidaēt ſuſceptaſq; renūci
are toto coꝛde ſtudēt: n̄ ī quātū ſince
ra xp̄i caritas ip̄m ad tātū laboꝛē cō
pellēt: eſſetq; efficax exemplū trahē
di ad obediētiā ⁊ ad omnē ſpūalem
ꝑfectionē bone volūtatis ſubiectos.
Sz ꝙ teſte ſaluatoꝛe ac ꝑdicēte. ha
būdabit iniquitas et refrigeſcit cari
tas multoꝝ: īualuit v̄ſipellis hoſtis
et tulit exēplaia veꝛāꝝ v̄tutū ab ec
cleſia dei: ita vt lugubre cātícū illud
iā freq̄ntaē meſti cogamur. Saluū
me fac domine. qm̄ deficit ſcūs. ⁊c̄.
Referūt etiā ſci doctores ꝙ hec noſtra
vſq; ad pulchrā colūpnā ſacre reli
gionis ꝑuenerit: in tantū vt vix ali
qd veſtigiū ꝑſtine ſcitatis remāſerit:
ex q̊ vſq; hodie ſioꝛatis ac reuēndis
ꝑlatis multiplex laboꝛ exoꝛit᷑: tū ꝙ
delapſa reſtauraē ꝑ toto n̄ ſufficiūt:
tū ꝙ id qd ſtaē putat᷑ cotidie ruinā
minat᷑. Quib⁹ igit᷑ ipos ſiles dixerī
n̄ ḡuiū oneꝝ poꝛtitoꝛib⁹ in via lubꝛcā:
q̄ vehemēter exultant ſi ꝗ viā ſinire
aut ab onere ſuppoꝛtari mereātur.
Non vtiq; dubiū eſt. quin hec ꝑabo
la ſit tēpois iſtātis: qñ ꝑ ꝯpalib⁹ ſuſ
ſtētamētis laboꝛ ḡndi ipedit᷑: et fructus

ſpūalis puus nimis. ā nullꝰ ē pōr̄t.
Heu multis indigeꝰ: nec tamen fer-
uide pficiꝰ. Puto q̄ quāuis platus ab
hoc pplexo ſudore abſolui n̄ deſideat:
q̄ digne officiū platuꝰ non impleat.
Olim prelatis ſūma iocūditas fuit:
quādo laborē ſuū in pfectu diſcipu-
loꝝ ianem neq̄q̄ eſſe cnebāt. Quo
ad ſecundum. videlicet q̄ bonum o-
bedientie īpedit ꝓpter deſidiā ſubdi-
toꝝ ē ſciendū: q̄ ſ̄m dcā hug. ⁊ alioꝝ
cōmūit. hūana natura feruidiſſime
optat libtatē: ⁊ ideo n̄ aliq̄ intueiret
cā magna. nunq̄ ſe ſubdēt hō hoī: ſ;
q̄ ſperat ſe ꝓpter breuē ſeruitutem
longā cōſequi libtatē: ideo ad tēpus
aut neceſſitate coactus. ā vtilitate il-
lectꝰ vnus alteri ſe ſubdit. Opatur
autē in filijs gratie q̄dā occulta vis
quam obedientiā vocaꝰ: que volūta-
tem inclinat ad ſubiectionē ſponta-
neam ꝓpter aliqd bonū excellentiſſi-
mū non iā ſtatī accipiendū: ſ; in ſpe
ac multiplici pacīa exſpectandum.
Et inde eſt q̄ duplicē difficultatem
obediētia h;. eciā antequā ad opus p-
cedat: tū q̄ eſt nature cōtrāria: tū q̄
merces in longiquū differt. Habet
ꝓinde īnumeābiles difficultates ra-
tione opis: ſ̄m q̄ diuerſa ſūt que pci-
piūt. Et ideo non eſt miꝝ q̄ multa
rere obediētibꝰ p̄mia ꝓmittūt: ⁊ plu-
ra ſcripta ſcōꝝ de his locūt. Veꝝ ne
hoīa queꝰ iniciat ꝓpter nimiā diffi-
cultatē eius: idcirco mltū diſcrete re-
gulata ē ecclīaſtica obīa q̄ nctaria ē
ad ſalutē: ita vt qualibet hoī bone volū-
tatis ſit bn̄ ſuffeibilis. Vbi ē aduēten-
dū q̄ tplex obīa ē ī ecclīa: ſcȝ gnālis q̄
ē oībꝰ ꝯis: ſpeālis. q̄ ſpectat ad ali-
q̄s ⁊ nō ad oēs: ſ̄m quā ꝯiugatus ad
multa tenet ad q̄ ſolutus non tenet. et
p̄nceps ſimilit ad multa tenet ad q̄
ſubditus n̄ tenet: ⁊ ſic de alijs oībꝰ iuxta
ꝯditionem vniuſcuiuſqȝ. Et iſte due
ſpecies plures hn̄t emulatores nec
aliq̄d nōbil difficultatis: ꝓpter ānex-
ā libtatē ⁊ vtilitatē. Tercia ē obīa ſi-
gularis q̄ cadit ſub voto ꝑpetuo ſ̄m
ꝯſilia euāgelica michil relinquēs lib-
tatis in hoīe: ſ; totū hoīez in ꝑpetuam
redigit ſeruitutem. Et hec eſt maxi-
me difficilis et multa gratia indigȝ:
habetqȝ paucos emulatores ſ; mul-
to pauciores pfectos cultores: q̄ ſcȝ
ad apicē ipiꝰ ꝓficiūt. Vn̄ ſ̄m ſanc-
tū thōm. et alios. iſta duplex eſt: q̄
q̄dam eſt ſufficiens ſcilicet que ſe ex-
tēdit ad omnia que regularē ꝯuerſa-
tionem concernunt ſ̄m modificatio-
nem regule bene intellecte: ſ̄m quam
religioſi ꝓfiteri ſolent: et ſubduntur
ſuis p̄latis. Alia eſt pfecta. que ad
omnia licita ſe extēdit. nullū ſibi ter-
minū p̄figēs: ⁊ iſta dr̄ ſupererogatio-
nis ad cumulū pfōis ptinens: ad q̄m
excedēdā nullꝰ ſubditꝰ tenet: ſ; religioſi
ad eā tēdē tenet ſic ad oēs alias v-
tutes pfcās. Illa at obīa q̄ diſcreta
dr. q̄ idē rn̄c in oībꝰ obedit ſū licitis ſū
illicitis n̄ ē vtꝰ: ſ; vacillacō q̄dā ſtul-
ta nulla rōe r̄gulata. Cetm de alijs
q̄ diſcipulos ad vtuoſam obiā ꝯhē
debent pluā dcā ſūt ſup: q̄ h̄ breuita-
tis gcia omitto: et lib plei de his hn̄t.

Ver⁹ Obediē dȝ
diſcipls. a
    libent. ſimpliciē
    hilariē. velociter
    viriliter. hūiliter
    Indeſinēter

Cōtra ſeptacōes ꝓprietatis. Ca. xo.

Ultas actuū. 2. Multitudinis
credēciū erat cor vnū et aīa v-
na: nec erat quiſꝗ̄ eoꝝ q̄ poſſidebat
aliq̄d ſuū eſſe dicebat: ſ; erant illis
omnia cōia. Itē. v. Vir quidā nomi-
ne ananias ꝯſcia vxore ſua ſaphira
fraudauit de ꝑcio agri ⁊c. ⁊ ait ei pe-
trus. Cur temptauit ſathanas cor
tuū mentiri te ſpiritui ſancto: ⁊ frau-
dare de ꝑcio agri: Nōne manēs tibi
manebat: et venūdatū eāt in tua po-
teſtate: Quare poſuiſti in corde tuo
hāc rē: Nō es mētitus hoīb⁹: ſ; deo.
Et cecidit anaīas et expirauit. Et
ſtātī p⁹ea vxor eius ⁊c. Et fcūs ē ti-
mor magn⁹ in vniūſa ecc̄ia. Mat. 19
Si vis pfcūs eſſe vade et vēde oīa q̄
habes et da paupib⁹ et veni ⁊ ſeq̄re
me: et habeb thesauꝝ in celo. Ibid. Et
ait petrus. Ecce nos relinq̄mus oīa:
et ſecuti ſu⁹ te. Qd ergo erit nob: Ihs
āt dixit illis. Amē dico vobis. q̄ vos
q̄ ſecuti eſtis me: in regn̄acōe cū ſede-
rit filius hoīs in ſede maieſtatis ſue:
ſedebitis et vos ſup ſedes xij. iudicā-
tes xij tribus yſrl. Et oīs q̄ relinq̄rit
domū vel frēs ā ſorores ā prēz ā mrēz
ā vxorē ā filios ā agros ꝓpter nomē
meū: cētuplū accipiet. ⁊ vitā eternam
poſſidebit. Luc. ix. Nemo mittēs ma-
nū ad aratꝝ et reſpiciēs retro: apt⁹
erit regno celoꝝ. Greg. Sūt nōnul-
li iuſtoꝝ q̄ ad cōprehendēdū culmen
pfcōis accinctidū altiora īteri⁹ appe-
tūt: exterius cūcta delinquūt. Aug⁹.
Querētibus r̄gnū dei et iuſticiā ei⁹
nō debet ſubeē ſollicitudo ne ipſis ne-
ceſſaria deſint. Bonū eſt facultates
cū diſpenſacōe paupibus erogare:
meli⁹ ē p intēcōe ſeq̄ndi dn̄m inſtīdo-
nare: ⁊ abſolutū ſollicitudine egē cū
xp̄o. Oīs phīe ingrā nobis ē inopia.
Nō ita lauda⁹ ioſeph cū frumētū diſ-
tribuebat: ſicͭ cū carcerē īhabitabat.
Nō tibi diſpliceat paupertas tua: nīl
ea dici⁹ potes īueire. Vis cognoſcē q̄
locuples ſit: Celū emit. Quibus the-
ſauris ꝯferri poſſit: q̄d paupertati vi-
de⁹ indultū: Vt ad regnū celoꝝ vei-
ret diues poſſeſſiōe ſua obtiere ſi po-
tuit: nūc obtiet vt ꝯtēptu pueniat. Fe-
cūdus ē ager paupm: cito reddit do-
nātib⁹ fructū. Via celi ē paupꝑ qūē
veit ad prēm. Incipe erogaē, ſi nō vis
erraē, Iēomi⁹. Vict⁹ et veſtit⁹ diuicie
ſūt xp̄ianoꝝ. Facile oīa ꝯtēpnit q̄ ſe
cogitat moritꝝ. Hūanas terrenaſꝫ
opes ꝯtēpne: vt illi placeas paupꝛ
cui difficile opulēt⁹ placē potes. Ob
hoc maxime amāda eſt paupertas:
quia adulationem nō habet. Diffici-
lius arrogantia q̄ꝫ auro et gēmis
caremus. Hijs enim abiectis inter-
dum glorioſis ſordibus tumemus: ⁊
venerabilem paupertatem populari
aure offerimus. Plus eīm eſt aīi-
mū depoſuiſſe. q̄ꝫ cultum. Non abſqꝫ
amictu lineo incedere: ſ; precium veſ-
tium linearum non habere lauda-
bile eſt. Ambroſi⁹. Nichil grauius
q̄ꝫ vt fratres noſtros pauperiores
ſuperbo oculo deſpiciamus: ꝯformes
nobis intollerabili repellam⁹ faſti-
dio: noſtra indignos gracia iudicā-
tes qꝛ ſūt inopes: cum paupertas fa-
cilius ſit deo q̄ꝫ theſaurus acceptior.
Greg. Rarum valde eſt vt qui aurū
poſſident ad requiem tendant: cul-
pa cum defendit' geiat': et inceſſant

culpa creſcit fauorib9 enutrita. Pau
pertas in īopia mētis ē: nō in quāti
tate poſſeſſionis. Nā cui cū paupertate
bene ɔueīt diues eſt: et econtra.

**Contra temptacōes verboſitatis et loquacitatis. Ca. 21.**

Dauid. Vir linguoſus nō dīget
in tra. Prou. 13. Qui cuſtodit
os ſuū: cuſtodit aīaz ſuā. Qui āt in
cōſideratus ē ad loq̄ndū: ſentiet ma
la. Itē. pu. 12. Lingua ſapiētū ſcitas:
labiū veritatis firmū erit in ppetuū.
Itē. x. In multiloq̄o nō deeſt pctm̄. Ia
cobi 3°. Qui nō offendit vbo: h̄ pfc̄us
eſt vir. Et pmo. Sit ois hō velox ad
audiendū. tard9 āt ad loq̄ndū: ꝛ tar
dus ad irā. Ecci. 20. Sapiens in v
bis ſeipm̄ amabilē facit: grē āt ſtul
toꝝ effundētr. Hō ſapiēs tacebit vſq;
ad temp9: laſciu9 autē et īprudēs nō
ſeruabūt temp9. Ibidē. Qui multis
vtit̄ vbis ledit aīaz ſuā: et q̄ ptātem
aſſumit iniuſte odiet̄. pu. 10. Sapiēs cor
de pcepta ſuſcipiet: ſtultus cedit̄ la
bijs. Ecci. xx. Qui procax ē ad loq̄ndū
odibilis erit. Ecci. 21. Tacit9 et ſenſa
tus hōrabit̄. Ieroīs. Btā lingua q̄ nō
nouit nī de diuinis ſermonē texē. Diu
ɔſidera quid loq̄ndū ſit: et adhuc ta
cēs puide ne quid dixiſſe peniteat.
Sapiens q̄d loq̄t̄ multa pus conſi
derat: quid. aut que. quo loco vel tē
pore dicat. Verba īuoluē. et apd īm
peritū vulg9 admiratōem ſui facē:
indoctoꝝ hominū eſt. Nichil tā facile
q̄ vilem plebem et indoctā mobilita
te lingue decipere: que quicquid non
intelligit plus mirat̄. Ambroſi9. Sepe
plures vidi loquēdo in peccatū inci
diſſe. vix quēpiam tacēdo: ideoq; ta

cere noſſe q̄ loqui difficilius ē. Scio
loqui pleroſq;. cū tacere neſciant. Al
liga ſermonē tuū ne luxuriet. ne laſ
ciuiat: et multiloquio pccā ſibi colli
gat: ſit reſtrictior et ripis coherceat̄:
cito lutū colligit āpnis exūdās. Iu
gū ſit vb̄ tuis ꝛ ſtaterā atq; mēſurā: vt
grauitas in ſenſu in ſmone pōdus
atq; in vbis modus. Ingredit̄ mors
per oſtiū tuū ſi falſū loquaris. ſi tur
piter ſi procacit̄: poſtremo ſi vbi non
oꝫ loquaris. Periculū ē dicere nō ſo
lū falſa: ſꝫ eciā vera. Quod viciū q̄dri
ptitū eſt: Vel adulacōis vel auaricie
vel iactātie. vel loq̄citatis incaute.
Verba tua nullū doli velamē obten
dant. nullū habeant fraudis inuo
lucrū: vt et puritatē habeant ꝛ pleā
grauitatis ſint meritoꝝ q; tuoꝝ tibi
eterna poſteritas tuo ore pñiat: nec
tibi ſoli ſꝫ pluribus ɔgreges. Greg9.
Tempus tacēdi ꝛ temp9 loq̄ndi diſ
creta viciſſitudine pēſanda ſūt primū:
ne q̄ cū reſtrīgi lingua dꝫ per verba
ſe inutilit̄ ſoluat: q̄ cū loqui vtiliter
pt ſemetipām pigre reſtrīgat. Si
cut incauta locutio in errorē pertra
hit: ita in errorē indiſcretū ſilentium
eos qui erudiri poterāt in errore de
relinquit. Valeri9 epiſcop9. Et loqui
et tacē pfectio eſt. Eſt āt vtriuſq; ptis
cauſa. vboꝝ tenuiſſe menſurā. Aliq̄n
ciēs nimia taciturnitas ſtulticie aſſcē
bitur: ſicut et vboꝝ nimietas ad fu
rorem refert̄: ſꝫ illd̄ ſapientie. Eſt ta
cens nō habens ſenſū loquele: et eſt
tacēs ſciēs tēpus apti tēporis. De q̄
re ſi nrā requiras ſentenciā arbitrij:
iā malo aliquis tacendo ſtultus: q̄
nimiū loquendo iudicetur inſanus.

Hugo· Scolares nr̃i q̃ nolũt q̃ neſ
ciũt modũ ↄgruũ in diſcẽdo ſeruare·
patiores ad loq̄ndũ q̄ȝ ad tacẽdũ·⁊
ideo multos ſtudẽtes paucos ſapiẽ-
tes inueĩmus· Pitagore vero diſcipu
li .v. ãnis in ſilẽcio didicerũt· Aug⁹.
Abſit vt multiloq̄ũ depute͂ q̄n necc̃a
ria dicũt͂: q̄ntalibet ſermonũ multi-
tudĩe q̃ plixitate dicat͂. Linguoſus il
le vocatur qui nõ curat q̄d q̃ quomodo
loq̄t͂: dũmõ ad loq̄ndũ admittit͂: de v̄
tute ſibi nulla ſollicitudo ẽ. Idẽ aug⁹.
Nõ placet ſñia tullij: q̃ nullũ inq̄t ũ
q̄ȝ v̄bũ emiſit q̄ȝ reuocare vellz· Que q̄
dẽ laus q̄uis p̄clariſſima videat͂: tñ
credibilior de nimiũ fatuo. q̄ȝ de ſapi
ẽte p̄ſcõ. Ego igit͂ ab hac excellentia
tã longe abſũ: vt ſi nullũ v̄bũ q̄d re-
uocaȓe velĩ p̄tulero. fatuo ſũ q̄ȝ ſapiẽ-
ti ſimilior· Illi⁹ quippe ſcripta ſũt auc
toritate digniſſima: q̃ nullũ quidẽ v̄
bũ nõ reuocare vellet: ſȝ q̄d reuocaȓe
deberet emiſit· Angit me plana ora
ciana ſñia· Neſcit et vox emiſſa reũ
ti· Nõ m̃ igit͂ tulliana blãdit͂ gloria
illa: q̃ ſc̃as applicãda qui ſp̃ũ ſc̃o lo-
cuti ſũt· Caſſiodrus· Cuius hoĩm ſic
cautus ſit. vt ſi inter emulos loq̄tur
nullũ eius verbũ incurrat aliq̄ȝ q̄ſti
onẽ· difficilis res ẽ: linguã in lubrico
fauciũ ↄſtitutã. v̄itatis rigide tenere
menſurã· Si incaute frena laxent͂:
freq̄nter cõtra ſe loquit͂· Facili⁹ eñ
culpa tacẽdo refugit͂. q̄ȝ loq̄ndo. Se
neca· Queadmodũ ſapiẽti viro inceſ
ſus modeſtior ↄueniẽt: ita orõ p̄ſſa non
audax· Sũma ergo ſũmarꝫ hec eiit
tibi: tardiloq̄(uũ) te eſſe iubeo· Pitago-
ras. Nõ multis v̄bis op⁹ eſt: ſȝ effica
cibus. Criſ· Malicia nõ docet͂ ſmõi

bus: ſȝ excitat͂· Vnde malũ hominẽ
tacẽdo meli⁹ q̄ȝ r̃ſpõdẽdo vincẽ potes
Sen̄. Ymago aĩ ſermo ẽ: q̄lis vir ta
lis oracõ. Magnũ ẽ vocis et ſilẽcij te
pamentũ: garrulo ñ reſpõdere ↄui
tiũ ẽ. Conſcientiã cĩci nullus inueñt
lingue p̄cepes. Canib⁹ ⁊ beſtijs mos
ẽ: q̄nto pl⁹ defecerit viriũ. tãto magis
latratibus indulgẽ Linguã cupidita
tẽq; cõp̄ſce: ſi ñ potes. paululũ ẽmit
te. Sepe ea q̃ ſanari racõe ñ poterãt:
ſanata ſũt tẽpore· Valeri⁹ maxim⁹
Salon cũ alijs loq̄ntibus taceret. ĩ
terrogatus vtꝫ p̄pter iopiã v̄borꝫ
an q̄r ſtultus eſſet taceret: reſpõdit.
Nemo ſtultus tacere p̄t· Cur igit͂ ſo
lus linguã cohibes· Quia iq̄t dixiſſe
me aliq̄ñ penituit: tacuiſſe nũq̄ȝ. The
ocrius in ↄuitio tacẽti ruſtico inquit.
Ex doctis hoc ſolũ habes Socrates
garrulũ volentẽ diſcere ſapiẽtie pre
cepta duas mercedes popoſcit: vnã
vt taceret: alterã ne loquĩ diſceret·
Gneꝑ⁹ lenculus augur. diuiciarum
maximũ exẽplũ nobis reliquit: cũ eſ
ſet auariſſimus tãta illi iopia erat
ſermonis. vt nũmos citi⁹ emitteret
q̄ȝ verba: dicẽs a ſtudijs ſe obductũ
nichil tãtũ in ſe cõgeſtũ q̄ntũ p̄didiſ
ſet relicta eloquẽtia· Seneca· Loq̄
ignoȓbit: q̃ tacẽ neſciet· Sapiẽti ex-
pedit tacere ꝑ ſe: q̄ȝ loqui contra ſe·
Xenocrates· Loq̄nti cuidã audi in-
quit melius: os vnũ a natura cuẽs
autẽ duas accepimus· Nichil eq; ꝓ
derit· q̄ȝ quieſcere: et minimũ cum a
lijs loqui et plurimũ ſecum· In hoc
incũbe: vt libencius audias q̄ȝ loqua
ris· Qd̄ tacitũ velis: nemĩ dixeris. Au
ribus frequencius. q̄ȝ lingua vtere.

Tacitnitas ſtulto hoī p ſapiā ē. Ta
cere neſcit. q̄ neſcit loq̄. Jtē. q̄d ā lingua
ua mēbꝛ ē difficile ē ad regēdū. ⁊ v
tile bñ refrenare. q ꝑ vt in pluimū hu
mana nā ꝓcax eſt ad loquendū ⁊ ꝑ
ceps: ideo tā dīnis q̄ hūanis oracu
lis tacitnitas vlr̄ loq̄lā mag̃ laudat.

Contra teptationes ariditatis ⁊ Indeuotionis. ¶ Ca. 22.

Saluator luc. 18. Oportꝫ ſp ora
re et nō deficē. Mr̄. xi. Amen
amen dico vob: q̄cūqꝫ orātes petitis.
credite q accipietis Mat. v°. Orate
ꝓ ꝑſequentib⁹ et calūpniantib⁹ vos.
Math. vi. Sic autē orabitis. Pat
noſter q̄ es in celis. ⁊c̄. j. theſ. v. Si
ne intermiſſione orate ⁊c̄. Tobie. iiij.
Omni tpe bñdic dño: ⁊ pete ab eo vt
dirigat greſſ⁹ tuos. pſ. 24. Oculi mei
ſemꝑ ad dñm. Jt. 62. Sic adipe et
pingudie repleat aiā mea. Jt. 24. O
ratio mea in ſinu meo ꝯūtat. glō. Et
ſi eis nō ꝓfuit ego tn̄ nō ſū mea mce
de fruſtratus. Thōs. 22ᵉ. q. 83. Orō
ꝑter effcm̄ ſpiritualis ꝯſolacōis q̄m ꝑ
ſentialr̄ affert. duplicē hꝫ vtutē reſ
pectu futuri effcūs: ſciꝫ vtutē merendi.
et ūtutē impetrādi. Orō āt ſic̄ et q̄li
bet ali⁹ act⁹ vtutis hꝫ efficatiā merē
di in q̄ntū ꝓcedit ex radice caritatis:
c⁹ ꝓpriū obiectū ē bonū etnū c⁹ frui
cōez meremur. Deuocō āt nichil aliud
eē videt q̄ voluntas quedā ꝓmpte tr̄
dēdi ſe ad ea q̄ ꝑtinēt ad dei famulatū:
c⁹ effcūs ē leticia ſpūalis. ꝑ illd pſ.
memor fui dei et delcātus ſū. Criſ. Ve
re nichil dig⁹ ē q̄d offeā⁹ deo: q̄ pura
orō. Quicq̄d em̄ aliud obtulei⁹ ē de
nrīs: orō vo eſt de nob. Nichil ē ita
terribile dyabolo ⁊ his q̄ imponūt ab
eo cogitacōibus vt mens dīna medi
tācs ⁊ huic fonti ſp impatēs. ſciꝫ ſᵐ
vltic: q nō ſolum ꝑ talem occupati
onem obſtruit aditus demoni ⁊ eī⁹
immiſſionib⁹ ad domū non vacantē:
ſꝫ eciam q iugis deuotio ex aſſidua
meditatione conſeruata inuiſa eſt
ei. Michee. vij. Noſtra trāſlatio ha
bet. clauſtra oris tui. Ab eo qui dor
mit in ſinu tuo cuſtodi orationē tuā
ideſt a dyabolo: ne impediat eam.
Auguſtin⁹. Oratio ſi pura ē ſi caſ
ta fuerit: celos penetrans vacua nō
redibit. Hoc licet orarē: quod licet de
ſiderare. Ait dominus, Petite et da
bitur vobis: querite et īuenietis: pul
ſate et aperietur vobis. Non tantū
hortaretur vt peteremus: niſi dare
vellet. Erubeſcat humana pigricia:
plus vult ille dare q̄ nos accipere:
plus vult ille miſereri q̄ nos a mi
ſeria liberari. Dicūt fratres in egip
to crebras quidē orationes habere:
ſꝫ eas tamen breuiſſimas et raptim
quodāmodo iaculatas: ne illa vigi
lant erecta q̄ orāti plurimū neceſſa
ria eſt per ꝓductiores moras eua
neſcat. atqꝫ hebetetur intētio. Ora
tione meli⁹ ſoluūtur dubia q̄ inqui
ſitione alia. Jacobi. i. Si quis veſtꝝ
indiget ſapientia: poſtulet a deo qui
dat omnibus affluenter et non im
properat: et dabitur ei. Poſtulet au
tem in fide. nichil heſitans. Qui autē
heſitat: ſimilis eſt fluctui maris: qui
a vento mouetur. et circumfertur.
Non ergo eſtimet homo ille q̄ acci
piet aliq̄d a domino. Vir duplex a
nimo: inconſtans eſt in ōmibus vijs
ſuis. Jtem 4. Petitis et non accipitis:

eo ꝙ male peccatis. Pſ. Iniquitatē ſi
aſpexi in corde meo: non exaudiet
dominus. Yſido. Hoc eſt remedium
eius qui viciorum temptamentis eſ
tuat: vt quociens quolibet tangitur
vicio. tociens ſe ad orationem ſub-
dat: quia frequens oratio impug-
nationem vicioꝝ extinguit. Glō. ſup
nūi. Plus valet vnus ſcūs orando:
ꝙ innūi pccōres orādo. Oratio ſcā ce
lū penetrat: q̄mō hoſtes in tris nō vin
cat: Ieronī9. Ieiunio ſanāt peſtes cor
poris: orōe peſtes mētis. Ber. Max
ime ꝯſolacōes ab aicis dei in orōe re
cipiūt. Aug9. Multi lāgueſcūt in o
rādo: et in nouitate ꝯūſionis ſue fer
uent orāt: poſtea lāguide. poſtea fri
gide. p9ea negligent. q̄ſi ſecuri ſint.
Vigilat hoſtis: dormis tu. Orō ſi pu
ra ē. ſi caſta fuerit: celos penetrans
vacua nō redibit. Nec credas te ha
bere meli9 foꝝ ꝙ fili9 dei: et in oracōe
terſa tēe indiſcretio fuit q̄ petebat cō
tra honeſtatē. Ambroſius. Sit ora
tio pura ſimplex. dilucida atqꝫ ma
nifeſta: plena grauitatis et ponde-
ris. nō effrenata vel affectata elegā
tia: ſꝫ non intermiſſa gracia. Deſpi
ciuntur orationes leues. diffidētes.
inutiles. ſeculi curis anxie plene: et
reꝝ tēporaliū implicite: bonoꝝ opeꝝ
fructibus infecunde. Ieroni9. Ieiu
nio paſſiones corporis: oracione peſ
tes ſanande ſūt mentis. Dominus
noſter faciens clemencie ſue pōdera
atqꝫ menſuras. interdum nō exau
dit clamātem vt eum probet. et ma-
gis prouocet ad rogādum: et q̄ſi ig
ne excoctum. iuſtiorem et puriorem
faciat. Gregorius. Ille deo verā ora
tionem exhibet qui ſemetipſū ꝙ pul
uis ſit videt humiliter: qui nil ſibi v̄
tutis tribuit: qui bona q̄ agit eſſe de
miſericordia ꝯditoꝛis agnoſcit. Quā
to grauiori tumultu carnalium pre
mimur. tāto orationi inſiſtere ardē
cius debemus: qꝛ per orationem de-
us in corde figitur. et lux amiſſa re-
paratur. Veraciter orare eſt: ama-
ros in compunctione gemitus et nō
cōpoſita verba reſonare. Bernard9.
Quādo fidelis et humilis oratio fu-
erit et feruens: celum ſine dubio pe
netrabit. Vnde certum eſt: ꝙ vacua
nō redibit. Nemo veſtrum paruipen
dat orationem ſuam: dico enim vo-
bis: ꝙ ipſe ad quem oramus nō par
uipēdat eam. Poſtq̄ꝫ egreſſa eſt de o
re noſtro. ipſe ſcribit eam in libro ſu
o: et vnum ex duobus ſperare indu
bitāter poſſumus: quoniam aut da
bit quod petimus: aut quod nouit
vtilius. Criſ. Nō voce clamoſa pul
ſandus eſt deus. ſed cōſciencia recta
placādus: qꝛ non eſt vocis ſꝫ cordis
auditor. Orans nichil nouū faciat
quod aſpiciāt homines: nec voce cla
met. nec manus expādat: nec ocu-
los tollat vt notabilis fiat. Colon9
dei cōſilium diaboli non querit: colo-
nus autem diaboli et ſi dei cōſilium
querit nō inuenit. Vnde fur orat vt
proſperet: et fornicator ſibi crucis
ſignum facit vt nō cōprehēdatur. et
tanto cicius capitur: qꝛ neſcit iuſtū
domin9 prōcinium criminibus dare.
Pſ. Qui vult cum deo eſſe: frequen
ter dꝫ orare et legē. Quādo ora9 cū
deo loq̄mur: quādo legi9 deus loq̄tur
nobis. Vtrumqꝫ bonū ſi liceat: et ſi

vtrꝫ nõ licet· meliꝰ ẽ orare ꝙ legẽ.
Hoc eſt remediũ eius qui viciorum
temptamẽtis eſtuat: vt quociẽs quolibet
vitio tãgit̃ tociens oracõem fundat:
q2 frequens oracõ ĩpugnacõem vici
oꝝ extĩguit. Caſſiodꝰ. Oratio pura
eſt ꝑ quã ira dñi ſuſpendit̃· venia ꝓ
curat̃· pena refugit̃: pmiorũ largi
tas impetrat̃. Cũ dño loq̃t̃· cũ iudice
fabulat̃: pſente ſibi facit quẽ videre
non preualet: ad penetralia iudicis
admittit̃: et nullꝰ inde reſpuit̃ niſi q̃
in ea tepidus inuenit̃. Ipſa eſt ſua
uiſſima vtus armonie: quãdo vox ↄg
noſcit̃ operibꝰ conſonare. Nã ſi hee
due res diſcrepabili ſibi varietate
diſſenciant· neq̃quã poſſunt pſalmodie
tẽporatã efficere cãtilenã: nec ad au
res dñi venit: qđ ſe mutua contrari
etate confundit. In pãnis vincitur
mũdꝰ. plorãdo ſupat̃ dyabolꝰ: et cũ
mille cohortes ad pugnandũ ſuffici
ũt· oratione viniꝰ pauperis inclinat̃.
Notandũ eſt hic breuiter· q2 om
nes ſancti graciã orationis ſic excel
lentiſſime attollunt: vt omnes defec
tus aliaꝝ vtutum ſiue gratiaꝝ per
eam ſupplere ſoleant: omne conſiliũ.
omnẽ operationem· omnẽ conſũma
tionem· omnẽ inchoationẽ· omnẽ cõ
tinuacõem in ea collocant. Vnde be
atus Ieroꝰ. dt. Egredientes de hoſ
picio armet oratio: regredientibus
de platea occurrat anteq̃ ſeſſio: nec
prius corpuſculum requieſcat ꝙ aĩ
mã paſcat. Itẽ. Caſſiaꝰ in col· pſa.
ac. Hꝰ vſicati oratio. Deꝰ in adiu
torium meũ intẽde· ꝛc̃· in adũſis vt e
ruamur: in pſperis ne extollamur
inceſſabilit̃ fundẽda eſt. Huius vſi
cuĩ meditacõ in ſuo pectore ĩdirupta
voluat̃. Hũc in ope quolibet ſiue miſte
rio vel itinẽ ↄſtitutus decãtarẽ nõ de
ſinas. Hũc et dormiẽs et reſidẽs et
in vlĩis nccitatibꝰ meditare. In hũc
modũ mlta dcã ſanctoꝝ repiũt̃· con
formia ad illđ ſaluatoris. Oꝫ ſemp
orare et nunq̃ deficer̃. Nec tñ ſic itel
ligendũ ẽ· q̃ſi nuq̃ ſit ceſſãdũ· qđ eẽt
ĩpoſſibile: ſꝫ ꝓ ↄtinuacõe ordiata. Vñ
dt btũs Augꝰ. q2 frẽs in egipto cre
bras quidẽ orõẽs hñt: ſꝫ eas tñ bre
uiſſimas et rapti quodãmõ iaculatas:
ne illa vigilant̃ erecta q̃ orãti pluri
mũ nccaria ẽ· ꝑ ꝓductiores moras
euaneſcat atqꝫ ebetet̃ intentio. Hec
praxis orãdi ab ipſa nccitate trahit
radicẽ: et fructũ facit ex liberãlitate
dina. Vnde dat̃ exẽplũ de mendicis:
et de his q̃ ſũt in pꝯiculo mais ↄſtitu
ti ꝗ alia nccitate: q̃ oẽs optie ſciunt
orare. Nullꝰ ergo ab exercitio orõnis
ſaltẽ nccarie ad ſalutem ꝑt ſe legitie
excuſare: ymmo q̃nto aliq̃s paupior
extiterit tãto meliꝰ ſcit mẽdicare. Ad
tutiſſimũ igit̃ ſancte orõnis refugiũ
nos ↄfugere debeꝰ: q̃teꝰ in dño õnis nrã
actio ĩchoet̃ et finiat̃. Legiꝰ ioſue da
uid ꝛc̃ magnos illos viros dei aĩtos
tũc pſpẽ egiſſe qñ dñm ↄſuluerũt: ꝛ
qñ ipſi ĩↄſulto q̃i de ſe ↄfiſi ad opus
exierũt. pene ſemp ꝑdicati ſũt. Non
ẽ ergo ꝑuipendẽdũ hmõi ſtudiũ orõ
nis ↄtinue: q2 verax ẽ filij dei ꝓmiſſio
q̃ dixit: petite ꝛ dabit̃ vobis ꝛc̃. Oĩa ec
cceliaſtica officia ꝛ exercitia ſpũ ſcõ in
ſpirãte cũ oroẽ iſtituta legũt̃ ac fre
q̃ntãt̃. Nichil g° meliꝰ nobis: ꝙ vt ſiꝰ
cotidiaĩ mẽdici dei. Contra temptacões
ↄſciẽ erronee dubietatis vacillacõis.

Paulus· Glia nrã hec ẽ. Caꝛ
teſtĩoniũ ꝯſcĩe nrẽ. Job· 27· Nõ
rep̃hẽdit me coꝛ meũ ĩ cõ vita mea· p̃
Joh· iij· In hoc cognoſci⁹ qm̃ ex veri
tate ſum⁹: et in ꝯſpcũ eius ſuadem⁹
corda nrã: qm̃ ſi rep̃henderit nos coꝛ
nr̃m: maioꝛ ẽ de⁹ corde nrõ et nouit
oĩa. Kmi ſi coꝛ nr̃m nõ rep̃hẽdeꝛit nos:
fiduciã hẽmus ad deũ vt quicq̃d pe
tierimus accipiem⁹ ab eo: qm̃ mãda
ta eius cuſtodi⁹: et ea q̃ ſũt placita
corã eo faci⁹. p̃· Petri· 3º. Saluos fa
cit baptiſma: nõ carnis depoſitio ſoꝛ
diũ: ꝫ ꝯſcĩe bone ĩterrogacõ ĩ deũ· Et
ſeq̃nti ca°. Nemo vrm̃ paciat̃ q̃ſi ho
micida ã fur aĉ· Itaqꝫ et hij q̃ pati
unt̃ ſ̃m volũtatẽ dei: fideli creatori cõ
mẽdãt aĩas ſuas ĩ bñficijs· Aug⁹·
Quid obẽ illi ſi de illa tabula eũ hu
mana vult delẽ ignorãtia: ſi eũdem
de libro viuẽtiũ nũq̃ ꝓpria deleat cõ
ſcĩa. Nã et ſi bonũ q̃d de nobis dr̃ ĩ mẽ
te nõ inueñt̃: magnã dꝫ in nobis triſ
ticiã gn̄are· Et extra. ſi malum q̃d de
nobis dicit̃ in mẽte nõ inueñt̃: ĩ mag
nã debe⁹ leticiã ꝓſilire. Amb̃. Bene ſi
bi ꝯſcius falſis ñ dꝫ moueri ꝯuicijs:
nec eſtĩare plus põdeꝛis ĩ alieno eſſe
cõuicio q̃ in ſuo teſtĩonio. Greg̃. In
oẽ q̃d dr̃ ſemꝑ tacite recurrẽ debem⁹
ad mẽtẽ: ⁊ interioꝛẽ teſtẽ et iudicẽ re
quirẽ· Quid em̃ ꝓdeſt ſi oẽs laudent
et ꝯſcĩa accuſat: aut q̃d poterit obeẽ oẽs
ſi derogẽt ⁊ ſola ꝯſcĩa defendat. Sa
pĩe· xvij· Sẽp p̃ſũt ſeua ꝑt̃bata ꝯ
ſcĩa· Ps̃. Nulla pẽa grauioꝛ pẽa cõſcĩe.
Vis aũt nũq̃ eſſe triſtis: bñ viue. Se
cura mẽs triſticiã leuit̃ ſuſtiet. Bõ vi
ta gaudiũ ſemꝑ hꝫ: ꝯſcĩa aũt rei ſemꝑ
pẽa ẽ ei· Nũq̃ ſecur⁹ ẽ re⁹ aĩ⁹. Mẽs
em̃ mala: cõſcĩe ꝓprijs agitat̃ ſtimu
lis. Hugo· Sub ouĩa pelle: vulpiaꝫ
ꝯſcĩaꝫ abſcõdebã. Vulpia plane ꝯſci
entia. tepida cõuſatio· aĩalis cogita
tio· ficta cõfeſſio: breuis et rara com
pũctio· obĩa ſine deuocõe· orõ ſine in
tẽcõe: lcão ſine edificacõe· ſ̃mo ſñ cir
cũſpcõe. O q̃ dura ſũt m̃ iſta v̄ba q̃
loq̃r: qm̃ meip̃m loq̃ndo ferio. Verũp
tñ q̃ nõ me pc̃oꝛẽ nego ꝫ pc̃m meũ
cognoſco: erit foꝛtaſſe apd̃ deũ pium
iudicẽ ĩpetracõ venie ip̃a recogñcõ cul
pe. Ide. Trãq̃lla ꝯſcĩa ẽ q̃ oĩbus ẽ dul
cis· nulli grauis: vtẽs aĩco ad grãꝫ: ĩni
mico ad paciãꝫ: cũctis ad beniuolẽtiã.
q̃b⁹ p̃t ad bñficẽciã: cui dñs nec ſua
pc̃ta ĩputat· q̃ ñ fecit. nec aliena q̃
nõ approbauit· nec negligentiã q̃
non tacuit: nec ſuperbiam· q̃ in vni
tate ꝑmãſit· Ide· Cõſcĩa bona titul⁹
ẽ religioĩs· tẽplũ ſalomoĩs· ager bñ
dcõis: oꝛtus deliciaꝫ· recliatoriũ au
reũ· gaudiũ ãgeloꝫ: archa federis·
theſaur⁹ regis: aula dei· hĩtaculum
ſpũs ſcĩ: liter ſignatus ⁊ clauſus ⁊
in die iudicij apiẽdus. Caſſ. Quid ac
q̃ri putat̃ vbi bõ ꝯſcĩa ꝑdit̃: aut ĩ q̃ ꝑte
ꝓficiet hõ· ſi ĩnocẽtiã amiſit: Pro ã
plioꝛi ĩtellcũ h⁹ matie de ꝯſcĩa ẽ adũ
tẽdũ: q̃ h̃ ẽ vna mirãbilis difficultas:
cui⁹ tñ p̃ri q̃dã felicit̃ ignorãt. Et ẽ h̃
iux̃ ſiĩaꝫ bĩ aug̃· ſiłe aliq̃d de ſcitã
te et ĩfirmitate coꝛpoꝛãli· Si ei ꝑit⁹
medicus dicat alicui ſcõ hoĩ· ob ſ̃ua
ſtõchũ: ⁊ ille rñdeat. neſcio q̃d eſt ſtõ
ch⁹: iſtaĉ medic⁹ rñdebit. Felix ignorã
tia· Nã ſi aliqñ ſtõchũ doluiſſet: bñ
ſciẽs q̃d ⁊ vbi eẽt ſtõch⁹. Sic ĩ ꝓpoĩto.
q̃ hñt boꝛꝫ ⁊ ſanã ꝯſcĩaꝫ ſinceꝛit ⁊ ſiplicit̃
ãbulãtes ĩ via dñi: vix ſciũt q̃d ſit ꝯſcĩa.

Et ſi q̄s dicat eis. caueto a mala cō
ſcientia: rn̄debūt. Neſcimꝰ quid loq̄
ris: nichil vnq̄ꝫ tale aliquid expti ſu
mus. Sꝫ ille quē cotidie ꝯſcīa affli
git remordet ꝑt̄bat ⁊c̄. bn̄ ſentit aut
potꝰ male: q̄s ſtimulos. q̄s dētes. q̄
flagella. q̄ tonitrua. ſecū ferat ꝯſcīa.
Amputādo igit̄ breuit̄ hec picula v
niūſa. poſſuꝰ dicē: ꝙ ille q̄ cū btō pau
lo aplo ſentit intus teſtiōniū ꝯſciētie
q̄ ī ſimplicitate ⁊ ſinceitate dei ꝯūſa
tꝰ ſit in hoc mūdo: a libent̄ velit obedi
re his q̄ ſpm̄ dei hn̄t. dicēte dn̄o. qui
vos audit me audit: talis nō hꝫ timē
a facie ſerpētis hꝰ mordētis occulte
iccautos: ꝙuis tn̄ n̄ ſtatī libēt̄ ab oī
iquietudīe infna ꝓpt̄ exc̄citiū v̄tutis.
Non em̄ ē oīo bonū ſignū. nullū ſen
tire ſcrupulū ſiue ꝯſcīe remorſū. ſtā
te hoc tā multiplici ꝯcurſu veialiū co
tidie. q̄ merito hoīem bone volūtatis
ꝯſtare debent ſaltē modeāte: ſꝫ ſuffi
cit ꝙ liber ſit a ꝯſcīa pc̄ti mortlis. Hō
ē dicē. ꝙ nullū pc̄m mortle vnq̄ꝫ ꝯmiſit
qd̄ nō ſit ꝯfeſſꝰ q̄ntū ī meōria fueit. ā
libent̄ ꝯfiteri vellet ſi eiꝰ meōriā hr̄et:
cū ꝓpoito emēdandi ac de cetero ca
uēdi ꝑ dictamen diſcreti ꝑlati ſui: ā
alteriꝰ locū ipiꝰ tenētis. Quicūqꝫ ſic
ſtat. hꝫ bonā ꝯſcīaꝫ: ⁊ merito dꝫ eſſe ꝯ
tētus: ꝗꝛ ſi mille ānis flēt ⁊ ieiunaēt
et ſe flagellaret. regulariter loq̄ndo.
etiā n̄ pt̄ ſibi maiorē c̄titudinē daē.
Et vltra velle nīs ipacient̄ cōri. eſſet
noua ſpēs inobie: q̄ facilit̄ ꝑgēt ad
ḡnde illd̄ pc̄m qd̄ ē tēptaē deū. Hic
igit̄ ē finis hꝰ mā ꝑtice loq̄ndo q̄ ad
hoīes bone volūtatis: et in hoc ſatis
hn̄t a pacē bonā ipis ꝓromiſſā. Iā
em̄ nō hn̄t qd̄ vltra faciāt. et iō dn̄s

deꝰ ipoꝝ debitor ē: q̄ opīe nouit nos
nō poſſe ꝓ libitu celos ſcādere. Vez
ꝗꝛ latiſſiā ē mateia hec in ſcriptuis
ſacris et doctoribꝰ ecc̄iaſticis: ideo ſi
voluꝰ eā planiꝰ intelligē oꝫ pauliſꝑ
ab hoc trāquillo portu diſcedē ⁊ ꝑ va
rias tēpeſtates laborioſiꝰ nauigare:
ſꝑ tn̄ cū tali ꝓpoito ꝙ iuuāte dīna ḡ
tia redeaꝰ in idipm̄ hoc ē in eūdē ſince
ritatis et ſimplicitatis ſcē portū. Ali
oquin q̄ longiꝰ euagaēmur: eo picu
loſiꝰ et īfructuoſiꝰ velū oīo deuij ab īte
to fine fruſtraēmur. Magnū eī ꝑui
legiū apd̄ deū ſcā ſimplicitas hꝫ vt
btūs. ḡḡ. dr̄: ꝗꝛ ipē ſimplex ē. ⁊ ſimpli
cibꝰ approxiat. Intrādo igit̄ laboriō
ſū iſtū. occurrit ꝑmo ꝯſiderāre qd̄ ſit
ꝯſcīa in re: 2° q̄lit̄ ſiat: 3° q̄re tā diū
ſa noīa ſortiat̄: 4° q̄s fructꝰ eiꝰ ā pi
culū. Quo ad ꝑmū viz qd̄ ſit ꝯſcīa:
ē dicēdū ꝑ ſcm̄ thōm in ſūma de veri
tate q. 17: ꝙ ꝯſcīa dr̄ a ꝯſcire qd̄ ē ſil
ſciē. Vn̄ et nomē ꝯſcīe ſignificat appli
cacōez ſcīe ad aliq̄d: ⁊ ob hoc ꝯſcīa n̄
ē hitus l' po. ſꝫ ē actꝰ: noiat em̄ ſciām
cū collatione. Vn̄ ꝯſciā dr̄ q̄ſi actual̄
ſciā. Et in hac ſignificacōe ꝯcordāt oiā
q̄ de ꝯſciā dicūt̄. Quelibꝫ em̄ ſcīa ad
aliq̄d applicaī pt̄. Vn̄ ꝯſcīa n̄ pt̄ no
minaē aliquē hitū ſpēalē vel aliq̄m
poꝫ: ſꝫ noiat ipm̄ actū: q̄ ē applicatio
cuiuſcūꝫ habitꝰ vel cuiuſcūꝫ noticie ad aliq̄
actū ꝑticularē. ꝓbat̄ ec̄ iſtd̄ ſic. Nā ꝯ
ſcīa dr̄ excuſaē vel accuſaē: ſꝫ n̄ excu
ſat aliq̄s l' accuſatur n̄ ꝑ ꝙ actu ali
qd̄ ꝯſideāt: g° ꝯſcīa ē actꝰ aliq̄s. Quo
ad ſecūdū viz q̄lit̄ iſte actꝰ ſiu hec ap
plicacō q̄ ꝯſcīa dr̄ ſiat. ē dd̄. ꝑ eūdē vbi
ſup: ꝙ ſꝫ expedit ꝑmit- tere drāꝫ int̄
ſinderiſim. ꝯſcīaꝫ. et liberū arbitrium:

ꝙ quãtū ad aliq̄d dr̄ſit et quãtū ad
aliq̄d ↄueniunt. Sinderiſis nãq3 noī
nat abſolute habitū naturalē ſilꝫ ha
bitum ꝓncipioꝝ: vel noīat ipām pōꝫ
rōis cū tali hītu: et qd̄cūq3 hoꝝ fuerit
nō dr̄t multū: q2 hoc n̄ facit dubitati
onē n̄ cīr̄ noīs ſignificacōeꝫ. Vn̄ ſic hu
mãe aīe ieſt q̄dā hītus nālis q̄ ꝓnci
pia ſpeculatiuaꝝ ſciaꝝ ↄgnoſcit quē
vocā9 itellcū3 ꝓncipioꝝ: ita iipā ē q̄
dā hīt9 nālis ꝓmoꝝ ꝓncipioꝝ opabi
liū. q̄ ſūt vlia ꝓncipia iuris nālis: q̄
hīt9 ad ſinderiſim ptiet: c9 officiū ē re
murmurarē malo ⁊ incliarē ad bonū:
ſic eↄūſo foēs ſp̄ incliat ad malū. Et
hec ſūt duo intima ꝓncipia: ex q̄b9 ori
tur oīs xp̄iana milicia ꝑ ſinglos di
es vſq3 ad finē vite ⁊ toci9 ↄſcīe ſta
tus. Ex iudicio eī ſinderiſ̄ pēdꝫ tō vis
ↄſcīe. ⁊ michil oī9 dr̄t ab ea: q2 iudiciū
ſinderiſ̄ ē oīo vle: ⁊ nūq̄ p̄t peccare l̄
errarē. Iudiciū āt ↄſcīe et liberi arbitrii
ē de hoc pticulari actu: ⁊ p̄nt peccare
vel errarē. Dr̄nt tn̄ in hoc. q2 iudiciū ↄ
ſcīe ↄſiſtit in pura ↄgnīcōe: Iudiciū āt libi
ar: i applicacōe ↄgnīcōis ad affcōeꝫ. Vn̄
p̄t dici. q2 iudiciū ↄſcīe ē iudiciū ↄgni
cōis: ⁊ iudiciū li. ar. ē iudiciū elcōis. Et
ſic pꝫ. quō hec tria ↄueniūt ⁊ dr̄nt. Q°
p̄miſſo. videndū ē iā de illo qd̄ q̄rebat̄:
viꝫ q̄lit̄ iſta applicacō fiet q̄ ↄſcīa dr̄.
Vbi ē aduertēdū ſcd̄m ſ. thōꝫ. q2 applicat̄
aliq̄ noticia ad aliq̄3 actū dupl̄r. Vno°
ſcd̄m q2 ↄſideĩat̄ an act9 ſit l̄ fuerit: Alio°
an act9 ſit rcūs l̄ n̄ rcūs. Et ſcd̄m p̄mū q̄
dē modū applicacōis dicimur hr̄e cō
ſcīaꝫ alic9 act9 i q̄ntū ſci9 illū actū eē
fc̄m l̄ n̄ fc̄m: ſic ē in cōi vſu loq̄ndi. qn̄
dr̄ hoc n̄ ē de ↄſcīa mea fc̄m: i. neſcio l̄
neſciui an h° fc̄m ſit l̄ fuerit. Et ſcd̄m hūc

modū loq̄ndi dr̄ gen̄. 43. Nō ē i ↄſcīēs
nr̄is: q̄s pecūiaꝫ poſuerit in ſaccis. Et
ecci. 7. Scit ↄſcīa tua q2 tu crebro ma
ledixiſti alijs. Et ſcd̄m hoc dr̄ ↄſcīa teſti
ficari aliq̄d ſcd̄m illd̄ rō. 9. teſtimoniū m̄ ꝑ
hibente ↄſcīa mea. Scd̄m aliū vero
modū applicacōis quo noticia appli
cat̄ ad actū. vt ſciat̄ an rcūs ſit ac
tus vel n̄. ecīā vtimur noīe ↄſcīe: ⁊ h°
dupliciter: q2 aliq̄n̄ cōſcīa applicat̄ ad
actū vt diges i ipm: ⁊ ſcd̄m hoc dr̄ ↄſcīa i
ſtigarē l̄ inducē l̄ litigarē. l̄ ſollicitarē. A
lio° applicat̄ cōſcīa ad actū ꝑ modū
examīacōis eoꝝ q̄ iā acta ſūt. an ſint
rcā l̄ n̄: Et ſic dr̄ ↄſcīa accuſarē vel re
mordere. defendē vel excuſarē: ſcd̄m q2 ſe
ſe hꝫ ſic vel aliter: ad vel ↄt̄ dcām ↄſcīe.
Vt meli9 itelligat̄. dicūt. doc. q2 i hac
materia ē ꝓcedēdū ſic in arte ſilogiſ
ticali: in q̄ ſūt tres ꝓpōes: ſ. maior. mi
nor et ↄcluſio. Per ↄſcīam eīn appli
cat̄ noticia ſinderiſ̄ ⁊ racōis ad actū
pticularē examīandū. Verbi grā. Sī
deriſis dr̄t. Nichil ꝓhibitū lege dīna. fa
ciendū ē. Ratio ſubſūit. Cōcubit9 cū
hac femina eſt ꝓhibit9 lege diuina.
Cōſcīētia ↄcludit. ergo ab hoc cōcu
bitu ē abſtinēdū: ⁊ ſic de alijs. Sic
eīn cōſcīētia ꝑficit̄ q̄ſi q̄dā ſilogiſmo
pticulari: in q̄ tn̄ adhuc abſolute lo
q̄ndo nullū pc̄m eſt: q2 vt aug9. dr̄.
volūtas eſt q̄ peccat̄ ⁊ rcē viuit̄. To
tū ergo pōd9 meriti et demeriti in volū
tate ē: q̄ dn̄a actuū ſuoꝝ dr̄. Oportet
ergo p9 h9 moī ſilogiſmū ↄcurrē libe
rū arbitriū: ſi h9 moī act9 ſiue applica
tio debeat dici moralit̄ bō l̄ mala. Et ſiq̄
dē ↄſenſerit li. ar. ipi ↄſcīe. tūc dr̄ ↄſcīa
bōa: ſi diſſentiat. tūc dr̄ mala. Non q2
bonitas vel malicia ſit formaliter i ↄſcīa:

ſꝫ qꝛ ꝑ ꝯſciam exaīante vtraqꝫ cog-
noſcit̄. Simili mō dr̄ ꝯſcīa coīnq̄na-
ta vel mūda. nō q inq̄natio ſit ī ꝯſcīa
ſicͭ in ſubiecto: ſꝫ ē in ea ſicͭ in cogīcōe.
Dr em̄ aliq̄s hr̄e ꝯſciaꝫ īq̄natā: q̄n a-
liau9 inq̄nacōis ſibi ē ꝯſcius. Et q̄n
ab illa mūdat̄ dr̄ ꝯſcīa pura: q̄ſi nl'-
li9 mali ſibi ꝯſcia. Eſt igit̄ eadē ꝯſcīa
q̄ pͥus imūda ⁊ poſtea mūda dr̄: licꝫ
nō ſit idē act9 numero q̄ pͥus ſciebat
ſe eē q̄s imūdū. et p9 ſcit ſe eſſe mūdum.
Ex his facile iā pꝫ rn̄ſio ad terciū. q̄
q̄rebat̄ q̄re ꝯſcīa tā diūſa noīa ſorti-
at̄: qꝛ cū ꝯſciā dicat̄ q̄ſi cū alio ſciētia.
ſcit em̄ hō ſe ⁊ ec̄ dei volūtate ad q̄ſe
exaīat: ideo q̄lis ē hō talis ē ⁊ ꝯſcīa
ſua. Hinc vī pꝑā ſimplices ⁊ māſue-
ti dicūt̄ hr̄e ꝯſcīaꝫ trāq̄llā. ſincerā. pa-
catā. ſerenā. ꝯſtātē. rc̄āꝫ. bonā. illūi-
natā: Paudi. cioātā. ſcrupuloſam
iq̄etā. īfirmā: Peruſi. malā. īq̄natā
ꝑtbatā. litigioſam. remordētē. cau-
teriatā. ſeuā. vulpinā. fictā. Et ita cō-
ſequent̄ de alijs ſū vicijs ſū v̄tutib9
inueniūt̄ noīa apta ꝑ ſignificāda hoī-
nis interna diſpoē: c9 infallibilis teſ-
tis ē ꝯſcīa. Et ita poſſibile ē q nōnū-
q̄ in vno hoīe ꝑ varietate ḡciaꝝ ꝗ
viciorꝝ decies ꝗ vicies vel āpli9 vai-
et̄ cotidie ipi9 ꝯſcīe appellacō. Vene-
rabilis cācellari9 gerſon. reducit oēm
ꝯſcīaꝫ ad q̄tuor mēbra. Quia ꝗ ē bo-
na ꝗ ē mala: et q̄libet hꝫ duo: qꝛ ꝗ eſt
trāq̄lla ꝗ ꝑbata. Prima eſt bona ⁊
trāq̄lla: et hec ē illi9 qui pc̄ta p̄terita
pūit: et ꝯmittēda diligenter refugit.
Secūda eſt bona ſꝫ turbata: q̄ ſe la-
uat nō cū in dulcedīe ſꝫ in amaritu-
dine: cū iſta eſt domin9 in tribulati-
one. Tercia eſt ꝯſcīa mala et turba-
ta: que minus timet dei offenſam q̄
peccati infamiā. Quarta eſt mala
et trāquilla: ac per hoc ſūme pericu-
loſa. Iſta nō timet deum offendere:
nec hōminē veretur ſcandaliſare.
Et qꝛ in ꝓfundū peccatoꝝ venit. cō-
tempnit: videlicet omne documētum
aut conſiliū boni, de illis: qꝛ michil eſt
in quo in tātū ꝓuocetur vindicta iu-
dicis: ſicut cū ſecuritate peccare et nō
ceſſare a peccatis. Ver in his poci9
ſecūdū ſanctū thōm. conſciencia mor-
tua eſt. Quo ad quartū. quo quere-
bat̄ quis ſit fruct9 ꝯſcīe ꝗ periculū
ipſi9: Dicēdū q ſi bene regulat̄ tunc
multiplicit̄ ē vtilitas eius: nec q̄d q̄
eſt ea iocūdi9 in hac vita. Et ecōtra.
ſi negligit̄. tunc michil piculoſi9 mich
ilqꝫ moleſtius ſentit̄: de quo ſup̄ ali-
quid dictū ē. Valet nichilomin9 bene
regulata conſcīa p̄cipue ad duo. Pri-
mo ad remouēdū īpedimēta gratie:
qꝛ turbulenta et ſcrupuloſa conſcīa
maxīe īpedit mentē et deicit per īmor-
diatā triſticiā: ne ḡcia bene vtat̄. Et hꝫ
hec tēptacō vnā ſingularē maledic-
tiōeꝫ ānexā: viꝫ q ſubtrahit ſe a me-
dijs illis q̄ pn̄t eā curare. Nā cetē tēp-
tacōes ꝯfugiūt ad ḡciā. hec a ḡcia ſe
elongat. et per ꝯn̄s nulla ē vtilitas
in ea: ſicut dr̄. Eccī. 30. Multos occi-
dit triſticia: ⁊ nō ē vtilitas in illa. Vn̄
ſemꝑ conari dꝫ ſeruus dei. vt letan̄
incedat in via dn̄i et bene de ipō ſen-
tiat: qꝛ bon9 ē. nec vmq̄ captioſe egit
cū his q̄ cupiūt placere ſibi. Secūdo
valet trāq̄lla cōſcīa ad impetrādū
a deo q̄dquid iuſte poterit deſiderari:
ſꝫ illd. ꝑ Ioh. iij°. Kariſſimi ſi cor nr̄m
nō repͥhēderit nos: fiduciā hēmus ad

deũ.vt q̄cquid peciẽmus accipie⁹ ab
eo. Et p̄s°.6ı. Iniquitatē ſi aſpexi
in corde meo:glō.i.ſi dilexi.n̄ exau
diet dn̄s. Et ſequit̄ ꝓpterea:glō.ꝙ
nō aſpexi exaudiuit de⁹:et attēdit
voci dep̄cacōis mee/glō. Nō aſpiciē
do iniquitatē.p puritas oracōis exau
dit̄. Vel ꝙ nō opus ſanis medicus
ꝫ male habentib⁹:ideo de cōſciā infir
ma eſt ħ aliq̄d lacius apponēdum.
Dicit̄ autē cōſciā infirma in hoībus
bone volūtatis eſſe ꝓpter duo.ſciꝫ ꝓp
ter modicitatē ſāe.de q̄ dr̄.p̄ ad cor.
8. Paciētes cōſciam eoꝝ ïfirmā.ſcilꝫ
nouit cōuſoꝝ ad fidē:q̄ faciliter pote
rāt recidiuiai in errorē p̄ſtinū.putā
do aliq̄d d̄initatis eē ī idolis. Et hec
infirmitas ſurgit ex defcū v̄tutū in
tellectualiū. Secūdo ex diſpōe n̄ali
um ꝯſciā reddit̄ infirma: ſicut patꝫ
in his q̄ ſūt n̄aliter nīs aīoſi vel au
daces:ꝙ tales ſūt cōit̄ nīs late ꝯſciē:
et p ꝯn̄s ꝑ v̄tūm gg̅.facile ꝓſternūt̄
et in varia pcc̄a ruūt. Siliter ⁊ qui
ſūt n̄aliter nīs meticuloſi. anxij vel
pauidi:ꝙ cōiter tales ſūt nīs ſtricte
ꝯſciē.et p ꝯn̄s a multis opibus bo
nis ētrahunt̄:et crebro in ḡuiſſima
picula mortlis triſticie ꝓlabūt̄. Silit̄
de icōſtātib⁹ p̄t exēplificari:ꝙ tales
hn̄t ꝯſciaꝫ inq̄etā: q̄ oī vētō doctrine
circūfert̄. Ita duri pc̄iacem. Doloſi
vulpinā: ⁊ ſic de alijs ꝓ vt tactū eſt
aliq̄lit̄ ſup̄. Et hec infirmitas ſur
git ex defectu v̄tutū moraliū:qn̄ viꝫ
paſſiones nōdū ſūt bn̄ refor̄te p ipſ
ſiones eaꝝdē v̄tutū moraliū. Nec la
tet quin āntiquus hoſtis q̄ vt Leo pa
pa dt.diligētiſſime ſcrutat̄ mores ⁊
naturas ſinguloꝝ:ſe huic negocio ī

miſceat occulte:vt q̄mlibet ad p̄cipi
ciū abducat:ſicut eciā in alijs tēpta
tionibus facere ſolet. Et ſic patet ꝙ
ſeruus dei ab his extremitatibus ſe
cauere debet et ſemp ad medium ni
ti.vt ſcilicet nō nimis laxus ſit aut
nimis ſtrictus in conſciētia:ꝫ ratio
nabiliter diſcutē ſtatū mētis ſue.et
ita rē p̄ſareſicuti eſt. Extrema em̄
ſemp viciosa ſūt in omni mateia mo
rali. Nec ħ opus ē diuci⁹ tractare de
illa ꝯſciā q̄ ex certiſſimis ꝓcedit.⁊ ō
niū ſp̄ualiū viroꝝ iudicio approba
tur.vbi nulla dubitacō oriri p̄t:ꝫ de
illa q̄ indēnt̄ ſic vel alit̄ ſe hꝫ:qn̄ ſciꝫ
hoc reſpcū illd meli⁹. et alio r̄ſpectu
alid meli⁹ forte appaēt.et ſic de alijs.
Pro q̄ eſt adūtēdū.ꝙ duplex ē cā q̄
re ſcā ꝯſulūt ꝙ nēo ī talib⁹ dubioſis
negocijs dꝫ ſibijpſi ꝯſidere:ā cito ſibi
ꝯſciam facere.ſiue diffinire.ſic ā alit̄
ꝓcedēdum. Prima ē ꝓpter incertitu
dinē:ꝙ ꝯſcia ē iudicatoriū deuiabi
le.et p̄t errare:et freq̄nci⁹ errat. eo
ꝙ incerte ſūt ꝓuidētie nr̄e:ſicut cre
bro exēplificat dn̄s in euāgelio:ſciꝫ
Io.16. Venit hora.vt omnis qui int̄
ficit vos arbitret̄ ſe obſequiū p̄ſtaē
deo. Et Mat.xv:vbi apte rep̄hēdit
errorē phariſeoꝝ:ꝓponētiū dictamē
cōſciētie ſue p̄ceptis dei ꝓpter tradi
ciones ſenioꝝ. Siliter et Mat̄.vij.
Plenī⁹ tn̄ apl̄s.hāc materiā in epl̄a
ad rō.deducit:et expoſitoēs deſuper
multa ſcripſerūt. Ait em̄ in capitulo
x. Teſtiomū ei phibeo illis.i.iudeis
ꝙ emlacōeꝫ q̄dē dei hn̄t:ꝫ n̄ ꝑ ſcāꝫ. Et
ſi aliq̄s q̄rēt cāꝫ ſubdit. Ignorātes ei
dei iuſticiā ⁊ ſuā volētes ſtatuē.iuſti
cie dei n̄ ſūt ſubiā. Silit̄ ⁊ galatas

rep̄hendit. q̄ nō ex aīoſitate ſ ex ſu-
pfluo tiore errabāt: putantes neīnē
abſqꝫ circūſciſione poſſe ſaluai. Et ē
in epiſtolis eiꝰ maior narratio de ꝯ-
ſcīētia: ꝙ̄ in oībꝰ alijs ſcripturis ſācs
tā noui ꝙ̄ veteris teſtam̄ti. Vn̄ ꝯclu-
dit ſcūs thōs. v̄. ſup̄: ꝙ ꝯſcīa nō ē p̄-
ma regula hūanoꝝ opꝰ: qꝛ nō habet
īdeficientē rectitudinē ſic ſindeꝛiſ. Erer-
go magiſ ipſa ſindeꝛiſ hāc p̄rogatiam
hꝫ ꝙ ē īdeuiabilis: ꝯſcīa āt ē q̄ſi regu-
la regulata: et iō nō ē miꝝ ſi error in
ea accidat. Ex q̄ ec̄ ſeq̄t̄. ꝙ iſte error
nō excuſat: qꝛ nō ē fcā ſ iuris vel ſāe
veritatis: quā q̄s tet̄ ſcīe āīq̄rē ab his
q̄ informare ip̄m p̄nt ⁊ in agēdis di-
rigē. Illd̓ q̄ꝫ qd̓ dr̄. p̄thi. i. Caritas ē
finis p̄cepti de corde puo et ꝯſcīā bōā
et fide n̄ ficta. ſic dꝫ itelligi: ꝙ ſpes il-
la q̄ ſup ꝯſcīaꝫ rcāꝫ fundat̄ c̄titudi-
nem hꝫ: ⁊ hec ē ḡtuita. Spes āt q̄ ſu-
per erroneā ꝯſciam fundat̄ ē illa de
q̄ dr̄: ſpes ipioꝝ pibit. Glō. em̄ ibi dr̄:
ꝙ ꝯſcīā poīt̄ h̄ p ſpe. Et ſubdit. Ille ſe
ad id qd̓ diligit p̄uētuꝝ eſſe deſpeāt:
cui male ꝯſcīe ſcrupulꝰ īeſt. Ille em̄
ſpeāt: q̄ bonā ꝯſciaꝫ gerit. Quē vero
pūgit mala ꝯſcīa: recedit ſe a ſpe. Hoc
eſt dicē: ꝙ ille q̄ veracit̄ ſcit ſe pecca-
torē et nō vult ſe emēdare: ille certi-
tudinē habet a ꝓpria conſcientia ꝙ
dāpnādus eſt. Econtra qui veracit̄
ſcit ſe bene viuere. ſpē habet certam:
et teſtimoniū bonū a ꝯſcīētia ſua de
ſaluatione. Sed ex hoc nō poteſt cō-
cludi ꝙ conſciencia nūq̄ poſſit erra-
re: qꝛ pluā occurr̄t hoi q̄ difficultatē
hn̄t ānexā. tā in iuditio diſcretionis
q̄ electionis: q̄re ecīā btūs bnardꝰ dr̄.
ꝙ nemo ꝯſcīē ſue credē dꝫ: n̄ opīo bo-

noꝝ viroꝝ approbet eam. Nō ē: qꝛ cō-
ſcīēcia fort̄ in hōibꝰ paſſioātis ꝑ af-
fectionē: ⁊ facilit̄ adhēmꝰ illis q̄ nob̄
placēt. licētqꝫ ꝑnūciaꝰ illa vera eſſe
q̄ nobis animꝰ ſuggerit: ſic apte ſcrip-
tura dr̄. Sapiēs videt̄ ſibi vir di-
ues: ⁊c̄. Itē. Gloriat̄ hō in ꝑmoē oīs
ſui. Itē. Vidiſti hoīeꝫ videri ſibi ſapien-
tē: ⁊c̄. Certiſſiē ergo tenendū eſt: ꝙ
licꝫ ꝯſcientia ī q̄buſdā notiſſimis er-
rare nō poſſit: tn̄ in his q̄ in dubiū ve-
nire poſſūt crebro errat: et rarꝰ val-
de eſt q̄ nullus qui in talibus ſibiīp-
ſi ſufficiat. Hinc rurſū ſcriptura ait.
Fili ne innitaris prudentie tue. Et
iterū. Ubi multa conſilia ibi plurima
ſalus: ⁊ cū ſimilibus alijs ſine nume-
ro. Sed redeundo ad materiā prin-
cipalem. qualiter ſcilicet error in cō-
ſcientia accidere poſſit ex parte rati-
onis eſt ſciendū ſm eundē doctorem
ſanctum vbi ſup̄: ꝙ qꝛ ꝯſcientia nic-
hil aliud ē q̄ applicacō ſcīe ad aliq̄ꝫ
ſpeālē actū: iō duplicit̄ p̄t ī ea error
ꝯtigē: vnoº q̄n id qd̓ applicat̄ ī ſe er-
rorē hꝫ: alioº ex eo ꝙ nō rcē applica-
tur. Sicut in ſilogiſando contigit pccām
dupliciť: vnoº. ex eo ꝙ aliq̄s falſ v-
tit̄: vel ex eo ꝙ non rcē ſilogiſat. De
p̄mo dat̄ tale exēplū. Omne qd̓ eſt
ꝓhibitū lege diuina non eſt faciēdū:
ſ vt heretici credunt. Iuramētū eſt
ꝓhibitū lege diuina: ergo nulloº eſt
iurandū. Hec cōſcīa eſt erronea: qꝛ
minor eſt falſa. De ſecūdo ſic exem-
plificatur. Dicit apd̓ ſe aliq̄s homo
bone volūtatis. Sup omnia deo eſt
obediendū. Sꝫ deꝰ p̄cipit ſemper orā-
dū: ergo nūq̄ ē dormiēdū: eo ꝙ ſop-
nꝰ oracōeꝫ intcipit. Hec ꝯſcientia eſt

erronea: qꝛ licet ſingule ꝓpoēs ſint
veᷓ ſciꝫ maior et mīor· tn̄ indebite ſibi
applicāť: eo qꝫ ꝯtinuatio oracōis ta
lis nō cadit ſub p̄cepto: ſꝫ oꝫ in ea cō
currere ſingulas circūſtātias ad v
tutis actū ꝑtinentes· Similiť et in a
lijs ē ꝓcedendū: q̄ cotidie occurrunt·
De modo aūt ſe hn̄di in hꝰcemodi con
ſciā erronea· hoc ē tenēdū ꝓ ſalubri
mo remedio: qꝫ a ſapiēte ē q̄rēdū cō
ſiliū ⁊ inforcō ꝑ ſmatie exigētiā. Et qꝫ
cito rō inforta fuerit de vitate. dꝫ ſeip
ſam arguē de hoc qꝫ indebite ꝓceſſit
⁊ ipi ꝯſcie occaſionē errādi p̄buerit:
et ſtati ꝯſciaꝫ deponē· abicere· et cō
tēpnē: ſicut vetulā edētulā deridē ſole
mus q̄ ſecū fabulādo cū ꝓprias voces
nō intelligat· eciā a nullo inforri ſe
ꝑmittit· Secūda cauſa. q̄re ſā doc
dicit abſtinēdū ab hꝰmodi ꝓmitate
faciēdi ſibi ꝯſciaꝫ ē. qꝛ ꝯſcia ligat ad
faciēdū hoc qᷓ dictat ꝗ nō faciēdum
ſub pcāpcti mortlis vel venialis: ſꝫ qꝫ
mortliter vel venialiter iudicatū ē ab
ea hoc faciēdū vel nō faciendū· Iſtd
originaliť ꝓbať ex caᵒ ix· ad rō: vbi
aplſ· dt. Btūs q̄ nō iudicat ſemetip
ſū in eo qᷓ ꝓbat· Qui aūt diſcernit. ſi
māducaueit dāpnatus ē: glō. Illum
ꝓprio iudicio cēſet fore dāpnādū: q̄
qᷓ dicit ſe n̄ debere facē facit· Oē igiť
qᷓ ad ꝯſciaꝫ ꝑtiet ſi aliť fiat aplſ dt
eſſe pctm̄: eciam ſi bonū ē qᷓ taliť cō
tra ꝯſciāꝫ fit· Verbi grā· Si q̄s ta
lem hꝫ ꝯſc̄iaꝫ erroneā· qꝫ dare eleo
ſinam ſit mortle pctm̄: tūc durāte illa
ꝯſc̄ia ligatus eſt: et ſi eleoſinā alicui
dederit mortliter peccat· Sciendū qꝫ
hic ē vna nōbilis difficultas: quā ꝓ
vt clariꝰ potuero hꝫ ānotare inuāte

deo conatbor· Et p̄mo ē certiſſime te
nendū: qꝫ ꝯſc̄ia ſupra ſꝫ oēm ſui plei
tudīeꝫ ſupiꝰ deſcriptā tūc ſemꝑ ligat.
ſiue rcā ſit ſiue erronea· Dicit̄ nāqꝫ
ꝯſc̄ia erronea r̄ſpectu veritatis a q̄
deuiat· nō reſpctu ſui: taliter viꝫ qꝫ
ſciat ſe eſſe erroneā· ꝗ putet ſe n̄ rcē
ꝓcedere. ymo putat ſe omnino rctiſ
ſimā: et ergo ligat· Quomodo autē
liget dt doc. ſcūs. vbi ſupra: qꝫ hꝫ eſt
q̄dam ſiliťudo aſſumpta a corporali
bꝰ ad ſpūalia· Qui em̄ ligatus ē. ne
ceſſitatē hꝫ ꝯſiſtendi in loco vbi liga
tus eſt: nec p̄t ſe aliunde diuťere· Et
nemo ligať hoc modo: n̄ a potētioi ſe.
Nec quiſqꝫ ſentit huiuſmodi ligatio
nis vinculū: n̄ per cōtactū· Ita et in
ꝓpoſito eſt imaginandū· Nam vin
culū ſpūale eſt p̄ceptū dīnū· qᷓ mtē
tāgit ꝑ ſc̄iam: cuiꝰ ſc̄ie applicatio ad
actū efficit ꝯſciaꝫ: ꝯſc̄ia aūt cōſiderās
deū potētiorē ſe ac digniorē· ſtati ꝓ
fert ſn̄iaꝫ. qꝫ illi quo ad hūc actū ſit
obediendū· Qua ſn̄ia ꝓlata iam vo
lūtas ligata eſt: nec aliquid facere
poteſt ſine pctō. Et ſic pꝫ qꝫ cōſciētia
nō ligat ex auctoritate ſua· ſꝫ ex vi
p̄cepti diuini: ſiue hoc p̄ceptū ſit rcē
intellectum ſiue nō· Et poteſt hic ad
duci exemplū ſenſibile ꝓpter ſimpli
ces: qui forte nō poſſunt faciliter ca
pere quomodo eč cōſcientia erronea
liget· Aliq̄s ꝑnceps dat tale māda
tum vt cuncti ſubditi ſui ſcire ſtude
ant leges quas ipſe tradidit· et e
as obſeruent· ſub pena tali· ⁊c̄· Cō
tingit ꝓinde quēpiam de ſubditis ve
nire ad faciem principis· aut offici
alium ſuorum: et dicere· Scio o pn̄
ceps qꝫ hoc ⁊ illᷓ ſtatuiſti: nō ignorando

videlꝫ aliq̃ꝓ legē quã ſtatuit vel forte
reprobauit: et licet plene m̄ ꝯſcius
ſim ꝙ ita ſtatuiſti et obedire debeã:
tamē nō curo nec facē intēdo ⁊c̄. Et
te ait prīceps iam dupliciť peccaſti.
Nã leges meas ignoras. ꝙ hoc nō
ſtatui: et vltra hoc inobedientē te oſ
tēdis: qñ apte dicis te nō curaē de le
gib9 meis. Vñ iam ãpli9 te puniã: ꝙ
ſi illã legē q̃ſi meã ꝑ errorē ſeruaſſes.
⁊c̄. Dicit̄ eciã notãter ꝯſcīa ſupta ſcḋm
omnē plenitudinē ſupi9 deſcriptam:
ꝓpter ſcrupulos inq̃etãtes ſiue im-
pediētes animũ q̃ tñ ñ obligãt: eo ꝙ
h9modi ſcrupuloſa vacillacio vōis
nō ꝯſtituit plenã firmitatē ꝯſcie. vt ĩ
fra dicet̄. Bonauētura ſup 2° ſniaꝝ
diſ. 39. talē hꝫ modũ loq̄ndi: ꝙ ꝯſcīa
tripliciť aliq̄d dicit faciēdũ: ſcꝫ q̃ ſcḋm
legē dei et hec obligat ſimpliciť: q̃ pᵗ
legē dei et hec ligat q̃ꝺ diu manet: vt
ſi dictat ꝙ neceſſariũ ē ad ſalutē feſ
tucã de terra leuare. q̃ ꝯtra legē dei.
et hec nō ligat ad faciēdũ vel nō fa-
ciendũ. ſꝫ ligat ad ſe deponēdũ: ꝙ ta
lis ꝯſcīa ponit hōiẽ ext̄ ſtatũ ſalutis:
ꝙ ſiue faciat ſiue nō faciat mortaliter
peccat: et ergo dꝫ ſimpliciť depoī ſi ꝑ
ſe pt̄. Et ſi neſcit ꝑ ſe de illa iudicare
ꝓ eo ꝙ neſcit legē dei. dꝫ ſapiētiores
ꝯſulē: vel ꝑ orationē ad deũ ſe ꝯuꝛtē.
Patet eciã ꝙ plus ſtandũ ē p̄cepto
p̄lati q̃ꝫ ꝯſcīe maxime qñ p̄lat9 p̄ci-
pit qḋ pt̄ et dꝫ p̄cipere. Prelat9 nãꝫ
eſt vicari9 dei: et ꝯſcīa eſt velut p̄co
dei. Sic patet illud. Hic colligitur
ſcḋm dicta ſcōꝝ ꝯformit̄: ꝙ ꝓpt̄ huiuſ-
modi ꝑicula cauēda dꝫ vnuſquiſqꝫ
ꝓuid9 eſſe. ne ſua cõſcīa p̄ceps va-
dat more viatoris ſtulti: q̃ crebro q̃
errat a via. q̃ ſe inutiliť fatigat. q̃ etiã
in manus hoſtiũ ruit. Sꝫ poci9 ipa
ꝯſcīa dꝫ incedere prudēť ꝑ modũ cõſi
liacõis non ſolũ in cauēdis malis ſꝫ
eciã in faciēdis bonis: ꝙ vbiꝫ diſcre-
tio nc̄cāria ē: ſtãte tãta difficultate
dubitũ in hac fragili carne. Vñ glõ.
ſupi9 allegata dt̄. ꝙ fides nr̄a vult
ꝙ hō agat hoc qḋ bene intelligit eſſe
agēdũ: ꝙ vt apl's dicit. omne qḋ nō
eſt ex fide pc̄tm ē. Deliberet igiť bene.
nec preceps nec ꝑtinax ſit: et iuxt̄ p̄-
ceptũ legis et ꝓphetaꝝ et euangelij
ac toci9 ſcripture audiat humiliť mai-
ores ſuos ac orationi inſtãt: et tunc
bene ſecurus erit ab h9modi ꝑiculis
ꝯſciencie. et a cũctis formidalibus
ſentēcijs patꝝ: q̃ nimiꝝ merito terrē
debēt animã durã ac deuiã. Quicq̄d
eñi fit ꝯtra ꝯſcīam: edificat ad iehē-
nam. Et glõ. Ecci. A. Conſciencia iu-
dex eſt: q̃ neō nocēs abſoluit̄. Ipſa
eciã dr̄ in iudicio diuino teſtis infalli-
bilis: vꝫ rō. 12. Ipſa tribunal ipa ↄ̄-
mis. ipa flagellũ. ipa exactrix. ipſa
tortrix. carnif̄. purgatoriũ: et tandē
ipa penalis tortura. ſeuaqꝫ vindcã
dicit̄. q̃ ipſi iehenne ꝯpat̄. Qḋ igiť
nc̄cē ē. vt hō bōe voluntatis hijs ꝑplex-
itatib9 ſe ꝯmittat. vbi modica q̃ nul-
la vtilitas: ſꝫ ꝑiculũ infinitũ ac pſe-
uerãs afflictio repit̄. Heu q̃ꝫ pluri-
mi hic decipiũt: ꝓmpte ac faciliť nīs
ſe ꝑiculo exponentes: nulla nc̄citate
coacti. nulla ꝯſultacione p̄hita. Dicunt
eñi hoc m̄ dictat ꝯſciēcia: ego illã de-
ponē nec poſſũ nec volo. Rurſũ ſi obe-
dire in indr̄entib9 iubentur. vbi ali-
as nulla excuſatio occurrit: illico rñ-
dēt. Cõſcīa mea ligat me ad oppoſitũ:

cui ꝯtraire mortiferū ē. Adhuc nulli
grāe dei inopes sic desipiūt· vt menti
ant̄ se hr̄e ꝯsciaȝ q̄ n̄ hn̄t· imo ꝯtra-
dicēte in occulto ac remordēte ꝯsciā·
audact̄ hoc excusacōis titulo ad illi-
cita ꝓcedūt. Quid mirꝫ si tales ad in
extricabilē ꝑplexitatē irato ipsis deo
ꝑueniant· Oēs hij ꝯpant̄ iudeis: olī
tēptātib⁹ deū in deserto. Ubi eīn magi̅s ti
mē debeēt ibi ampli⁹ insultāt. Possꝫ
h̄ adduci mā illa de t̄plici grauitate
pcc̄oꝝ. q̄lit̄ q̄dam peccant in prēm· ex
fragilitate· q̄dam in filiū ex ignorā
tia· q̄dam in sp̄m scūȝ ex malicia· ꝫ
grā diuitatis oīto. Applica si placet:
et inueīes illos ceteris deteriores· q̄ ꝯt̄
sciaȝ in ꝯsciaȝ peccant· ꝛc̄· Vexꝫ q̄ q̄-
dam dicūt se nō posse deponere erro-
neam ꝯsciaȝ omnino friuolū est: nec
habet locū in viatore. cui semp grā
ꝑsto est si faciat qd̄ in se est. Hoc sic
ꝓbat̄· q̄ cū de⁹ nichil p̄cipiat impos-
sibile· ꝛ cū sub p̄cepto cadat ab er-
rore discedere· ig̊ deponere sū abicere
errorē est possibile· Ex q̄ seq̄t̄· q̄ ho
mines bone volūtatis n̄ pl⁹ crere dꝫ
ista auctoritas cōissima· q̄cq̄d fit cō-
tra ꝯsciaȝ edificat ad iehennam· q̄
si diceret̄· q̄cq̄d cadit in ignem ꝯbuē
t̄. Aut q̄cūqȝ p̄cipitat se in fluṁ sub
mergetur· Omnia enim ista verita-
tem habent condicionatam: s̄m arbi
trium voluntatis· Bona eīn volun-
tas pertinaciā nescit: licȝ qn̄qȝ errorē
paciat̄· Et sci⁹ q̄ error n̄ sūt hr̄eticū
ꝫ ꝑtinacia: et ꝯtra errorē sufficiēs re
mediū hr̄e p̄t si voluit. Sequit̄ ec̄ q̄
religiosus· ā quicūqȝ ali⁹ obiciat⁹. s̄m
ꝯdicōeȝ ꝓmissi sui n̄ p̄t se excusaē ab
obīa ꝓpter ꝯsciaȝ erroneā: q̄ p̄t ꝛ de-
bet talem ꝯsciaȝ deponē: q̄ in licitis ꝛ
honestis suo obuiat voto vel ꝓmisso.
Concludit̄ facile ex p̄missis q̄ neqȝ
iudei· neqȝ pagani· neqȝ xp̄iani· sim
pliciter loq̄ndo sūt ꝑplexi: n̄ volentes.
Ratio iā dcā est: q̄ si fecerūt qd̄ in se
est meret̄ graȝ: q̄ adepta: liberat̄ ab
omni ꝑiculo mortlis delicti· Sȝ si vo-
luerūt ꝑtinaciter in sua infidelitate ꝑ-
manē: tūc nō ē mirꝫ q̄ fiāt ꝑplexi· ita
q̄ pccā vitare nō p̄nt· Hoc modo iu
deus circūscidēdo puerꝫ suū mortliter
peccat· q̄ nō ex fide· Siliter si nō cir
cūscidit mortliter peccat· q̄ facit ꝯtra
conscientiā· ꝛ sic de alijs· Nec q̄mq̄m
debet in his ꝑturbare honesta et le-
galis vita infideliū. q̄si ob hoc securi
sint· q̄ vt glō· ad rō· 1ꝯ· dē: Ubi deē
agnitio et̄ne ꝛ incōmutabilis verita
tis: falsa virtus est eciā in optimis
moribus· Et ad hebre· xi· dicit ap⁹:
q̄ sine fide impossibile ē placere deo.
Et ipse idē ap⁹: optimū exemplū est
in re hac· Nam vt glosa innuit gal·
p̊ conscientia sua hoc sibi dictabat
q̄ deberet ꝑsequi xp̄ianos: ꝛ tamen
dicit se peccasse: licet hoc tunc ꝓpter
infidelitatē videre non poterat· Nec
excusabat eum ignorantia ex toto:
q̄ ex vitio superbie radicem traxit·
Tandem conuersus humiliter oīa
recognouit: et plus omnibus de hac
mā scripsit: cautos auisando de multi
plici ꝑiculo qd̄ in his latet. Et est re
uera bene res mirābilis: q̄ dissone a
pud impitos sonet ista ꝓpō· Paul⁹
mortlit̄ peccasset: si stephanū nō lapi-
dasset· Itē· cayphas eternā damp-
nationem meruisset: si xp̄m nō occi-
disset· Et vtiqȝ sic est: stāte ꝯscientia

tali· Quis aū paulū has latētes ve
ritates eduxit ī publicū? Sz ꝓpter
nimiā ſubtilitatē ceſſante nēcitate
nō ē fatigād⁹ audit⁹ ſimpliciū ī tali
b⁹. q2 facili⁹ pt ſcādalū ꝗ piculū eue
nire ꝙ̄ vtilitas ipoꝝ vel edificacō· Il
lō eciā qđ obici lꝫ ſolet de pharaōe·
eſau· ahab· et ꝗb⁹daz alijs p̄ſcitis.
ꝗ ꝓplexi et indurati et derelicti fue
rūt a grā. n̄ ipedit. eo ꝙ ſic̄ ꝑuilegia
paucoꝝ nō faciūt cōem legē: ſic nec
maledcō ꝗꝛdā adhuc ī carne viuē
tiū obeē poterit cōi ſaluti ſaluādorū·
Illi eī aū mortē ꝑpē maliciā ſuā ſen
tēciā dāpnacōis meruerāt. ⁊ iō nul
lo⁹ reuti ad grāz poterāt. ⁊ ꝑ ꝯñs nec
erroneā ꝯſcīaz deponē. Hoc ꝗꝛ ⁊ nē ꝯ
tigē poſſz ſi ꝗcui dn̄s īfallibilr̄ reue
larz dāpnacōis latā ſn̄iaz con̄ illū
vl̄ illūīata ꝯſtāte talı cītitudīe n̄ eſſz
orād ꝑ ſaluacōe eī. Ad h⁹ ꝑtiet qđ dr
ꝑioh· 1· Eſt pcc̄z ad mortē. nō ꝑ illo
dico ut rogz ꝗs. Sz hec n̄ ſūt de ꝯmū
rōe viatoꝝ. Demū mouēda eſt ad
huc q̄ſtio vna nobilr̄ valde. q2 re vicz
nōnūꝗ̄ viri docti ⁊ boī teſtiōnij eciā
p⁹ plenā infōrcōez v̄itatis tātas ſē
tiūt inq̄etudīes in ꝯſcīēcijs ſuis ⁊ pa
uoēs magnos. q̄ſi nl̄ deſup cōſiliati
ſint. nec pn̄t ab hijs liberari. q̄ntūſcūq̄
q2 eē opiones ſcōꝝ ꝓ pn̄ ꝑ ſe hūerīt?
Rn̄ſio. dō· ꝙ ſic̄ ſup dcm̄ ē aliud ē di
cē hrē ꝯſciēciā rcāz et bonā. ⁊ ꝗliud ē
n̄ ſentiē inq̄etudines in cōſcia· Sic
ꝗliud ē dicē hrē vitaz caſtā. ⁊ ꝗliud nō
ſentiē mot⁹ carnis inq̄etātes caſti
tatē. Et ſic cōit maioris eſt meriti re
pugnē motibꝫ luxurie ꝙ̄ q̄eta caſti
tate frui. ita eē hmōi ſcrupulī vrgeri.
⁊ tn̄ ab aggrauitate n̄ diſcedē ceteris
paribus magis eſt meritorium: ꝙ̄
placida veritatis noticia recreari·
Regula enim moralis eſt: ꝙ quan
to actus eſt difficilior et moleſtior.
tanto ceteris paribus eſt eciā mag⁹
meritori⁹· Ubi eſt aduertēdum. ꝙ
iſte termin⁹ ſcrupul⁹ in hac materi
a frequēter in vſu ē: et ergo expedit
ſcire qđ in re ſit· et quare et qualr̄
hec methaphorā in p̄ſenti locum ha
beat· Eſt ergo ſcrupul⁹ ſcdm ꝑmam
ſui inſtitucōem idē ꝙ puus ſcrupus
·i· minim⁹ quidaz lapill⁹ acutus tn̄:
qui facile in calceū cadens talum le
dit· Unde ⁊ ob hoc a ſcrutādo dicit:
quia cogit viatores ipſum ſcrutari
et eicere. ne in ambulādo fatigētur.
Hec hui⁹ nominis ꝑma impoſitio·
Quo aūt ſimilitudinaīe ad ꝯſciēciā
veneit: ſumit̄ ex illo qđ dr· p̄· Re· 30.
Nō eīt tibi h⁹ in ſingultū ⁊ in ſcrupu
lū cordis· Quare autem iſta ſimili
tudo ſit ꝯueniēs. ſic pōt deduci: q2 ſic̄
lapill⁹ iſte moleſtat pedem· nec tn̄
claudū reddit. et iterū ⁊ iteꝝ eiect⁹
facilime reincidit: tum ex pte vie· q2
forte petroſa eſt: tum ex pte calcei
quia min⁹ diligenter alligatus ē·
aut forte diſſutus: tum ex pte ābu
lantis q2 pedes nimis leuat· aut cō
cutit: tum ex parte ſocietatis· quia
forte aliquis arenam cōmouet vel ī
calceum ſocij ſui ex induſtria proi
cit: ſic in ꝯſciencia q̄ eſt q̄ſi q̄daz cal
ce⁹ aīe. ſentiūtur quidā mot⁹ dubie
tatis· formidinis vl̄ vacillacōis q̄s
ſcrupulos vocam⁹. Et q2 iſti motus
ꝯſurgūt ex q̄b⁹daz ꝯiecturis debili
bus et incertis. ideo ꝯſcienciaz poti⁹
moleſtare dicitur ꝙ̄ malam efficē:

et aīam moralit̄ in opatiōe v̄tutis·
et in via mādatoꝝ dei ḡdientē ñ oīo
claudā faciūt: ſ; tñ aliq̄lr impediūt
ac ledūt· ⁊ ſñ int̄miſſiōe vexare nō
ceſſant· Qn̄tūcūq; eñ hō adhibeat
omnem certitudīez ſibi poſſibilē· ita
ut ex pleā ꝯſcīa et ſolida ratione ꝓ
cedat: nilominꝰ tñ ab hijs ſcrupulꝭ
ex toto ñ abſoluit̄· Pueniūt g° p̄mū
hij ſcrupuli ex pte vie: q̄ petroſa et
difficilis ē· Hoc ē dicē: q̄ illi q̄ in officijs
⁊ p̄laturis ſūt. crebro eueniūt inq̄e
tudīes ꝯſcīe ꝓpt̄ varios caſꝰ occurrē-
tes: q̄s ob nimiā difficultatē etiā ſcī ⁊
doctiſſimi viri ad liquidū decidē neq̄
unt. Tlē accidit venerabili cācellario
pariſieñ· do· io· gerſon: eo q̄ ꝯſiliū dedit
cuidā p̄ncipi· qd occaſio fuit magni
diſturbij ꝓut ipē teſtat̄ ī li· de cōſo·
the· Et ē cōis ſīor apd iuriſcōſultos:
ne aliq̄d dicāt vñ mala oriant̄: ⁊ ip
ſi apd deū rei teneātur· Secūdo ꝓ
ueniūt ex mala cuſtodia ꝯſcīe ⁊ cor
dis: qñ ſcz aliq̄ facimꝰ videmus vel
audimꝰ q̄ pacē ipſiꝰ pturbāt· Vnde
mos ſcōꝝ ē ab ōni ſpē mali ſe cuſto
dire. Hinc iuxta doctrinā ꝓphe pacē
inq̄rere et eā diligēter pſequi iube-
mur· Tercio ꝓueniūt ex diſpoſitōne
naturali: ut ſup̄ dcm̄ ē. Et vlt̄ hoc
ſūt q̄dā naturalit̄ dediti ad oēz ct̄i-
tudīez infallibilez q̄ in moralibꝰ hrī
ñ pt̄: et ido ſp ſe diſcutiūt ſi forte ad
illā peruenire poſſint: ſ; hoc ſuperuacā
neū ē: q̄ ſ'm aplm. oz ī ſpe ābulāre: q̄d
nō videmꝰ per paciā; expectarē· Q̄r
to ꝓueniūt ab extrīſecō: et hoc dupli-
modo: ſcdm q̄ ſūt diuerſi inſtinctꝰ aī
mū humanū agitātes· Et ē optima
r̄gula ⁊ nūq̄ obliuiſcēda cuiq̄ xp̄iana

vita tātis teptacōibꝰ expoſita re-
gulari non pt̄ ad vnguē in ſingulꝭ
et infallibilit̄ determinari q̄d cuiq̄
magis vtile ſit aut nō· Ait eñ apoꝰ
ad rō· 8: q̄ neſcimꝰ q̄d oremꝰ ſicut
optet· Vbi dicit glō. Fallimur putā-
tes ꝓdeſſe q̄ poſcimꝰ: cū nō ꝓſint· Hoc
mō ſepe cū electis agit̄· q̄ ad materiā
hāc: et mira q̄dam diſpēſacōe tribu
lant̄ ſcrupuloſitatibz varijs: vt pur
gent̄· exaltent̄· exerceant̄· ꝓficiāt:
et tādē ꝓ multiplici paciā coroāe et
ne iocūditatis ꝑcipiāt· Cōſolet̄ ergo
cū aplo: q̄ ꝓ ſtimulo carnis· i· duā
corpis infirmitate amouēda ter o-
rās audiuit: Sufficit tibi grā mea·
Nā v̄tus ī infirmitate ꝑficit̄· Vbi di
cit glō· Nō ē magnū exaudiri a deo
ad volūtatē: ſ; magnū ē exaudiri ad
vtilitatē. Qd eī obſit vel ꝓſit medicꝰ
nouit. ñ egrotꝰ· Ecce iā longe naui
gādo ꝑ plurēs ſcopulos· q̄ſſatiq; mlt̄
tis ꝓcelloſ; tēpeſtatibꝰ: cū ñ inueniāꝰ
vbi ꝯſcīa nrā ſecure q̄eſcat: ad ꝑſti
nū ſcē ſinceritatis ⁊ ſimplicitatis por
tū remigarē aplico dogīte moēmur: ac
ī ſc̄ pace ñ altū ſapeſ; hūilibz ꝯſetiē·

¶ Contra teptacōes indiſcretionis
ſtulticie· ¶ Ca· 38·

DOminꝰ ihs· Hēte ī vob ſal: et
pacē hēte int̄ vos· Bonū ē ſal·
Oīs victia ſale ſalieṫ· Vos eſtis ſalē
re. Q̄s vrm̄ volēs turrē edificarē· nōne
pꝰ ſedēs ꝯputat ſūptꝰ q̄ neceſſarij ſūt:
Pcor· 3· Vt ſapiens architectꝰ funda
mētū poſui: glō· diſcrecōe vtēs· 2· cor· 12·
Ptātē q̄ dedit mi dñs ī edificacōez: et
ñ in deſtructionem. pꝰ· cor· 9· Omni
bꝰ omnia factꝰ ſum: ut oīs facerez
ſaluos: glō· Prudēs eī ⁊ ſpūalr aplꝰ

oib9 ceſſit: ꝓpoſitū tñ vere religiõis
ñ exceſſit: qꝛ vbi ceſſit.ad hoc ceſſit
vt pficeret. 2· cori· 11· Nã et ſi imperit9
ſū ſermone: ſꝫ nõ ſciã. glõ· In religi
one vis ſmonis neccãria eſt: nõ ſo
n9 vocis. Imperitus eñi ſmone nõ eſt
re9 apd̓ deū: ſꝫ q̃ nõ hꝫ ſciam dei.ma
xime q̃ ptinet ad ſalutē. 1. theſ· 1°.
Omnia pbate: qd̓ bonū ẽ tenete. Ero
ni9· Opa bona pl9 indigēt diſcretio
ne: qꝫ deuocõe. Ad rõ· 12· Obſecro vos
frẽs p miaꝫ dei: ut exhibeatis corda
vrã hoſtiã viuētē ſcãm deo placētē:
racõnabile obſequm vrm. Glõ· Rati
onabile· i· cū diſcrecõe. ne q̃d nimis:
ſꝫ cū tẽpantia corpa vrã caſtigetis:
ut nõ nature defcū cogãtur diſſolui.
ſꝫ vicijs mori· Hugo· Tãtū valet di
ſcretio: ut ſine ipſa ⁊ oẽ ocium turpe
ſit et labor inutilis. Glõ· ecci· 32· E
tas iuuenilis in doctore diſpēdia ñ
gnat. quē vita ⁊ diſcretio ꝯmendat.
Aug9· Doctrina p malos: palmes in
ſepe· botr9 inter ſpinas. Caute legē:
ne dū q̃ris fructū· lacerẽs manū: ⁊ cū
audis bõ dicētem.ne imiteris mala
facientē· Sciend̓. qꝛ differẽcia eſt ĩ
ter prudentiã et diſcretionẽ. Nã pru
dẽtia gnaliter et ſimpliciẽ cõſiderat
õnia que agenda ſūt· qꝛ eſt vt9 car
dinalis et intellcualis: et hẽt h° ſpeci
aliter ſm ſcm̄ thõꝫ· in pª· 2ᵉ· q· 58· qꝛ
ſine virtute morali eſſe nõ põt: cū9
racõ eſt: qꝛ eſt recta racõ agibiliū·
nõ ſolū in vniūſali ſꝫ eciã in pticula
ri· Diſcretio vero eſt q̃ſi electiua ſū
iudicatiua: quid circa hunc actum magis
expediat aut nõ· Vñ qꝫuis expien
cia multorū pcipue iuuet ad diſcre
tionẽ: tñ tota vis ei9 depẽdet a pru

dẽtia· Nã ut idẽ doc· ſ· dicit: Pruden
tia nichil aliud ẽ. qꝫ rectitudo diſcreti
onis in q̃buſcūqꝫ actib9 vel materijs.
Qꝫ aūt hec diſcrecõ ſit neccãria.ſic pꝫ.
Quia cõtingit freq̃nter ſimul occur
rere obiecta diuſarū virtutū· puta
tẽpancie· fortitudĩs ⁊ latrie ⁊c̃· Et ñ
põt ſimul quis in act9 oīm virtutū l̓
pluriū exire: ſꝫ ſolum in actū vnius
dūtaxat. Oportet ergo qꝫ ſciat tūc diſ
cernere q̃ virtutes debeãt alteri ce
dere: an virtus min9 pfecta cedere
debeat virtuti magis pfcẽ vel econū
ſo· Aliq̃n eñi talis eſt oportunitas in
agẽdis. qꝫ ſm diſcretionẽ prudẽtie v̓
t9 magis pfcã cedere dꝫ virtuti mi
n9 pfecte: ut poſſꝫ dari caſus in quo
eſſꝫ comedẽdū et opandum ſm virtutẽ
tempancie: et nõ cõtemplãdū ſiu ſa
crificandū vel eciã orãdū ex dono ſa
piẽtie· ſeu ſm virtuteꝫ latrie ⁊ ſic de
alijs· Et in hac diſcrecõe multi defi
ciunt· tendẽtes ad altiſſima: qui ad
huc put debuerẽt ñ attigerẽt minima·
Et iõ qꝛ diſtorto mõ pcedūt· ſpūſſã
ct9 aufert ſe a cogitacõib9 eorꝫ ⁊ dit
tit eos in tẽbris ãbulare: vt impin
gãt ⁊ corruãt ꝓpt ſupbiã ipõꝝ· donec
hūiliati ad ſe redeãt: ut p varios ca
ſ9 diſcãt· q̃d diſcretū q̃d vero idiſcretū
ſit· Hꝫ eñi h° iſta vt9. qꝫ p ſui ꝯtrariū
mag̃ creſcẽ ſoleat ⁊ efficaci9 radicari.
Pt ec̃ dari dña tal̓· qꝫ q̃ ad ſbaꝫ ne
gocij idẽ ſit· q̃cq̃d de ãbab9 dr̄: ſꝫ pru
dẽtia ẽ de futūo· diſcrecõ vẽo de pñti·
Verꝫ ñ magnope curãd̓ ẽ morali· de
h9mõi drijs ſū diſiõib9 tm apud ſcõs
doctorẽs q̃ moralr̄ ſcribūt. indrñt ipi
hit9· i· v̓tutes p actib9 ⁊ econ̄ act9 p ha
bitib9 accipiãt. In tlib9 eñi modica per

ſuaſio ſufficit moralis ſancti· ſic etiā
ſpeculātiua modica cura ē de opatiōe
morali· Unuſquiſq; eī id qd̄ pncipalit̄ ī
tēdit accuratiꝰ pſeqt̄· ⁊ q̄a ſibi ad
hoc nc̄caria q̄ſi a latē tāgit. Qui ḡo di
ſcrecōez ſiue prudētiā dicā ꝯregulare q̄
dirigē aliaꝝ v̄tutū actꝰ ī id tēdit. hoc
ſiq̄dē magꝫ ꝓ nūc ē inq̄rēd· quō ad eā
ꝑuenirē poſſiꝰ· vt viz in cūctis q̄ agiꝰ
q̄ntū poſſibile ē· a rc̄tudīs ⁊ diſcreti
onis regula n̄ deuieꝰ. Ubi ē aduͤtend.
ꝙ tāte difficultatis iſta vīꝰ ē· ꝙ vix
repit̄ q̄ ī ea ſufficiēt̄ inſtitutꝰ ſit. Glo
riāt̄ n̄nulli de hūilitate· alij de mīa·
alij de ſobrietate· alij de paupertate. a
lij de caritate· alij de multa opatiōe.
q̄dā̄ de ſublimi ꝯtēplacōe ⁊ ſic de alijs.
oēs vtiq; ī dn̄o gloriāt̄· ſꝫ de diſcrecōe
neīnē adhuc ꝗlantē repiē potui. Qn̄
īmo vniuſi ſe in hoc artic̄ deponūt· Nō
in ꝓmptu ē· q̄r diſcrecō n̄ ſolū ē virtꝰ
ꝑfcā· ſꝫ et oīs ꝑfcōnis mgrā· duc
trix ⁊ auriga· Siq̄dē in nullo deuia
re· nec in aliq̄ a rc̄tudīs tr̄mite ab
duci· n̄ hūane ſꝫ āgelice ē ꝑfcōnis·
Uerꝫ nō ob hoc deſiſtēdē a ſtudio lau
dabili tātē v̄tutis ⁊ tā nc̄carie· q̄r et
ſi ad ſūmū eiꝰ ꝑtigē nō poſſuꝰ· tn̄ ſpi
tꝰ dn̄i daē ſolꝫ eīās ꝓ ſe ad minꝰ q̄n
tū nc̄ce eſt ad ſalutē· licꝫ paucis ⁊ ꝑ
cipue p̄latis et ꝓ alijs ſuo loco ⁊ tpe
adminiſtrādis nō deſit. Hic ab aplō·
p̄· cor̄· 12· int̄ ceteras grās nūat̄ diſcre
cō ſpūum· ut ꝑ hoc innuat ꝙ ipa vltē
cōez grāꝫ nēmo dat̄ illi· q̄ etiā guber
naē hn̄t. Dt ei glō· idē· ꝙ et dyabolꝰ
bō ſeductorie dt̄· ad qd̄ deꝑhendēdū
cōis prudētia ⁊ expientia n̄ ſufficit·
ſꝫ req̄rit̄ ſingularis aſſiſtētia ſpūſſā·
q̄ adiuuat infirmitatē nr̄āꝫ· ⁊ reue

lat miſteria· i· mag̃ ſecreta. Hijs igit̄
p̄ſuppoſitis ſcꝫ grā ſpūſſā· prudētia
et expientia· ex quibꝰ vera et nō fic
ta diſcrecō ꝓcedit· accedēdum ē ad
ꝑrim ipſiꝰ· tū ꝓ ipſa hn̄da· tū ꝓ ipſa
alijs impciendā. Primū ergo q̄ eaꝫ
hrē deſiderat· ſedule oracōi inſiſtat·
deinde in doctrina ſana ſe diligenter
exerceat. Tercō viros ſenes et boni
teſtimonij de ſingulis ꝯſulat· ⁊ tūc
demū ad opꝰ exeat. Qui hoc nō pōt.
obie ſancte mancipare ſe ſtudeat· q̄
adeo ſingularit̄ priuilegiata eſt· vt
ōmiū aliaꝝ v̄tutū defectum in hoīe bo
ne volūtatis ſuppleat. Non enī ut be
atꝰ ieroꝰ dicit. ōmia poſſumꝰ oēs· ſed
vnꝰ quiſq; ꝓpriū donū hꝫ ex deo· aliꝰ
quidē ſic. aliꝰ vero ſic· ut aplś dt ꝑ̊·
cori· A· Sunt p̄terea tā ſc̄ theologos
q̄ phōs ⁊ et poetas· duo q̄ maxie im
pediūt diſcrecōem· ſ· mīa ⁊ ira. Dt eī
ſaluſtiꝰ· ꝙ animꝰ non facile verꝫ ꝓui
det vbi iſte efferbuerūt. Et greg̊ na
zanzeꝰ· dicit quaſi eādem ſniāꝫ hijs
v̄bis· Medij quidē incedere debemꝰ
int̄ nimiū timidos et nimiū temera
rios· vt ſimꝰ q̄dē verecūdiores hijs q̄
ad indebitos hōres feda ambicōe ni
tūtur· ⁊ paulo ꝯfidencōres hijs q̄ fu
turi iudicij metu eciaꝫ honorū actu
um cūcta refugiunt. Conſonant in
hunc modū ōmia q̄ de diſcrecōne re
peri· vt vicꝫ cūcta ad mediū redu
cat· et finem ſingulorū vtilē faciat.
Hinc labor īmenſus eſt ⁊ circūſpec
tio tā multifaria. ut plura colligē n̄
minꝰ ſtultū ſit q̄ diminutū· quādo
vnico verbo conatus iſte refellit̄· viꝫ
ꝙ qui de ōmibus recte iudicare debꝫ
oꝑꝫ ꝙ ī ōmibꝰ ſufficiēt̄ ſit inſtructꝰ.

Placet tñ h̄ apponere regulas ali
quas ꝑ diſcretiōe vtiles ex dc̄is bt̄i
aug⁹· gg̃·thōe·gerſon et aꝲ:q̄ p̄ci
pue valēt ꝑ q̄tidiana reformacōe paſſi
onū· ¶ Diſcreti viri dū v̄tutib⁹ acq̄
rēdis curā impēdūt.tñ ī ſe q̄ꝫ ī alijs
paſſiōes aliq̄s moralit̄ ⁊ venialiter
viciosas ſuccreſcē ꝑmittūt ꝑ loco ⁊
tp̄e ne meliora īpediātur· Facit pro
hoc euāgelica ꝑabola de nō extirpā
dis zizanijs ꝑ ōni tp̄e:ne ſil̄ eradice
tur et triticū· Raro eñ vel nūq̄ ger
minat in nob̄ triticū v̄tutis:ſine zi
zanijs ꝗ̄ palleis ꝗ̄cuius defc̄uoſita
tis vel vanitatis· Videāt q̄ꝫ indiſcre
tū ſit puēos ad ſtatī velle alligare
ab ōni paſſione vicioſa: eoſqꝫ ad ſpi
rituale ſenectutē q̄ſi ſubito ꝑuehē·
Idē de hoīb⁹ aīalib⁹: q̄ parū drn̄t a
pueris· ¶ Diſcreti viri qn̄qꝫ ꝑmit
tūt paſſiōes aliq̄s germīaē vel creſ
cere.non q̄ꝛ placeāt ꝗ̄ pulchre ſint.
ſ; ne deteriores inualeſcāt paſſiōes:
ſicut clau⁹ clauo retūditur.et dolor
eſt mediciā doloris· Exēplū in vehe
mēter paſſionatis ad irā.inuidiam.
ſuꝑbiam.triſticiā ⁊c̄: quib⁹ qn̄qꝫ per
mitti dꝫ ut ad gaudioſaꝫ paſſionē
et leticiā ſe ꝯūtant ⁊ ludū puerilem:
ne ille ꝑualeāt q̄ naturaꝫ et mores
ſubito et ꝑiculoſe ſubūtūt ⁊ deſtru
unt. Hic eciā qn̄qꝫ tolerabili⁹ ē qua
ſi ꝑ cōtrariū ꝑmittere diuiſionē odi
oſam fieri inter aliq̄s ꝑſonas:q̄ꝫ im
pudice ſe amoē cōmaculent. Hic re
ſpect⁹ humane laudis vel timor in
famie groſſa pc̄ta cohibet·· Hic ad
felicēꝫ reipublice gubnationē indu
cūtur ipſi pr̄icipes aliqn̄ ꝑ fame re
ꝓmiſſionē· Pari modo ſubiecti ad
opa virtutū ardua ꝑducūtur ꝑ ꝓ
miſſionē tpaliū: ſic xp̄s rudibus ad
huc diſcipul̄ regnū ecclīe ꝓmiſit· ¶ Di
ſcreti viri qn̄qꝫ paſſiōes q̄ſdā lauda
biles cohibēt p̄cipue feruidas ⁊ ſbli
mes ne ꝓcedāt.ſi ⁊ qn̄ ī deteriorē ex
itū eas ire ꝯgnouerīt: qn̄ viꝫ pt⁹ea
q̄ꝫ exiē cepint fr̄es rōis tenei recuſa
rēt· Nō ei ꝑn̄tia tm̄° ſpectare ſatis
hꝫ diſcrecōis reꝑexit⁹ prudēter ipſa
metiē. Hic ipſc̄ās a ꝓpria eciā iuſta
laude ⁊ alioꝝ laudabili obiurgacō
ne ē qn̄qꝫ abſtiendū:ne ſi ꝑualuerit
paſſio.ſbſeqn̄s negociū bn̄ ichoatū
male fiat. Hic ec̄ ꝑſc̄ās ē frequēt
ꝯſulēdū.iuſtū ⁊ ſcm̄ amorē tp̄aē er
ga ꝑſonas eciā ſciſſime vite.ꝓpt ꝑi
culum paſſiōis ſubſequētis: q̄ꝛ aōr
ē vehemētiſſiā paſſionū· Omnis ei ni
chil ſit ſublimi⁹ q̄ꝫ ābulare ꝑ viam
affectōis amoroſe:tñ nl̄ ꝑiculoſi⁹ et
tēptacōib⁹ magis expoſitū· Vn̄ dicit
aug⁹· Fugite fr̄es ꝯſortia feiaꝝ:q̄ īn
altas cedros libani corruiſſe vidi:de
q̄b⁹ nō mīn⁹ timui q̄ꝫ ieromī· et ābro
ſij· O quāta ſcitas ī pr̄icipio:⁊ ecce
quāta turpitudo ī fine:⁊ ſic de alijs·
¶ Diſcreti viri adūtētes q̄ꝛ bonum
hoīs ē eē ſ̄m roēꝫ:⁊ q̄ꝛ v̄t⁹ ꝯſiſtat ī me°
q̄d mediū difficilē iuenit:⁊ q̄ꝛ bonū
ē ex īteg̃ cāa ⁊ malū ex ſingul̄ defc̄ū
b⁹:īō quātū ꝑn̄t cauēt ne īpetū paſ
ſionū admittāt freqn̄ci⁹ cōcurrē in
actib⁹ ſuis: ſicut pr̄icipes ſenſati ru
deꝫ populū inuitiſſiē cōuocāt ad ſui
adiutoriū: n̄ extrēa nc̄citate ꝯpulſi:
ſciētes q̄ꝛ multa mala īde ſecuīt· Vix
enim ſunt dirigibiles:quātumcūꝫ
qꝫ eciam admonentur. Sed eos ſub
iectos eſſe et agi ī ſilentio et quiete:

multomagis optimū. Coīt eē paſſio
nes aīales ĩpediūt iuditiū rōis: nec
facilit̄ p⁹ ɔmocōez placāt̄. Sollicita
ſit ig̃r rō ut ſingl'a ɔſiliādo ꝓuideat:
ꝛ q̄cq̄d ſn̄ t̄bīe ꝓuili ſinīe potit. cau
te h° faciat loco ꝛ tp̄e ɔgruo: h° ē eñ
mag̃ pacificū ꝛ meitoriū. Nō eñ ex
hoc reddit̄ op⁹ mag̃ v̄tuoſū ꝗ̄ nobi
le ſū meitoriū. ꝗꝛ plebee paſſiōes cō
citate ferueſcūt. ꝗ̄ ſeſe mutuis gla
dijs ɔſcidūt: ꝫ ꝗꝛ ductu rōis grā nl
omin⁹ illuſtrāte ꝛ iuuāte op⁹ ipſū
ꝑficit̄. Q̄nto āt āpli⁹ hꝫ de rōe: tanto
min⁹ de paſſiōe. Vbi āt paſſio rōna
bilit̄ ꝓuit. ſic q̄dā opacōes nō pñt fie
ri ſn̄ ɔcurſu paſſionū. ibi nl minuit̄
de v̄tute: ſi tñ freno diſcrecōis alli
gēt̄ ne mod' mēſurā ꝛ ordīez ꝑturbēt
Et hoc difficile ē. Diſcretis viris
nēce ē ut aſſueſcāt vacaē ſibi. ponen
do ſibiip̄ꝭ mod' ꝛ t'minū prudētie ſue:
iuxͣ dcm̄ ſapiētis. Fili ne ī ml'tis ſint
act⁹ tui: ꝗꝛ ī multitudīe ē ɔfuſio diſt̄ē
hēs q̄ rōem ꝑturbat. Siq̄dē vix rō
ip̄a ꝓ̄dē carnis p̄g̃uata ad pauca
debite tractāda ſufficit: q̄ntomagis
ſi cūcta gubnaē ɔtēdat. Hoc ē ꝓ'āu
g⁹. ıΛ. de ci. di. q̄d ſalomonez ad ma
lū exitū ꝑduxit: ut nec tāta ei ſapīa
ꝓfuit. Hic moyſi dicebat ietro. Stul
to labōē ɔſumeis: res ſup̄ vires tu
as eſt. ꝛc̄. Sicut nāqꝫ hō fatigat⁹
contra hoſtes dimicare non ꝓ̄ualꝫ:
ſic rō ſollicitudine tumultuātiū cura
rū diūberata. nec ſibi nec alijs opez
ferre ſufficit. Sꝫ ſi cauet ſe. nō nēca
ria fugiēdo: tūc eē ſup̄ ſe ſcandē pōt.
Vñ grego⁹. zo. morā. Nequaꝗ̄ culmē
contemplacōis attingim⁹ ſi non ab
exterioris cure oppreſſione ceſſem⁹.

Nequaꝗ̄ noſipſos intuemur ut ſci
am⁹ aliq̄d in nob' eē racōnale q̄d re
git. aliq̄d aīale q̄d regit̄: niſi ad ſac̄
mētū ſilēcij recurrētes ab ōī exteri
us ꝑturbacōe ſopiamur. Hic ſci vi
ri hoīm ɔſorcia fugiētes ſalubꝛ̄ diſ
cūt: q̄ p⁹ q̄ete ipſis q̄s fugerāt vtilib⁹
larguūt̄. Qui eñ minorat̄ actu. i. o
pacōe extna: ſapīaꝫ ꝑcipiet. Diſcē
ti viri dilig̃ēt̄ ɔſideraē hñt ꝗ̄ ſit ſalu
brimū aſſueſieri. ut aīm⁹ nr̄ a fan
taſmatib⁹ q̄ntū poſſibile ē ſe denu
det: ꝛ q̄etat in exercitacōe ſua. et ꝗ̄ ꝑi
culoſū ſit hoī dimittē ſe nimis labi
et ꝓfundari in ymagines vel fanta
ſias ꝑſerti vicioſas et circa ꝑitura
ſempqꝫ labentia: ut ſunt bñficia ho
nores. ꝛ diuicie. Nam cū generētur
habit⁹ ex actib⁹ freq̄ntatis: naturali
ter ſit. ut ꝓ̄dē ſue inclinacōis ſic im
mutēt ymaginatiuā ꝛ ex ɔñti totū
hoīez ꝗ̄ nēcitate quadā trahitur ho
mo velut brutum: ut ſit in illis quos
phs beſtiales appellat. Hic vtiqꝫ
verum eſt. ꝗ̄ ōnis ymaginacō ꝓfun
data hꝫ ſuā inſaniaꝫ vel ebrietatez:
et quaſi demoīacā paſſionē ꝓ' origē.
Ledit quoqꝫ notabilit̄ ſeu ꝑūtit totū
ter iudiciū rōis. Ptꝫ in philocaptis.
ptꝫ in ābicioſꝭ. in auaris. in inuidis.
in impaciētib⁹: in quib⁹ verificatur
illd' ꝓuerbium. Furor ſit leſus ſepi
us paciā. Econtra concurſus ordia
tus in virtuoſꝭ ex ymaginatiua et
racōne cū affcābus ſp̄ūalib⁹ cauſat
ſuauiſſimā armoniā: quā ipſa inhi
tatrix ſapīa delectatur audire. Fitꝫ
illud ꝓhiciuntur: ut in virtuoſo ōnia cō
ſonāt racōi. Ex qua ſit nōnūꝗ̄ re
dūdantia materialis ī vires ſīfiorēs.

¶ Diſcreti viri diligent̄ examinan
tes ſe de pfcū v̄tutū attēdē ſolēt cō
ſonāciā voluntatis ⁊ rōis ad leges
d̄inas:⁊ ſi ibi pmptā ɔcordiā inue
neñt.ſignū ſpūalis pfcōis ē. Deide
adūtunt q̄liter eciā appetit⁹ inferior
vicȝ ſenſitiu⁹ ſe hēat ad rōem iā re
gulatā:et ſi ibi quoqȝ inueneñt diſ
cordiā.ſignū ē q̄ pfcōo illa ſupior ñ
dum p̄ualuit obtinē qđ ei debet̄ de p̄
mario iure hūane inſtitucōis:et gº
adhuc ē ibi q̄daȝ impfcōo q̄uis non
culpabil̄:q̄ nō eſt ī ptāte nrā appe
titū inferiorez flectē ad normā racō
nis ſn̄ ōni turbacōe. Si aūt appeti
t⁹ inferior inuenit̄ delcābilit̄ pmpt⁹
ad ōnez motū racōis:tūc pfcōo mag̃
excreuit ī hōīe quātū loq̄ fas eſt q̄
ad naturā iſtā deſtitutā a legib⁹ ori
ginalis iuſticie:licet ipſam origina
lē iuſticiā pfcē recuparē non potrit.
Debȝ tñ facere qđ in ſe eſt:et ſi pre
dicto modo appropiet magnū bonū
eſt. ¶ Diſcreti viri attēdētes miſeri
am cōdicōis hūane et pfectionez ei⁹
eē ad inſtar pāni mēſtruate.⁊ piculū
grāde in q̄ v̄ſant̄:ſp ſe hūiliāt:q̄i
nō ſint ſic̄ nec vere ſūt.potētes doma
re paſſiōes ſuas tā fortes ⁊ ſp pe
ne vicioſas. Quis eñ aliqñ ad mo
dicū eas forte iueniāt pmptiōes ad
bonū rōis:ȝ raro ā nūq̄ pſeuerāt.
Inſup expiencia edocti. ſencientes
tā multiplices inſtinct⁹ latētis ini
mici et alteracōes crebras naturāli
um ſuoꝝ veriſimilit̄ ab extrīſeca cā
maliuoloꝝ demonū oriētes.q̄ pmit
tēte deo tirānicū qđdam ius in ipſis
eciā v̄tuoſ hoīb⁹ licet inuiſibilit̄.et
q̄nqȝ eē viſibilit̄ exercēt:iā penit⁹ de

ſuis virib⁹ diffidūt.in ſolū dn̄m deū
ſuū ſe pɔiciētes:pacient̄ expectāt cō
ſolacōem et iuuamē ac illūinacōem
ab eo qui ſol⁹ p̄t.tā q̄ bon⁹ et potēs
medic⁹ curaē miſericordit̄ vuln⁹ qđ
ipē iuſte inflixit et nemo alt̄:ppē ſuā
māſuetudinē ſingularē ⁊ ingēitā bo
nitatē ⁊ nulla merita nrā. ¶ Diſcre
ti viri dū alioꝝ cāsas tractāt ſiu p̄cipi
endo.ſiu ɔſulēdo:oēs circumſtācias
negocij attēdē ſolēt:et q̄cq̄d vnicuiȝ
cōuenit ſolerē diſcuciētes.nōnunq̄
in pari caſu eođ tpe ⁊ loco.diſpaēs
ſn̄ias.ymo pene ɔtrarias pnūciāt.
Exēplū de hoc hēt in prē illo memo
rabilit̄.q̄.duob⁹ frīb⁹ ſe ɔſulētib⁹.an
cogitacōez admittē deberēt:ɔtraria
monita dedit. Nā vni dixit. Cōſidēt
admitte. Alteri aūt dixit: Ne oīno
admittē debet. Inq̄rēte quoqȝ diſci
pulo ipſi⁹ cur ſub vna hora tā diuer
ſa loq̄ret̄:rn̄dit. Sic vnicuiqȝ expe
diebat. Et ſic de alijs. ¶ Diſcreti viri
q̄ꝝ vtiqȝ mag̃ penuria in orbe eſt:dū
q̄ſdā ſiu ad bō faciēda.ſiue a malis re
trahēdo.nec ſufficienti doctrīa.nec
benigna exhortacōe inducē pñt:rigo
roſa nōnūq̄ increpacōe vti ſolēt.cū
vehementi acrimonia ⁊ pia q̄daȝ in
dignatiōe:ſi forte hoc pacto ad cor
redeāt.q̄ alijs modis curari neque
unt. Exemplū hui⁹ in moyſe.ī helia.
in paulo.in ſtephano.⁊ in alijs plu
rib⁹ habemus:ȝ in xp̄o ſaluatoē no
ſtro magnificenti⁹ elucet:q̄ crebro
legitur ita feciſſe.et aliqñ eciam fla
gello prcōres corripuiſſe:vt dr Ioh.
ij. Vbi notandum.q̄ iſtud nō cōpe
tit niſi prelatis:nec fieri debet niſi cū
mag̃ cautela ⁊ circumſpectōe p̄uia.

Alioquin vtrobiqꝫ magnū piculum
imminet. Et dat̃ exemplū de collio:
qđ ponit̃ sup oculos. Qđ si pitꝰ me
dicꝰ ponit et recte applicat: plurimū
ꝓdest oculoꝝ ipſe digne laudat̃. Si
aūt inexꝑtꝰ hoc ponit. merito reꝑhē
ſibilis eit: q͛ infirmū ꝑimitꝰ excecat.
Sic q̃ paſſiōes ſuas moderare ne
ſcit. ꝑmū ſe ledit: ꝛ ꝯñter illū quem
emēdare debuerat. Nō ergo hec pr̃
ctica ē leuit̃ a q̃libꝫ attēptāda: ſꝫ il
lis potiꝰ ꝯmittēda. q̃ a dño diſcreciō
nis talentū ꝑcipere meruerūt. Paſ
ſio em̄ licet a racōe aſſumpta ſit ni
chilominꝰ tñ habꝫ annexam turba
cōem ſiue obſcuracōem quādā. Que
q̃uis nō ſit culpabilis. tñ eſt pena
lis ꝛ aīm fatigat: q̃re eciā ſicut dcm̄
eſt ſup̃. faciliꝰ praxis iſta inchoat̃
q̃ finiat̃. Vnꝫ ſm ſñiam btī greg.
Qui recte ꝓcedunt in hac exercitacōe
ptꝰ hmōi turbatiōeꝫ merētur maio
rē illūinationē ꝛ trāq̃llitatē: ſic oīs
actꝰ v̄tutis ſuā ſolꝫ v̄tutē clariorem
efficere. ¶ Diſcreti viri dū alioꝝ ze
lū examinaē hñt: diligent̃ aduertere
ſolēt an in ipſ rō an paſſio dñetur.
Paſſiones eī ꝯmūit̃ h̄ difficultatem
adducē ſolēt. Nā ratio ſi ſufficiēter
edocta fueit. cito q̇eſcit: ſin aūt miꝰ
edocta. ec̃ cito infōrri pōt. Sꝫ paſſio
adiūcta totā animā velut turbo ve
hemēs inq̇etat: et velut nebula ſpiſ
ſa obſcurat: et qđ peiꝰ ē eciā eā infi
cit. nec facile abſtergi pōt. Si ergo
paſſio ipſa dñat̃. totū negociū ſubū
tit: ꝛ ꝓceſſus ipſe magis beſtial̃ q̃
racōnalis iudicat̃: quātūcūqꝫ eciaꝫ
ſubtilis videat̃. Vñ ymaginādū ē de
iſtis paſſionū ſectatoribus ſm ſcīm

thōꝫ q̃ hñt ſe ſicut ebriꝰ q̃ q̃nqꝫ ꝓfert
verba magne importātie ꝛ loq̇tur ꝓ
fundos ſmōes: q̃s tñ m̄te diiudicaē
nō p̄t. ebetate ꝓhibēte. Ita in paſſi
one exiſtens et ſi ore profert hoc nō
eſſe faciēdum: tamen interiꝰ ſentit ī
animo hoc eſſe faciēdum. Aut ſi ſcit
bonum in vniuerſali: tamē illud ac
tualiter nec ſcit applicaē nec appro
bare. Et ſic omnis malꝰ q̃ male opa
tur dicitur ignorans. Patꝫ ergo q̃
liter in hijs a diſcretis ſit proceden
dum.

¶ Contra teptatiōes multiplicita
tis diuiſitatis. Ca. xv.

Sapiēs. Filine in multis ſint
actꝰ tui. Glō. eccīci. z. ſup illđ.
In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari
multipliciter. Sobrius intellcūs ī
omnibꝰ optimus eſt: qui reficit ani
mā nec grauat mētem. Vnde mel in
ueniſti. cōede qđ ſufficit tibi: ne forte
ſaciatus euomas illud: et periures
nomē dei tui. Iob. ca. ff. Tria ſunt q̃
vagam mētem ſtabilē faciunt: vi
gilie. meditacio et oracō: quaꝝ aſſi
duitas et iugis intētio conferunt aī
me ſtabilē firmitatē. Sen. Diuiſi
tas eſt vicium. et ſignū vacillantis
animi: ac nondum habentis vigo
rem ſuum. Nemo proponit ſibi qđ
velit. nec ſicut ꝓpoſuit ꝑſeuerat ī eo
ſꝫ tranſſilit: nec tñ mutat ſed re
dit. et in ea que deſeruit ac dampna
uit reuoluitur. Quid eſt ſapiētia?
Semper idem velle: atqꝫ idem nol
le. Non poteſt idem ſemper placere
niſi rectum variatur quotidie iudi
cium et in contrarium vertitur: ac
pleiſqꝫ agitur vita ꝑuſa Auguſtinꝰ

Iā q̄libet nr̄m bonū op⁹ ſuſcipe·a-
gē·implē nūc ſcit·nūc neſcit·nūc de
lectat·nūc non delcātur·ut nouerit
nō ſue facultatis ꝫ diuini muneris eē
vel ꝙ ſit vel ꝙ delcātur.at ſic ab ela
tōnis vanitate ſanet·et ſciat ꝙ ve-
re nō de terra iſta ꝫ ſpūaliter dictū
ſit·Dn̄s dabit benignitatē et terra
nr̄a dabit fructū ſuū·Tāto āt ma-
gis delectat op⁹ bonū quāto magis
diligit de⁹ ſūmū atqꝫ incōmutabile
bonū·ps̄·26·Vnaꝫ pecij a dn̄o hāc
reqrā·Glō·Mali multiplicia q̄rūt:
ego tm̄ vnā·ut ſcꝫ inhabitē domo do
mini ōib⁹ diebꝫ vite mee·Hic i ec-
cleſia digne ꝯuſando ne ꝓſperis ex
tollar ꝛ adūſis frāgar·ꝛ pt⁹ ad il-
lā eternā domū ꝑueniaꝫ vbi ſꝑ māe
am in q̄ dies nō deficiūt·Ad h° vnū:
ſingula prudēter ꝛ ꝯſtanē ordinaē
debem⁹·Oīa em̄ alia vana ſūt·et ꝓ
nichilo ꝑēſanda Aug⁹·In ꝯſiderati
one creaturaꝝ non ē vana et peri-
tura curioſitas exercēda·ꝫ gd⁹ ad
immoꝛtalia ꝛ ſꝑ manētia faciendus·
Seneca·Acrioꝛ ē cupiditas igno-
ta ꝯgnoſcēdi:ꝙ nota repetēdi·Hoc
in hiſtrionib⁹·hoc in oratoribꝫ:h° ī
oībus deniqꝫ reb⁹ videm⁹ accidē·Ad
noua hoīes currūt·ad noua ꝯueni
unt·adeo vt quicq̄d inſolitū ē ī tur-
ba eciā notabile ē·Vbi ē nōdū:ꝙ
hec curioſa inſtabilitas eciā nōnul
los hoīes bone volūtatis īꝑedire ſo
let a ꝓfectu v̄tutū Siq̄dē pt⁹ ꝙ om
nia q̄ mūdi ſūt deſeruerūt:iam nī pru
dēter et cōſtanē ſe inſtituant:facile
in p̄ſtinū relabūtur morē·Si vero
foꝛtiter ſe in via v̄tutū ꝯtineant:iaꝫ
adhuc cauere hn̄t ne oē qd bona vo

lūtas cupit·acceptare velint·Om̄-
nis em̄ ut ſup̄ dcm̄ eſt diligēter ſtu
dere debēt ut eāt de v̄tute in virtu-
tē·tm̄ hoc cū ſūma cautela fieri op-
tet·ne vicꝫ ꝫm ſentēciā ſcī thome.cō-
tingat inchoāda an̄ temp⁹ apprehē
dē.et inchoata an̄ cōſūmacōem deſe-
rere·Qd ut meli⁹ intelligat̄·repetē-
dū ē dcm̄ eiuſdē doc·ſā.ſupra alle-
gatū·ſcꝫ ꝙ incremētū v̄tutū ſit ꝑ ſtu
diū hūanū eo mō q̄ alij hitus acq̄ri
ſolēt ꝑ aſſuefactionē·Sic igitur in
mechanicis videm⁹ ꝙ q̄ vult ciuilit̄
ꝓficere nō ſil' et ſemel oēs artes di
ſcē incipit·ꝫ vnā tm̄ aut duas aut
tres ꝫm ꝙ pōt facultas naturaliū
ſuoꝝ ſuſtinē:ꝛ tā diu in q̄libet illaꝝ
ꝑſeueāt donec ꝑfcē ſciat·et cū ſciue
rit·ꝓut freq̄ncī⁹ illā exercet q̄ ꝓ loco ꝛ
ꝓ tpe ſibi magis vtilis fuerit·Qui
alit̄ ꝓcedit:fatuū finē inueniet·Cōit̄
ei q̄ plurā officia ſil' exercēt a de vno ad
aliud facilit̄ ſe ꝯuertūt:miſeri ſūt ꝛ infeli
ces·Sic ꝑ ōnia ſilogiſandū ē de hoī
ne bone volūtatis·q̄ iā aptitudinem
hꝫ ad cōes v̄tutes·ymo oēs hꝫ ī q̄daꝫ
viua radice·Vn̄ ſi vult ꝙ radix illa
frcꝫ ferat.oꝫ ꝙ caute ſe hēat·ſic mlt
tiplr ſup̄ dcꝫ ē ꝛ h' ṙpetē onēoſū·Sꝫ ꝫ
foꝛte obiciat q̄s ꝛ dicat·ꝙ ſupfluū
ē v̄tutē hrē ꝛ exercicia e⁹ vitare:ſicut
fruſtra ē pō q̄ nūq̄ reducit ad actū.
Iꝫ multi ſcī ī oīb⁹ iſtituti fuerūt·ꝛ pe
ne ōmū v̄tutū exercicia hūerūt:ſic de
moyſe dd ꝛ q̄buſd alijs exeplificari
pt.Itē.ſi diuitie ſalutis v̄tutes ſunt:
g° q̄nto aliq̄s ſe āpli⁹ exercꝫ ī eis.tāto
ſpūalioꝛ ē ꝛ ditioꝛ:ſic̄ ꝑiformit̄ vide
m⁹ in diuicijs h⁹ ſeculi·q̄ plues facl'
tates hꝫ ditioꝛ ṙputat̄·Rn̄ſio.dd·ꝙ

hō bone volūtatis q̄ debite ſe appli-
cat ad ſtudiū v̄tutis n̄ agit fruſtra:
q̄uis nūq̄ exercitia illi⁹ v̄tutis atti-
gat. Nō ē.q̄ inten⁹ iudicat act⁹ moā
les. Sic p̄t q̄ v̄go hōeſta ī domo pat̄
na ſe diſponē ad m̄rimoniū ſcā ītē
cōe ⁊ ſingl̄a addiſcē illi ſtatui acō-
moda. ita q̄ iā p̄ ōnia apta ſit ad il
lū ſtatū hōrabilē. p̄ v̄tutē ꝯiugal̄ ca
ſtitatis ⁊ prudenciā doeſticā. ꝑ apli
mōita. et in ſingul̄ m̄ri. licꝫ nūq̄ cō
trahat. Illd̄ q̄ꝫ dcm̄ phi limitād ē q̄
ad materiā iſtā ꝑt̄ p̄uilegiū bōe vo
lūtatis. q̄ ꝑ b̄ti gḡ. dcā. nūq̄ fruſtra
ri p̄t. Sic cleic⁹ optie inſtitut⁹ in v̄tute
militari. q̄uis māu pugre n̄ p̄t: bō
tā volūtate p̄miū iuſticie ⁊ fortitudi
nis obtiere valebit. Qd̄ āt obicitū eſt
de q̄buſdā ſc̄is q̄ in oīb⁹ inſtituti fue
rūt ⁊ c̄d d̄. ꝑ. ſ. thō ⁊ ālos q̄ p̄uilegia
paucoꝝ n̄ ſūt trahēda in cōeꝫ regu
lā. Nā et ſi aliq̄ ſic ꝑfecerūt. tn̄ multo
pluēs defecerūt. Cōſuli⁹ g⁹ ē ut ꝑpter
hūanā inſufficietiā ad pauca vnus
q̄ſq̄ꝫ ſe ꝯlligat: et in eis ſtabilit̄ p̄
māeat donec ad āplioā d̄ine⁹ vocet̄.
Exēplū bonū hēt̄ de h⁹ in ſacris regu
lis prm̄: vbi oīs nouitas et multi-
plicacio nō nc̄aria velut pc̄o ꝓpriā
deteſtat̄. Ex eodeꝫ ſoluit̄ illd̄ ſile de
diuicijs ſcli. q̄ plurā ſūt ſimplicit̄ per
fc̄iora: q̄ tn̄ ōnib⁹ n̄ ſūt eq̄ꝫ facilit̄ atti
gibilia. Vn̄ d̄r in ꝓuer̄. Vn⁹qſq̄ꝫ ibi
ſacculū ſuū ſuſpendat: vbi ipꝫ atti
gē poſſit. Et tn̄ q̄s prudēt recōpēſare
in vno qd̄ n̄ hꝫ ī alio: ſic ī eiſdē dicijs
ſcli cōdie fiei ſolꝫ. Nā q̄ habūdat in
vino. ā blado. auro. argento. ā hēdi
tatib⁹. ā mercācionijs ⁊c̄. d̄r diues. q̄
uis n̄ h̄ vnā ſpēꝫ cr̄eaꝝ facultatum

poſſideat. Et eni c̄cito voluerit alias
ſibi ꝯpare. Sic q̄ habūde in exercicijs
vni⁹ ā paucaꝝ v̄tutū ſe exercet. diteſ
cit ſpūalit̄. et forte eo ſecuri⁹ et faci
li⁹ q̄ min⁹ ē diſp̄ſus ad ſingulas.

Cōtra tēptacōes Impſeuerācie
incōſtācie. laſſitudīs. Ca. 30.

Omin⁹ ihs. Qui pſeuerauerit
vſq̄ꝫ ī finē: hic ſalu⁹ erit. Itē luce
22. Vos eſtis q̄ ꝑmāſiſtis mecū ī tē
ptacōib⁹ meis. Et ego diſpono vob̄ ſic
diſpoſuit m̄ p̄r̄ me⁹ r̄gnū. ut edatis
⁊ bibatis ſup meſā meā ī r̄gno meo:
et ſedeatis ſup thronos iudicātes
xij. trib⁹ iſrl̄. phi. 3. Fr̄es ego me n̄ ar
bitror ꝯp̄hēdiſſe. Vnū āt q̄ q̄dē retro
ſūt obliuiſcēs. ad ea v̄eo q̄ ſūt p̄ora
extēdēs meip̄ꝫ. ad deſtiatū pſeq̄r ad
brauiū ſupne vocacōis dei ī xp̄o ihū.
Q̄uiq̄ꝫ g⁹ ꝑfc̄i ſum⁹ h̄ ſenciam⁹. ⁊ ſi qd̄ ali
ter ſapitis: et hoc vob̄ de⁹ reuelabit.
Verūtn̄ ad qd̄ p̄ruenim⁹ ut idē ſapia
m⁹. et in eadē ꝑmaneam⁹ regula. Ephē.
4. Nō ſim⁹ puuli fluctuantes. ⁊ non
circūferamur ōni vēto doctrie. gloſa.
Doctrīa p̄uoꝝ ē q̄ſi vēt⁹ ⁊ tēpeſtas.
Ps. Et dixi nūc cepi. glō. In ōnibus
decept⁹ et tedio affect⁹. ad deū veni.
Aug⁹. Vita xp̄iani boni ſcīn deſidei
um ē. Qd̄ āt deſideās nōdū vides. ſꝫ
deſiderādo capax efficeris: ut cū vene
rit implearis. glō. phi. 3. In via ſu-
m⁹. non retro reſpicia⁹. ſꝫ in anterio
ra extendamur intēcōe et deſiderio.
Luc. 9. Nemo mittens manū ſuā ad
aratꝝ ⁊ reſpiciēs retro: apt⁹ ē reg-
no dei. gen̄. 19. Reſpiciens vxor loth
p⁹ ſe. v̄ſa eſt in ſtatuā ſalis. Ecci. 3⁰.
Fili ī māſuetu⁹ opa p̄fice. Ro. 8. Non
ſunt ꝯdigne paſſiones hui⁹ tp̄is. ad
futurā gloriā q̄ reuelabit̄ in nobis.

Greg⁹· Incaſſū bonū agit̄ ſi an̄ vite
t̄minū deſerat̄· q̄ fruſtra velocit̄ cur
rit·q̄ p⁹q̄ ad metā venit deficit. Criſ.
Tolle pſeuerāciā nec obſeq̄ū m̄cedē
h̄z·nec bn̄ficiū grās·nec laudē forti
tudo·deniqꝫ n̄ q̄ cepit·ſꝫ q̄ pſeuerauerit
ſalu⁹ erit· Incipē multoꝝ ē·ſinē pau
coꝝ· Sp̄ i p̄ncipio delc̄acō ē·in fine
ꝓbacō· Idē· Aſſueuerūt in initio feruē
tes eē multi·in fine remittūt diſſolui.
Que vtilitas ē ſemiū p̄mo florētiū
p⁹ea tabeſcētiū· Ieron̄· Dei tēpla·ſpi
ruſſā vaſa·n̄ diligenti ſuerūt cuſto
dia·pſtibula ſūt·Bern̄· Duo ſunt
nc̄caria p cuſtodia c̄ītatis ſcē·q̄ dn̄s
breuit̄ exp̄ſſit dicēs Vigilate ⁊ ora
te· Vnū ei ſn̄ altero pdeſſe n̄ pt· Idē.
Scias dyabolū ſol̄i ſp perſeuerātie
inſidiari·quā ſolā v̄tutū nouit corōā
ri. Apoc̄·ii· Eſto fidelis vſqꝫ ad mortē:
et dabo tibi coronā vite. Aug⁹. Perſeue
rātia magnū donū dei ē·q̄ dōā cetera
ꝯſuant̄· Hāc multi hn̄t p̄n̄t·null⁹ a
mittet. Bern̄· Subito pcedēti de vm
bra ad ſolē·de otio ad laborē·grue c̄ni
tur ōe q̄d incipit·ſꝫ p⁹q̄ ab hijs diſ
ſueſcē et ad illa paulīſp aſſueſcē ce
pit vſ⁹ tollit difficultatē·īueītqꝫ faci
le eē q̄d īpoſſi^e an̄ putauit. Glo· math
·x· Nō cepiſſe vel feciſſe v̄tutis ē·ſꝫ pſi
cere. Vn̄ cauda hoſtie iubet̄ offerri
in lege· Cet⁹ v̄tutū tūc eſt veſtis vſqꝫ
ad talos·ſi pſeuerātia fuerit. Sine
ea veſtis ī hōeſte decurtata. Alti⁹ dies
perſeuerātie pl⁹ vidi ei valē q̄ q̄āꝫ
p̄ceſſerūt· Si ei illa die defeciſſꝫ·p̄ce
dētia pdidiſſꝫ. glō· p̄s. Pꝫ fide ſpē a
lijs bonis opib⁹ reddꝫ de⁹ pſeuerātiā.
Aug⁹. Q̄ curāt īfirmos·mlto magis cu
ſtodit fortes.

¶ Formula breuis de vita ſecurio
rī ſtat⁹ p̄ſentis ¶ Ca·xl·

Securā mēs q̄ſi iuge ꝯuiuiū·p
uer·xv· Qm̄ tot⁹ vite p̄n̄tis tā
ꝯfuſibilis multiplicitas n̄l pfcē ſe
curū n̄l pfcē iocūd̄ poſſidꝫ. dicēte ſcrip
tura ecc̄s nono c̄a in futuō ſuāt īcē
tā·mrꝝ fortaſſe videbit̄·quō ſapien
tiſſim⁹ ſalon in hāc ſn̄aꝫ prupperit. q̄
ſi cū ſemetipꝫ loq̄ns ſecurā mēs q̄ſi
iuge ꝯuiuiū·cū vtiqꝫ aīe ſecuritas
de incertis pueīre n̄ poſſit. Sꝫ ē nōnd̄ q̄
licꝫ oīa gn̄ali mō dicant̄ incerta·tn̄ ſūt
q̄dā extreme incerta·q̄dā modalit̄ lo
q̄ndo vix incerta ⁊ pene ſecura. Sūt g̊
in ſplici dn̄a hac·ſīc cetera q̄ ordina
te pcedūt. Vez nūc reſtat ſpeālit̄ in
q̄rēdū q̄ ſit via ſecuriſſiā leuiſſiā ac
iocūdiſſiā ad celū·q̄ntū poſſi^e ē ī hac
vita erūpnoſa·ne forte ob multitu
dinē ſcēpturaꝝ ꝯfuſiōeꝫ poti⁹ q̄ edi
ficacōeꝫ reporte⁹· Vbi eſt aduītēd̄·q̄
iuxt̄ morē medicīe corꝑalis. ſumēda eſt
ſꝫ ſimilitudo ad medicīāꝫ ſpūalē. Di
cūt ei medici·q̄ n̄ ſit melior medicīa:
q̄ bō dieta. Hᵒ eſt dicē·q̄ ingrēda ſit
ꝯſuetudo in victu veſtitu labore·ꝗ e
tera alijs q̄ ꝯcnūt vitā hūanā ⁊c̄· do
nec expimtalit̄ ſciat̄ q̄d natuē ꝯue
niat q̄ nō·et tūc ſtabilit̄ pſeuerādū
ī ea· Hec ē optīa medicīa. Pariformit̄
ad ꝓpoſitū loq̄ndo. ſīc eē regule ſcōꝝ
prm̄ apte teſtāt̄. nulla ē melior for̄
viuendi·q̄ vt q̄ſꝫ ſibi eligat aliquem
modū vniformē ſue natuē et ſtatui
ꝯformē in q̄ vſqꝫ ad finē vite pſe
uerāt et laudabilit̄ pmāeat. ſꝫ ꝯſili
um diſcreti viri et in ſpūalib⁹ expti.
Sūmo eē ſtudio a ꝯſortio p̄uoꝝ di
ſcedat·q̄ talib⁹ ꝯuiuere eſt omnino ī
ſuaue et afflictiū. ſīc btūs petr⁹ de in
iuſto loth exemplificat. Attendat

q̄z ſe trib⁹ debitorē: ſcz deo. ꝓximo. ⁊ ſibijpſi: ⁊ ideo ad hos ſemꝑ oculos ſuos erigē dz. Nā cū deo ſollicite ābulare tenet̄: ſicut dr̄ Michee. 6. Proximo ī auxilijs et cōſilijs optimis ſuccurrere dz ꝑ vt pōt: q̄ vnicuiqz mandauit de⁹ de ꝓximo ſuo. ut dr̄ Eccia ſi 17. Sibiypſi eciā ſūmopꝑe cauere dz. ne detrimētū aīe ſue faciat. vt dr̄ math. 16. Et ut ōnia hec in vnā racōez concurrāt. nōnda ē ab hoīe bone voluntatis figura q̄ ſequitur.




Bone volūtati ſic̄ michil ē ꝑciosi⁹: ſic eciā michil piculoſi⁹ ſi nō ſꝫm racōez reguleẗ. Eſt nāqz ceca: ⁊ vbiqz diſcurrē cupit. Tenēda igiẗ ē ⁊ regenda: ⁊ neq̄q̄ libtati donāda. Exemplū optimū hēẗur in regulis primī in quibz vſqz ad minimū precipit̄ qd̄ vnicuiqz ſit faciend̄ ⁊ cauend̄: ⁊ nō ſꝫm bonū videre vni⁹cuiuſqz in ſingulis ꝓcedēdū. Condidit dn̄s de⁹ ex mera bonitate ſua vniūſaz creaturā: non tn̄ ſine nuō pōdere ⁊ menſura. Et iō optet eciā q̄ hoc ordine regatur.

Hec eſt via regia quā fili⁹ dei ſapiēcia infallibilis exēplo et vbo edocuit: tāq̄ ceteris ſecuriorē. Hanc immaculata vgo et maẗ ipſi⁹ ab īfantia vſqz ad ſenectū ſūmo ſtudio obſuauit. Et breuiẗ q̄cūqz in ea pſeuerat ver⁹ xp̄i imitator ē: ⁊ hoc ſingulari ꝑuilegio gaudebit. q̄ quicq̄d ei ſupuenerit ſemꝑ a dn̄o grām ꝑcipiet: aut directionis in bono aut liberātionis a malo. Pōt enī in pūm ꝯſcīa dicē dn̄o. feci qd̄ iuſſiſti. redde qd̄ ꝓmiſiſti. Eſt ergo via hec ſecuriſſima: ⁊ ad pfectionē adipiſcendā cōpendioſiſſima. Qd̄ vt clari⁹ pateat. eſt breuiter aduertend̄. q̄ p̄mū donū dīnū eſt bona volūtas: q̄ aptitudinez hēt ad valde multa exercitia bona. Sz q̄ in ipſ̄ exercicijs mag̃ latet differēcia quid poti⁹ eligend̄ ſit. et eciam magnū piculū ſepe occurrit ſic̄ ſup̄ exēplificatū eſt: ideo ad tollend̄ omnia talia ſaluator noſter hāc ſaluberrimā doctrinā edidit dicens. Diſcite a me: q̄ mitis ſū et humilis corde. Quaſi dicēt. Si vultis ſecure in via ſalutis ābulare: hāc doctrinam a me diſcite et ſeruate. Nō eſt op⁹ hic plura apponē: cū expiencia ipſa oñdat totū quod dici et ſcribi poſſit. Qui enī ſimpliciẗ et recte ābulat in via dn̄i teſte beato gg̃. totā ſcripturā implet: et pl⁹ facit q̄ alij loqui aut ſcribere valēt. Hēant ergo alie virtutes ſuas excellentias ſu ꝓrogatiuas: ſꝫ iſte ſūt ſecuriores et ſufficientes ad ōnia. Nā recte ordināt hominez ad deū. ꝑ bonā volūtatem ſū caritatē: q̄ ipſū ſuper ōnia diligit et ōnia ꝓpter ipſū facit quecūqz facit.

Ordināt eciā eū ad ſeipſū·qñ eū cōñ
oē malū mumiūt.et ad oē moāle bo
nū pduciīt.Inſup ordināt eū ad pri
mū·Naʒ tria ſpēalit̄ puidere dʒ hō
bone volūtatis q̊ ad primū:ut ſcilʒ
ita ābulet cū eo ꝙ ſua ꝯuſacō reddat
eū aābilē·venerabilē·imitabilē·P̄
mū facit benigtas·ſcd'm maturitas·
terciū hūilitas·Prouidem9 em̄ ait
apl's·ij·cor·8·bona.nō ſolū corā do:
ſʒ eē corā oib9 homib9.Ubi glō·dicit·
Due res ſūt ꝯſcia ⁊ fama:ꝯſcia tibi
fama prio pdeſt.Qui ꝯſcīe fidēs fa
mā negligit.crudelis ē.Facit g° benig
tas hoiem amabilez.affabilez.com
paſſiuū·tractabilez·exorabilez·fle
xibilez ad ꝯſilia·cōicatiuū ſui et ſuo
rū·in bono hilarē ⁊ modeſte iocūdū.
fidelē ſocialez:nullū ſpnentē vel te
mē iudicātē·ḡtū·bñficū·oib9 gracō
ſū·Maturitas aūt facit hoiez venerabi
lem:p eo ꝙ totū corp9 exteri9 cuſto
dit ab īſolēcia ⁊ inordiata leuitate.
Regit caput ne leuit̄ hincinde cīrcūfe
rat:oculos ne euagent̄·aurēs ne cu
rioſe auſcultēt q̄ min9 expediūt:lin
guā ab ocōſꝫ ⁊ infructuoſꝫ vbis.⁊ po
tiſſime detractiōis ſuſurrij ⁊ ꝯtume
lie·man9 ab inutilib9 opib9·pedes a
vagis deābulacōibʒ ⁊ indecētib9 gi
rouagacōib9:ita ꝙ ōnia corpis mē
bra ab inordinato motu cohibʒ quē
racō nō expoſcit·Hūilitas vēo mo
res cōponit.in hoc ꝙ ceruicē depmit.
hūile format riſum:geſtus ꝯpla
nat·veſtitum vilem amat:ſeſe int̄
nouiſſimos collocat·ſui gloriacōē
fugit·ad alioꝝ obſeq̄a pmptiſſim9
ad opprobria tacitus·ad hōrē obla
tū verecūdus:pmptus ad diſcendū.

difficilis ad indignādū·Eciā eſt ad
uertendū:ꝙ hee tres v̄tutes mutuo
ſe defendūt·Nā humilitas maturi
tatē defendit·ne grauitas morū q̄ ī
ea eſt faſtidioſa ⁊ elata videat̄:beni
gnitas tpat eā ne auſtera et dedig
būda putet̄·Econuerſo maturitas te
pat benignitatē:ne leuis et carnali
ter blādiens vel adulatorie applau
dēs eſtimet̄·Rurſū hūilitas ab hijs
tpat̄:vt nec puerilis q̄ ſingularis q̄
ſtolida appareat·Sup additur hijs
paciā ꝓpter caſ9 adūſos:q̄ ipa neceſ
ria ē tpe tribulacōis·Addit̄ eē obe
dientia:q̄ ipa neceſſaria eſt qñ p̄lati
aliq̄d ſingulaē p̄cipiūt ob aliq̄ cāz
arduā·Neqʒ tūc formidādū ē:q̄ tn̄
lia in h° caſu nō ſiūt niſi p inſtinctū
dinū·q̄ potēs eſt iuuaē ſibi obtpan
tes:maxime qñ cura p̄lacōis alicui
impōitur ꝯtra ſuā volūtatē p̄cipue
q̄ ad ſcl'ares vbi maius piculū īmi
net:ſicut btūs greg̃·de ſe cū geitu ex
emplificat·et alij ſcī ſimilit̄·Uerū q̄
niā ī hijs quedā difficultas eſt:pt q̄
voluerit hunc laboriictū in meli9 cō
mutaē:⁊ ꝯſorcia hoim maxīe ſcl'aric
viuētiū deuitaē·⁊ ſibi ⁊ do vacare:
taleſqʒ p loco ⁊ tpe viſitare·q̄ ſibi q̄
edificacōi ſint q̄ ſolacio·Unī ī horolo
gio ſap̄e·talis de h° fōa legit̄·Si op
tabilē cūctis vite ſpūal' pfācōnē hre
deſiderās·ſi viriliī ipāz aggredi affe
ctas:debes teipſū abſtrahē a ſocie
tatib9 ⁊ familiaritatib9 nociuis:et ab
oib9 hoib9 ꝓpoſitū tuū īpedientib9:et
breuit̄ a cūctis mortib9 quātū poſſi
bile ē.ſalua ſemp obediā hūili ⁊ pm
pta ſupioꝝ ſp captās optunitatem
vbi et qñ locū poſſis repire qetis et

contēplacōis: carpē ſecreta ſilētia. p̄
ſentiſqʒ vite vel ſcl̄i vitarē naufragi
a: ⁊ ꝑturbacōes mūdi fugē ꝯſtrepē
tis. Oī tpe puritati cordis debes p̄n
cipaliter ſtudē: vt vicʒ cotidie velut
clauſꝫ oculꝭ corꝑalib9 ſenſib9 ī temet
ipſū ꝯūtais: ⁊ cordis oſtia a formis
ſenſibiliū ⁊ ymagiacōib9 terrēorū
qn̄tū poſſibile ē hēas diligēt ſeāta.
Puritas nāqʒ cordis int̄ oīa exēcitia
ſpūalia q̄damō tāꝗ̄ final' intēcō ac
laboꝝ oīm retbucō q̄ ī hac vita mi-
les x̄ emeit9 ꝯcipe ꝯſueuit ſibi vēdi-
cat pn̄cipatū ſup oīa. h9 tibi ſit p̄nci
pal' ſꝑ conat9 ut aīm tuū iugit̄ ſur
ſū ī ꝯtēplacōne diuoꝝ eleuatū hēas:
ut diuinis reb9 ac deo mēs ſꝑ inhēat:
et derelicta fragilitate tēreā ad ſup
na iugit̄ transferat. Quicq̄d āt ab
hijs diuſū ē. ꝗ̄uis magnū videat̄. ſic̄
corpis caſtigacō. ieiuniū vl' vigilie.
⁊ ſilia vtutis exēcitia q̄ſi ſcdaria ⁊ ī
feriora iudicāda ſūt: et tātū expedi
entia quātū ad cordis puritatē ꝑfici
unt. Inde ē ꝗ̄ iā pauci ad verā ꝑfcō-
nē ꝑueniūt: ꝗ̄ ī remedijs nō multū ꝑ
ficuis tps ⁊ vires expēdūt: ⁊ debita
remedia negligūt ⁊ p9 ponūt. Tu vero
ſi rcō tramite ad finē ītētū ꝑuenire
deſideras: debes ſūope ad ꝑpetuam
cordis puritatē ⁊ mētis trāq̄llitatē ā
helaē: atʒ corſurſū iugit̄ ad dn̄m ele
natū hēē. Null9 eñ mōrbū ē huic ꝯ
tēplacōi iugit̄ inherē: ſʒ iō dcm̄ ē. vt
ſcias vbi mētis tue intēcōeʒ dēas hēē
fixā: et ad quā deſtrācōeʒ ſꝑ aīe tue
reuoces intuitū. Quā cū potueit ob
tinē mēs gaudeat: et a q̄ diſtractaʒ
ſe doleat atʒ ſuſpirz: q̄ciēſcūqʒ ſe ab
illo ītuitu deꝑhēdeit ſepatā. Dū igit̄

comedas ſiu bibas ſiu aliq̄d alid fací
as: ſꝑ hec voꝝ pij p̄rīs reſoēt ī auri
b9 tuis. āmonētis et dicētis. Fili mi
ad cor redeas. ab ōmib9 quātū poſſi
bile ē teipſū abſtrahēdo: mētis oculū
ſꝑ ī puritate ⁊ trāq̄llitate cuſtodias.
intellcm̄ a formis reꝝ īfiaꝝ ꝑ ſuan
do: volūtatis affcm̄ a curis tēreoꝝ pē
t9 abſoluas. amoē feruido ſūmo bo
no ſꝑ īherēdo. Meōriāq̄ʒ iugit̄ ſurſū
eleuatā hēas ꝑ ꝯtēplacōeʒ diuoruʒ
ad ſupna tēdēdo: ita vt tōa aīa cū ōni
b9 potencijs ſuis ⁊ virib9 in deū colle
cta vn9 fiat ſpūs cū eo: in q̄ ſūma ꝑ
fcāo vite ꝯgnoſcit̄ ꝯſiſtē. Attēde dili
gent̄ vba hec: ⁊ ea ī corde tuo q̄ſi līb9.
ſcribe. ⁊ ope implē curato. Qd̄ eñi in
p̄nci9 cū difficultate ſit. poſt9 ea facilit̄
opabit̄: et tādē cū mag̃ delcācōe ag̃.
De perfecta caritate pfcā ſiu cōtēplatiua.
Et ē tcius ſtat9 ei9. Ca. p̄mū
Caritas pfcā ſiue cōtēplatiua
q̄ tercius ſtat9 ſic dici pōt: ꝗ̄ per
eā et in ea pfcāo ſpūalis vite reluceʒ
et ꝯſiſtit: et ydonea ē ad act9 pfcōs
ſpūales pducēdos. Pt eciaʒ dici ma
giſtralis. heroyca. ſenilis. pn̄a. gu
bnatiā ⁊ diuina vel exceſſiua: ſʒ illud
apli. Siu mēte excedi9 deo. ſiu tpati
ſim9 vob̄: caritas dei vrgʒ nos. Et
rcē iſte tercī9 ſtat9 caritatis vltimū
locū ſiue digniſſimū tenet in ſpūali
vita: ſic̄ etas ſenil' in naturali vel ci
uili vita. Senib9 eñi ꝯueit q̄eſcē et
prudēcie vacare alioſqʒ inſtruē ⁊ di
rigē: et ad latus p̄ncipū ſedē ꝑpt̄ ho
noābilitatē ſtat9 ſui: quā multis fi
deliſſimis laborib9 ac ſudoib9 meru
erūt. Perfcā igit̄ caitas ſʒ dcā ſcō-
rū prm̄ hoc p̄cipuū habet ſtudium.

vt deo vacet placide quiete et pure:
quãtum condicio huius vie pmittit:
iuxta illud pš. Vacate et videte: q̃
niam ego ſum deus. Et iterum. Au
diam quid loq̃tur in me dominꝰ deꝰ.
Hic ſtatus ſublimiſſimus eſt: et ita
pauciſſimos habet cultores: vt hijs
diebus pene in obliuionem aut deri
ſum veniſſet: niſi eum in ſacris codi
cibus depictum repiſſemus. Quia
enim rarus valde eſt qui ipſum di
gnis pfectibus meruerit: ideo veluti
abolitus a conuerſacõne humana
deperiſſet eciam a memoria. Quia
vero nonnulli ipſum ante tempꝰ ſto
lide aut preſumptuoſe ſibi vſurpa
runt: ob hoc veluti ſuſpectꝰ aut de
rideretur aut vitaretur. Verum q̃
frequens ſit iſta deriſio hodie. flebi
le eſt dicere. Familiare eſt nunc a
pud plurimos eciã bone volũtatis ho
mines. ſi quem viderint ſpirituali
bus theorijs intendere: vt dicãt ſal
tem in ſentencia. Num ſaul inter p
phetas? Quid ſibi nã vult res iſta
inſolita? Num vno die in terciũ ce
lum volabit? Quis vnq̃ inter om
nes quos nouimꝰ ſic viuere diſpo
ſuit? O vtinam vel nos plãgere dig
ne peccata noſtra poſſemus. Quot
vidimus poſt huiuſmodi exercitia
ſtultum finem habuiſſe? Ceſſet ceſ
ſet: ne ſimul cum illis intereat. Et
reuera non õmino gratis hec loquũ
tur. Vt enim de hoc. noſtro tempoꝛe
loquamur: inextricabiles deceptio
nes audiuimꝰ et ſcimus: quas ob
nichil aliud eueniſſe credimꝰ vtiqꝫ
timoratis hominibus: niſi q̃ more
ſtultarum auium volare nitebant̃

nitinis tempeſtiue alis nõdũ ſufficiẽ
ter corroboratis. Hoc quoqꝫ cum pch
dolor in omni ſtatu deflere ſolemꝰ.
Semp enim ad altiora ſcandẽda
aut õmino tepemus aut p̃cipites ſu
mus: raro conſulti gradimur. Ocu
los ad ſupradictos gradꝰ ſi placet
reflectamꝰ: et forte non mirabimur
quare hodie aut rariſſimos aut nul
los hẽamus. qui ad diuinos ſuplucẽ
tes radios contemplãdos ſint ido
nei. Si ergo regulariter loquẽdo. qui
non poteſt quod minꝰ eſt. nequaq̃
poteſt qḋ maius eſt: conſtat q̃ qui
nondum impleuit mẽſuram carita
tis pficientis: q̃ neqꝫ adhuc ſuffici
at ad inchoandũ aliqḋ exercitium
caritatis pfecte: ſicuti eſt contẽpla
tio aut prelacõ et c. Proteſtoꝛ igitur
confiteoꝛ q̃ de ignotis loquoꝛ: ex de
pictis folijs folia depingo: ex rela
cionibꝰ relacõem tero: et vtinã non
coram dño ſicut ſtolidꝰ ſic p̃ſumptu
oſus inueniar. Colligẽdo ergo pri
mũ occurrit. q̃ cum magno ardore
hic ſtatus eſt deſiderãdus: quia ni
chil graciꝰ deo offerre poterimꝰ. q̃ q̃
eiꝰ pſẽ amici libent̃ eſſemus. Occur
rit ſcḋo. q̃ ad nichil formidoloſiꝰ eſt
accedendũ. q̃ vt eiꝰ tam gratam fa
miliaritatẽ nobis pararemꝰ. q̃ nichil
periculoſiꝰ ẽ q̃ in tãta re ineptos re
periri. Ad iſtud valet ~~et~~ parabola
de inuitatis ad cenam: inter quos v
nus erat qui non habuit veſtẽ nup
cialem. Et quid ei contigit ſcimus.
Ecce mirabile ſuper mirabile. Si
non veniſſet vtiqꝫ cum ceteris ſe ex
cuſantibus. dampnatus fuiſſꝫ. Nũc
autem quia indigne venit: nõ minꝰ

ꝓiectus eſt· Sic in propoſito iuxta
ſentenciā beati Jeronimi.nolle eē ꝑ
fectum delinquere eſt: et indigne ſe
ingerere maioris dāpnacōnis eſt·
Sunt de hac materia plurime lo⸗
cucōes ſanctorum patrum pulcher⸗
rime.in quo videlicet perfectio ſpiri⸗
tualis conſiſtat: et que ſint exerci⸗
tia perfectorum· et qui ad hec aptꝰ
ſit: et qualiť doctrinaliter loquēdo
ꝓueniendū ſit ſemꝑ ad maiorez per
fectionem· Quo ad primum dicunt
conformiter ſicut et ſepe ſuperiꝰ tra⸗
ctum eſt: ꝙ perfectio ſpiritualis vi⸗
te non in alio conſiſtat. ꝙ in perfec⸗
ta dilectione dei et proximi· Quod
nōnulli aduertere non valentes.cre⸗
diderunt ſe varijs exercicijs vltra
vires ſuas: et ſe et alios deceperūt
ſuam iuſticiam ſtatuere conantes.
a iuſticia dei alieni effecti· Quo ad
ſecundum que ſcilicet ſint exercitia
perfectorum: dicendum.ꝙ generali
ter loquendo omnia que in mundo
excogitari poſſunt: nichil eorum ex⸗
cludēdo que perfecta dilectio iſta re
quirit· Et hoc modo ars ſutoria ꝓ
loco et tempore aut alia conſimilis:
plus ſpectat ad perfectum viruz ꝙ
ad imperfectum· Exēplum glorio⸗
ſum habemus in ſancto paulo: qui
in omnibus inſtitutus fuit tanquā
magiſter perfectus: et omnibus om
nia factus erat· Similiter et ī alijs
ſanctis ꝙ plurimis· Hic errauerūt
quidam inflati ſpiritu carnis ſue: ā
bulātes fruſtra in religiōe āgelorū:
q̄ſi nichil deberet ꝑfectꝰ facere niſi in
ꝯtemplacōe ſtare· ꝗ aliq̄ alia opacō
ne ſublimi Non eñ potuerunt intel
ligere.ꝙ quāto eſt aliq̄s ꝑfectior.tā
to magis eſt ōnibꝰ debitor: tā ſapiē
tibꝰ ꝙ inſipiētibꝰ. Relinq̄tur ergo ꝙ
ꝑfectis viris velut magrīs non ē regu
la poſita quid agē ꝓ q̄libꝫ loco et tē
poē deteātꝫ ipſi ꝑm ſcīaz bñ gg̃· ſūt
velut coctꝰ bis tinctꝰ: ſcientes ꝓpt̄ in
hitātem grām et longeuā expienti
am q̄d deo q̄d primo impēdere debe
ant· Verū regulariter loquēdo ꝑm
ꝙ dignioribꝰ digniora exercitia ſo⸗
lent applicari· a quibꝰ ſcꝫ eciā denoi⸗
nacōez accipiūt· ſic dīne dilectioni q̄
ꝑfcā dr· a ſcīs p̄ribꝰ illud ſtudiū de⸗
putatū ut deo inhereat ꝑ cordis mū⸗
diciā· ꝑ ꝯtemplacōem purā· ac orati⸗
nem ꝯtinuam: ſicut dcm̄ eſt ſupra et
infra adhuc amplꝰ dicet̄· Dilectiōi
quoqꝫ proximi q̄ ꝑfecta dr illd exerciti
um ꝑncipaliť incūbit: ut erudiat· do
ceat· conſulat· hortetur· ac ꝑſideat·
ſi q̄n ſe iuſta occaſio ꝑbet· Et ſuper
oīa ſe mediatricez inť illum et deum
efficaciter cōſtituat: placando· im⸗
petrando· reconſiliando· Exempla
plurima de hijs habemꝰ in moyſe·
ſamuele· dauid· helya· yſaia· pau⸗
lo.et alijs: Qui nunc contemplādo
vſqꝫ ad ſumma celi ſecreta volaue
runt: nunc proximis conſulendo vſ
que ad cubilia coniugatorum diſpo
nenda ſemetipſos inclinauerunt·
¶ Quo ad tercium ſcilicet quis ad
hec aptus ſit· dicendum breuiter.ꝙ
ille qui ſupradictos gradus forti
ter prudenterqꝫ compleuerit: et iam
ſentit dominum introrſus ſibi di⸗
centem Amice aſcende ſuperius Et
iterum· Euge ſerue bone et fidelis:
quia ſuper pauca fuiſti ~~fidelis ſup~~

fidelis· ſupra multa te conſtituā·īn
tra in gaudiū dn̄i tui· Hoc exptus
beatus Jeronim9 ait· Experto ſemi de
uote conſulenti credite· Si ſemel
guſtaſtis ꝙ dulcis eſt domin9·ad
quem accedentes poteritis illud ab
eo audire:venite ⁊ oſtendam vobis
omne bonum· Et tunc oſtendet vob
talia:qualia non niſi aſſuete men
tes norunt· Quo ad quartum. ſcili
cet qualiter quis doctrinaliter lo
quendo ſemper ad maiorem perfec
tionem peruenire poſſit. dicendum
ꝙ non eſt neceſſe talia ſcribere·qꝛ
hoc ipſi melius ſciunt per vnctionē
ꝙ per lectionem· Cōdeſcendendo ta
men īpfectis. eciam ſancti poſue
runt quaſdaꝫ aſſuefactiōes vtiles
qib9 ſe exerceāt adhuc rudes·que
tn̄ ſunt vltra meditacōnes et infra
cōtemplacōnes·quaten9 hmōi ſpe
culacōib9 quaſi naturalr̄ ꝯfricati
ad ſupernaturalia cōtemplāda ap
ti fiant· Hec ſunt. exercitatio vtuo
ſa· vita ſolitaria·cordis hūilitas·
puritas mentis·feruoꝛ caritatis·
ſtabilitas voluntatis. Qui hec non
ſectatur·nunꝙ ad graciam cōtem
placōnis pueniet· De pmo dicit gre
gori9 Qui contēplacionis arcem te
nere deſiderāt. pus ſe in campo per
exercitium operis pbent:ut ſollicite
ſciant ſi nulla iam mala pximis
irrogent:ſi irrogata a pximis eq̄
nimit̄ portant:ſi obiectis bonis tpa
libus nequaꝙ mens leticia ſoluit̄:
ſi ſubtractis non nimio merore ſau
ciatur. Ac deinde perpendant. ſi cum
ad ſe redeūt ſemetipſos īntroꝛſus ī eo ꝙ
ſpūalia rimantur· nequaꝙ ſecum

rerum coꝛpalium vmbras trahūt:
et fortaſſe tractas manu diſcretio
nis abigunt· De ſecūdo bernhard9
O ſancta anima ſola eſto:ut ſoli cre
atori omnium ſerues teipſam. quem
ex omnibus tibi elegiſti· Publicum
fuge·fuge et ipſos domeſticos·ſece
de ab amicis· An neſcis verecundū
te habere ſponſum·qui nequaq̄
ſuam tibi poterit indulgere preſen
tiam preſentibus ceteris· De tercio
gregori9 dicit· Contemplari dei ſa
pientiam non poſſunt· qui ſibi ſapi
entes eſſe videntur·quia tāto ab ei9
luce longe ſunt. quanto ad ſemetip
ſos humiles non ſunt·quia dum in
eorum mentibus tumoꝛ elationis
creſcit· aciem contemplacōnis clau
dit·et vnde pre ceteris lucere eſti
mant:inde ſe lumine veritatis pri
uant· Si ergo veraciter ſapiētes
eſſe atqꝫ ipſam ſapienciam contem
plari appetimus. ſtultos nos humi
liter agnoſcamus· De quarto au
guſtin9. Summum bonum non niſi
mentibus purgatiſſimis cernitur·
Mentis enim humane acies inua
lida in tam excellenti luce non fi
gitur:niſi per iuſticiam fidei vegete
tur· De quinto gregori9. Neceſſe eſt
vt quiſquis ad ꝯtemplationis ſtu
dium properat:ſemetipſum prius
ſubtiliter interroget quantum a
met· Machina quippe mentis ē vis
amoris:que hanc dum a mundo ex
trahit in alta ſuſtollit · Prius ergo
diſcutiat ſi ſumma inquirens dili
git· ſi diligens timet:ſi nouit incog
nita · aut amando comprehendere·
aut non comprehenſa venerari· In

In cõtemplationem etenim mentez
ſi amor non excitat: torpor ſui ob-
ſcurat. Item hugo. Conſtat ꝙ q̄ ar-
dentiꝰ diligunt profundiꝰ proſpici-
unt. ⁊ ſubtiliꝰ diſcernunt: ⁊ qui e vi-
cino magis reſpiciunt. proculdubio
euidentius cognoſcunt. Ergo rectiſ-
ſime quanto eterna magis aman-
tur: tanto perfectius cognoſcũtur.
De ſexto Richardus. Cũ diu amor
ad multa ſpergitur. et ad yma deri-
uatur. nunꝙ̄ ad plenam pacem cor
perducitur: nunꝙ̄ ad vere ſerenita-
tis tranquillitatem ſerenatur. O a-
nima infelix ⁊ miſera. vſquequo ſol-
licita es et turbaris erga plurima?
Porro cum vnum ſit neceſſarium: tã-
dem aliquando fige deſiderium: dili-
ge vnum. Sunt et quedam alia
ad contemplacõem ꝓmouencia: ſcili-
cet conſideratio creaturarum. de qua
dictum eſt ſupra ī tercio gradu: hu-
manitas criſti. de qua eciam ibidem.
Item cogniciõ ſuiipſius: de qua dicit
bernhardꝰ. Quãto in cognitione mei
proficio: tãto ad cogniciõem dei acce-
do. Item lectio ſacrorum librorum.
Item deſiderium feruidum. Item o-
racõ continua. que eſt mater ſurſũ
tendentis actionis: ⁊ alia exercitia
ſpũalia. In quibus omnibus ꝙ̄ diu
laborat ſola bone voluntatis intẽ-
tio. conãdo cum communi gratia ac
ſeipſam aſſuefaciendo. quãtum po-
teſt ad cõtemplationes diuinas. eciaz
ſi ꝑueniat ad magnam alacritatez
et cordis iocunditatez. tamẽ adhuc ſi
gracia non eſt efficax ſignum ſpiri-
tualis ꝑfectionis: ſꝫ quãdo dominus
ſemetipſũ oñdit ſancte anime et ei
ſua ſecreta iudicia reuelat: ſicut a-
poſtolis aperte dixit. Iam non dicaz
vos ſeruos: quia ſeruus neſcit quid
faciat dominꝰ eius. Vos autem di-
xi amicos: quia õia quecunqꝫ au-
diui a patre meo nota feci vobis.
Nullum reperio ſignum efficacius
iſto: quo ad veram perfectionem. Jho. 15. q. 31. ar. 2
Nec tamen ob hoc dicendum ē iſtos
certitudinem habere de predeſtinati-
one infallibilem: eo ꝙ gradus in ho-
minibus nõ ſunt immutabiles ſicͭ
in ãgelis: quia hoĩes ſubiecti ſunt
multiplicibus defectibꝰ. Qui em̃ ho-
die ſunt in ſtatu ꝑfecte caritatis. poſ-
ſunt cras ſi deꝰ ꝑmittit cadere ī ali-
quod pc̃m mortale: et omnibꝰ mini-
mis fieri inferiores: ymo ſi in eo per-
ſeuerant eternaliter perire. Hec eſt
doloroſa illa ſententia ſuperiꝰ dic-
ta et iterum dicenda. nunꝙ̄qꝫ reti-
cenda: ſed perfectis viris ante ocu-
los iugiter ponenda: ꝙ videlicet ſicͭ
nullus ſtatus vel chorus in celo fu-
it. de quo non ceciderunt aliqui ſpi-
ritus: ſic heu nullus ſtatus vel gra-
dus caritatis fuit de quo non cor-
ruerunt aliqui viatores: et non ob
aliud niſi ꝓpter defectum ſoliꝰ humi-
litatis tam hic ꝙ̄ illic. Hinc ſumitͭ
racõ quare ſcĩ viri tãto ſtudio tĩorẽ
dei ante oculos poſuerũt: et ut pleni-
us ſe humiliarent: ꝓ varia ſigna me-
moriã mox future mortis ſibi ĩpreſſe-
runt. Et ſi omnibus timendum eſt
letiferum ſupbie virus. maxime ta-
mẽ perfectis in vita ſpirituali: quia
occaſionẽ habent maiorem et peicu-
loſiꝰ cadunt: pluraqꝫ amittũt. Hic
ſcd̃m gregorium in dyalogo ſuo.

pius dn̄s quibuſdā electis ſuis qn̄ꝫ
maiora bō p̄ſtat et quedā minora
nō tribuit: ut ſemp eoꝝ anim⁹ habe
at vn̄ ſe rep̄hendat. q̄tin⁹ diſcāt qꝛ
ex ſemetip̄ꝭ maiora bona nō hn̄t: q̄
in ſemetip̄ꝭ vincē pua vicia atꝫ ex
trema non pn̄t. Sic ergo et vnaq̄
qꝫ aīa agit̄: ut hūilitatis cuſtodia
aliqn̄ lucra maxia ex minimis dā
pnis ſeruet. Sic mēs ex pte cōſtru
cta eſt: et ex pte deſtructā ſe eē ꝯſpi
cit. Sic ōmis hui⁹ vite pfectio quedā
impfectio ē. Sꝫ neqꝫ ioh̄. baptiſta
neqꝫ apl̄i neqꝫ alij viri pfā ſine vei
alib⁹ fuerūt: pmo in multis offende
rūt ōnes. Ex q̄ colligit̄ ꝙ michil phi
bet quin in aliq̄b⁹ exercicijs quarū
dā virtutū. qn̄qꝫ nouell⁹ xp̄ian⁹ exce
dat aliquē virū pfectum: et quo ad
hec eſt illi ſupior. Exemplū habe⁹
de rege aliq̄ ditiſſimo: q̄ nonnūq̄ a
ruſticis frumenta colligē nēce habꝫ
ꝛc̄. Cogimur ita dicē. oīa exteriora
ſigna nedum piculoſa eſſe ſꝫ eciā ſu
ſpecta: q̄ ad oſtendēdaꝫ veraꝫ pfecti
onē caritatis. Pro ampliori intel
lectu hui⁹ materie eſt aduertendū. ꝙ
licet gn̄alit̄ dcm̄ ſit. neſcit homo an
odio vel amore dign⁹ ſit: tm̄ q̄ ad
ſūmos pctōres aut iuſtos iſt͛d non
videt̄ hrē locū quo ad actualeꝫ ſal
tē dignitatē vel indignitatē. Sciūt
nāqꝫ magni pctōres ſe odio dignos:
et piectos ab actuali grā. Sciūt q̄
qꝫ magni iuſti quos pfcōs appella
m⁹ ſe eſſe in actuali grā dei et ab eo
diligi ita ſenſibilit̄ ꝙ de hoc timē q̄
dubitare nō audēt: ꝗuis ꝑpter mu
tabilitatē liberi arbitrij nondū ī bo
no ꝯfirmati de futuro timeāt ut di
ctū eſt. Non q̄ dē ꝙ deus ſe auferat
eis vel ꝙ recedat ab eis: ſꝫ ꝙ ipſi ſe
auferāt deo vel recedāt ab eo: ut au
g⁹. dicit. Videtur ergo p̄dictū v̄bū
debere intelligi de mediocrit̄ iuſtis.
vl̄ iniuſtis: put eciā circūſtācia litte
re ſatis oſ̄dit. Ecclēiaſtes. 9. Si obi
citur illa regula theological̄: Nēo
pōt ſcire certitudialiter an in grā ſit
de cōmūi lege niſi p reuelacōem: Di
co. ꝙ nō eſt cōtra ꝓpoſitum. Iam ei
dcm̄ eſt: ꝙ dn̄s de⁹ pfcīs reuelat ſe
creta iudicia ſua tm̄ꝙ p̄cipuis ami
cis. Et vtiqꝫ valde racōnabile ap
paret. ꝙ p̄mū reuelet eis ſtatū ip̄o
rum ꝓpriū directe vel indirectē: hoc ē
p manifeſtā inſpiracōnez vel p aliq̄
apta ſigna amicicie ꝙ in grā eius
ſint. Nā hoc ſup ōmia maxime ſcire
deſiderāt. Relinq̄tur ergo ꝓbabiliter
loquēdo. ꝙ qui ad hanc mēſurā nō
dum puenerūt: ꝙ eciaꝫ tales nōdū
inter pfcōs ꝯnumerāri mereātur. Cō
trariū dicere: videt̄ magnā ꝯtumeli
am inferre ſacris ſcripturis ac ſcō
rum prm̄ doctrinis. Dicit em̄ apl̄us:
q̄ſi oīno ſecurus de actuali grā. An
expimētū ei⁹ q̄ritis qui in me loqui
tur xp̄s? Itē. grā ei⁹ in me vacua non
fuit. Itē. grā ei⁹ in me ſemp manet.
Itē. Quis nos ſepabit a caritate di:
ꝛc̄. cū multis ſimilib⁹. Et tn̄ idē q̄ſi
de futuro incert⁹ dicit. Caſtigo cor
p⁹ meum ꝛ ī ſeruitutē redigo: ne for
te cū alijs p̄dicauero ipſe reprobus
efficiar. Et dn̄s aplis apte dicens
vos aūt dixi amicos ꝛc̄: eciā adiun
xit. Manete ī dilectiōe mea ꝛc̄. Al
ta eciā dcā ſcōꝝ ad eundē ſenſum tē
dunt: de quib⁹ infra dicet̄. Colligēdo

igitur ſimul que ſparſim dicimꝰ: ar
bitramur quãtum datur intelligi p
fectos viros õmimodam hrẽ certitu
dinem de actuali grã in q̄ ſtãt: mi
chilominꝰ cũ timore de recidiuacõe
in pcc̄a tam venialia q̄ mortalia. Et
q̄ hmõi certitudinem non pñt habe
re p aliq̄ exercitia ꝓpria ſiue inter
na ſiu externa. ſʒ per reuelacõem ſu
pernaturalẽ directe vel indirecte. In
qua ſe magis hñt paſſiue q̄ actiue.
¶ Et ſi hic aliquis velit inferre. quaſi
ob hoc nemo poſſit eſſe perfectꝰ niſi
habuerit huiuſmodi reuelacõnem.
Dicimꝰ q̄ hoc non eſt neceſſe. Nos
eñ peruenire non poſſumꝰ ad agni
cõnem ſpiritualium: niſi per aliqua
ſigna nobis nota. Et ergo ſi alicuiꝰ
pfectionẽ vult deꝰ notam eſſe nobis
vel eciã ſibi qui iam ad tantum gra
dum ꝓfecit: oportet q̄ hoc predicto
modo fiat. Et tunc dicimus: q̄ talis
digne meretur int̄ perfectos ꝯnume
rari. Si autē vult eiꝰ perfectõnẽ eſ
ſe ignotā ſibi ⁊ nobis: tunc quo ad
forum ecc̄ie predicta ſigna eciā ne
q̄ ſibi neq̄ alijs oſtēdit. Et hoc mo
do dicitur coram deo perfectus ⁊ ta
mẽ in facie ecc̄ie non computatur in
ter pfectos. Exemplũ familiare hẽ
mꝰ de aliq̄ diuite qui latenter ſuos
theſauros abſcondit: hic coram po
pulo p diuite non veneratr̄ q̄uis di
tiſſimꝰ ſit. Poteſt eciam cõtingē q̄
nec ipſe diues ſciat ſe tantis habũ
dare: ſʒ per aliquem fidelem amicū
cuncta diſpenſentur: qui cum certa
dies inſteterit õnia integre pñtabit.
Huiꝰ figurã olim mardocheꝰ geſta
uit: cui p fideli amicicia vſq̄ ad tem
pꝰ nichil õnino retributum fuit: do
nec diſponēte dño pleniſſime a rege
aſſuero eciã vltra ſpē quaſi in vna
hora premiaret̄: ſublimaretur ac
magnificentiſſime: vt dr̄ heſter. 6.
Sic dominꝰ deꝰ multos perfectos
vult latere ſuam perfectionem vſq̄
ad certum tempus. Quorundā eci
am perfectionem vult et illis ſolis i
noteſci ad ipſorum conſolacõnem.
Quorundam et ipſis et eciam alijs
vult ſcire. ad edificacõnem eccleſie
ſue. In quibus omnibus hoc iterum
repetēdum eſt. q̄ ꝙ de iſtis que a
guntur ex occultis iudicijs dei nul
la poteſt regula dari: ſicut neq̄ de
priuilegijs paucorum. Legitur in vi
tiſpatrum q̄ quidam magni nomi
nis abbas eciam vltra cõmunē p
fectionem tam magnam famam p
meruit. vt inter ſanctos patres ſic̄
vere fuit digniſſimus reputaretur:
et tamen quedam ancilla coquina
ria cuiuſdam monaſterij que velut
inſana et demoniaca quotidie a ſu
is conſocijs deridebat̄. ipſo in ſpiri
tuali perfectione maior fuit. Simi
lia hijs multa legimus. Hec autē
tam latens et occulta perfectio ex
nulla re alia procedit quã ex ma
iore dilectione dei et proximi: que
quia occultatur nobis ideo de ipſa
niſi per exteriora ſigna vel diuinā
reuelacõnem iudicare non poſſu
mus. Hoc igitur tanq̄ ſolido fun
damento poſito. illos pro perfectis
viris ſuſcipimus venerandos ac
imitandos. et veluti ſpirituales pa
tres ac duces profectus noſtri: qui
non cum qualibuſcumq̄ ſignis

ſignis veniūt aut ſe ꝓmouent vt ho
nori hēant. ſꝫ cū illis et talib⁹ ſine
atteſtacōis ſignis. de quib⁹ neqꝫ ip
ſi neqꝫ nos dubitare poſſum⁹ quin
a deo ſint. et ad hoc data ut teſti-
moniū ꝑhibeāt ecc̃ie ſancte. ꝙ tales
veracit̃ amici dei ſint. et ſpm̄ xp̄i ha
beant: ad edificandū corp⁹ ei⁹ miſti
cū hoc eſt eccīam ipſaꝫ. que nōnun
ꝗ̄ eciaꝫ hm̄ōi inſolitis gracijs opus
habꝫ. Tales fuerūt glorioſi ꝑ̄triar-
che ꝓphete apl̄i ac martires ꝗ̄plu
res. Deinde inclititi ꝯfeſſores. ep̄i. ab
bates. monachi. paſtores. p̄ſbiteri.
diaconi ac alij vtriuſqꝫ ſex⁹ fideles: in
quib⁹ tāta gracia emicaut ut eos ꝑ
fectos in ſpūali fuiſſe vita nemo du
bitaret. Hos igit̃ in ſpū dei ſuſcipi
m⁹ cū exemplis ipſoꝝ ac doctrinis
ſecure imitādos. de occultis deo iu
diciū relinqm⁹: ceteros quoqꝫ infe
rioris grad⁹ in xp̄o diligētes. cū ipſis
ꝑiter ꝑficiſci conabimur ꝓ poſſe no
ſtro: ipſoꝝqꝫ conſilia ⁊ auxilia am
plectendo. ſi et inꝗ̄tū a terminis tā
celebrimoꝝ pr̄m non recedāt: q̄s ip
ſi tāto ſtudio ſpūſancto afflati ſta-
tuerūt ꝓ ſecuriori adeptiōe eiuſdem
ſpūalis ꝑfc̄ōnis: q̄ finis eſt vltim⁹
toti⁹ xp̄iani actionis ac laboris. Id
nc̃ce eſt cū huiuſmodi omnimodā cer
titudinē aliqueꝫ velut ꝑfc̄m ſuſcipe
re: An non ſcriptū eſt. ꝓbate ſpūs
an ex deo ſunt: Et q̄s neſciat. ꝙ ſic̄
in oñſione vniuſ ꝑfc̄i viri qui vere per
fect⁹ eſt plurima bō ꝓueniāt: ſic e re
gione ſi aliquis fict⁹ ſub veſtitu per
fc̄orum ꝯpuerit. infinita mala ſeq̄n
tur: Quis vniuſa ꝑicula narrare
ſufficiat. q̄ hac occaſiōe introducta

fuerūt: Quātū ꝑtubit eccia dei ꝑ ta
les. eciā apoſtol⁹ inſinuare curauit
dicēs. ij. co͠rī. xi. Ipſe angel⁹ ſathāe
trāſfigurat ſe in angelū lucis. Et
pſeudo apoſtoli opariȷ ſubdoli trāſ
figurāt ſe in apl̄os xp̄i. Vbi dt glo.
ꝙ i hac tēptacōe tāta eſt difficultas
ꝙ nemo ſine deo p̄t ipſam euadere:
et op⁹ eſt mag̃ vigilantia ne q̄s p⁹
ſathanā eat. putans ſe hr̄e āgelos
bonos amicos quādo habet malos
demōes fictos amicos: eoſqꝫ tanto
nocētiores quāto aſtutiores ac fal
laciores patit̃ inimicos. Neqꝫ ſanc
ti et fideles vni⁹ veri dei cultores. ab
eoꝝ fallacijs ⁊ multiformi tēptacō
ne ſecuri ſunt. Hec ꝓ tanto dicta ſint.
ut attēdam⁹ miſteriū ſpūalis ꝑfe-
ctionis. ꝗ̄ altum ꝗ̄ rarū hijs dieb⁹
ſit: quātumqꝫ ꝑiculum eciā bone vo
luntatis hoībus immineat. ſi abſꝫ
ſine ordinacōe ad tāte celſitudinis ex
ercitia ſe trāſferant: ꝙqꝫ ſecurū ſit
de ſe vnūquēqꝫ ſemp humilit̃ ſentiē
hūilib⁹qꝫ ꝯſentire: donec dominus
eū ad ſublimioā nedū certiſſiē. ſed
eciā ꝯpulſorie ſuſtollat. Exēplum
planū in moyſe habem⁹ et alijs mł
tis: qui ōnes pt⁹ lōgeuā ac multipli
cem oīm v̄tutum exercitacōem late
re cupiebāt: nomē quoqꝫ ꝑfectionis
eciā ſimit⁹ ſibi imponi metuebant.
Et hec ꝯſentanea omniū ſcoꝝ pr̄m
doctrina: vt ſi quid in grā ꝯtēplaci
onis aut ſine reuelacōis inſolitum
occurrat. aut ꝓſpere ſuccedat: omi
no ſecretum teneat. humiliēqꝫ de ſe
ſenciat. nec q̄c ꝗ̄ ſuis meritis aſcri
bat: ſꝫ in illum penitus refundat. q̄
hoc ei ex ſua liberaliſſima bonitate

donauit· Ad hoc deſeruit q̄ apo-
ſtolus per ānos quatuordecī̄ ſubti-
cuit grām ſibi collatam·ut patz·2·
corint·12· vbi dicit· Scio hominē
in xp̄o ante annos 14·glō· Ex eo q̄
tā diu tacuit·pſtat non ſuperbe ſed
ex nc̄citate dici. Et yſa·24·de hijs id
pphēta loquens ait. Secretū meū
michi·ſecretū meum michi. Hic rep-
hēdūtur q̄dam in tpāti de vanitate
cordis ſui·qui ſtatim ut aliquid grē
cie percipiūt eandē velut canalecon
tinuo effūdūt·ſeqz dīna illuſtracōe
indignos faciunt. Sz dimiſſis iſtis.
ad pſequendam materiam de hac
caritate perfcā redeam9 Ubi eſt ad-
ūtend. q̄ ſicut ſup̄ dcm̄ eſt. perfcā ca-
ritas corrñdet ſup̄me ierarchie in ce-
leſtib9 et ſuos cultoēs ad ipſam le-
uat· Et hz tres gd9·qui hoc mō pñt
introduci· Nā aīa ſcā que iā ſupr̄
dictos gd9 pleuit 7 ſentit in ſe gr̄iā
ſollicitātē ad altiora·nō dubiū quin
auidiſſime iaz aſpiret ad vidēdum
deum et fruendū colloquio ipſi9. Sz
quia adhuc pro omni deſiderio ſuo
non licet q̄diu viatrix eſt·accipit
tamen quaſdam illuminacōnes ſi-
bi congruas·iuxta menſuram me-
ritorum ſuorum et capacitatis in-
terne· Per quas ſe ſemper diſpo-
nit ad amplius propinquandum il-
li cuius iam tam ſuauem guſtū ſen-
tire cepit· Occurrit ergo ei primum
illa veritas iudiciorum dei occulto-
rum· omnia propter electos·cū il-
luminacōe mirabili·que ſentiri qui-
dem poteſt ſz dici aut ſcribi non po-
teſt·quaſi iam michil gratius d̄o fa-
cere poſſit q̄ q̄ ſecum pro ſaluacōe
animarum laboret·quia ad hoc ap-
ta eſt· Et hic gradus correſpondet
thronis·in quibus deus ſedet et ſua
iudicia de iſtis inferioribus diſpo-
nit· Iſti ergo vnum ſunt cum deo in
zelo animarum et operacōne conti-
nua et ſupernaturali labore longe
vltra vires conſuetas·iuxta illud
omnia poſſum in eo qui me confor-
tat ut infra dicetur· Secundo le-
uat ſe ſancta anima adhuc altius
pp̄t grāz nouā q̄ p efficacia p̄dcā p-
meruit·ſicut q̄n de9 vult et vocat eā·
7 occurrit ei tūc illa veritas ſblimis
celicoꝝ iudicioꝝ dei· oīa pp̄t āgelos·
ſm illd· Iudicabit in natio·iple·rui-
nas· Cum illuminatione celica et
inſolita·tantūmodo illis nota qui
eam percipere meruerunt·quaſi iaz
nichil gratius deo facere poſſit q̄m
q̄ angelicos mores imitetur· Deū
ſcilicet cum ipſis iugiter laudando
et contemplando·exteriorum occu-
pationum ſedulitate oblita· Et hic
gradus correſpondet cherubyn·in
quibus eſt plenitudo ſcientie· Ter-
tio leuat ſe ſancta anima altiſſime
videlicet in ipſum deum·per graciā
eius quam poſt omnes ſupradcōs
gradus promeruit·quaſi iam ī om-
nibus creaturis feliciter attediata·
et occurrit ei illa veritas ſublimiſſi-
ma ac diuina· pūbiorū·xvi°· Om-
nia propter ſemetipſum fecit deus·
cum illuminacōne deifica et ardore
ſecretiſſimo·qualis nec ſcribi poteſt
neqz hominibus loqui licet· Et hic
eſt finis totius conſummationis
omnium viatorum et quies perfe-
cta in deo·in quo feliciter ~~ardent et~~

ardētᷓ viuunt quātum fas ē· donec
carne ſoluta ōniqꝫ impedimēto re-
moto ad ipſū euolēt feliciſſime· dein
ceps cōtēplaturi eum facie ad faci-
em abſqꝫ ōni velamine vel enigma-
te ſicuti eſt· vbi nullꝰ ē finis ꝫ viſio
btā et reqes eternalit̄ mā̄ſura · Et
iſte gradꝰ correſpōdet ſeraphin· q̄ dicū-
tur ardētes vel incēdētes · Proceſſꝰ
iſte ex illo dicto ſaluatoris p̄t ſumi.
Si dixero vobis t̄rena et non cre-
ditis· quō ſi dixero vobis celeſtia cre-
detis· In q̄bꝰ verbis innuūtur gdus
illūīacōnū dīnaꝝ · Noluit namqꝫ
dominꝰ nicodemo pādere miſteia ce-
leſtis ierarchie· q̄ nōdum cape po-
tuit miſteria eccleſiaſtice ierarchie·
ſcꝫ de innouacōne hominis p grām
baptiſmalē· Gradꝰ. ergo iſti ſunt
hoc mō diſponēdi· ut p̄mo pfectꝰ aī-
cꝰ dei in ſe ſuſcipiat ſecretas reuela-
cōnes quo ad eccīaſtica miſteia· ſe-
cūdo quo ad angelica· tertio q̄ ad di-
uina. Sicut em̄ ſupra dcm̄ ē oēs ſta-
tꝰ caritatis hn̄t hunc triplicē aſpe-
ctum ſm gradꝰ ſuos· vt primꝰ ꝓxim.
ſecundꝰ āgelos· terciꝰ deū attēdat·
Circa hec namqꝫ tria diligibilia ca-
ritas ſe exercē habꝫ ex p̄cepto ᷓ cir-
ca nichil aliud· gradꝰ quoqꝫ ᷓ ꝓceſ-
ſus eſt talis ut a ꝓximo incipiat· q̄-
tenꝰ ad angelos et deū perueniat·
Qui em̄ nō diligit ꝓximū ſuū quē
videt· deū ᷓ āgelos quō diligē pote-
rit quos nō videt· Quod aūt de ſe di-
ligendo nō eſt datū explicite p̄cep-
tū· eſt ideo ſm Augꝰ· q̄ natura ſuf-
ficit ad hoc· Quātūlibꝫ em̄ homo ex-
cidit a caritate· adhuc illi remanet
dilectio ſui· taꝫ corpis q̄ꝫ anime · Et

hāc dilectōem ſui ipſiꝰ efficacit̄ ꝓmo-
uet· ſi p̄dicta tria pfcē dilexerit· Ni-
chil ergo ſalubriꝰ q̄ꝫ hijs intendere·
Hic eſt iterū vna ſolēpnis q̄ſtio de
caritate· an vicꝫ ꝯtingat eam auge-
ri in quolibꝫ ſuo actu ſeu motu. vel ī
aliquo non· Ad hanc q̄ſtionē ſatis
ꝯformit̄ r̄ndent doctores et dicunt·
q̄ actus pfectꝰ caritatis iam habi-
te meretur augmētū ipſiꝰ caritatis.
Actꝰ autē impfcūs non meret̄ aug-
mētum eiꝰ· ꝫ tam̄ diſponit ad hō· ſic
vna gutta nō cauat lapidē ꝫ plu-
res· Dicit̄ aūt actꝰ ille pfectꝰ qui eli-
citur a volūtate p grām· ita pfcē q̄
p graciā habitā non p̄t elicere per-
fectiorē· neqꝫ ſm vires naturales
quas actualit̄ habꝫ· Ita q̄ natura
pit̄er cū gracia faciūt extremū poſ-
ſe ſuū· Talis actꝰ actualit̄ meretur
augmētū caritatis vt ſcꝫ ſtatī fiat·
ſicut patꝫ in actu martirij· aut alte-
ro ꝯſimili· Illi aūt actꝰ qui ab hac
pfectione deficiunt· cum ſic multipli-
cati fuerint q̄ ōnes ſimul vni tali p-
fcō equalēt· pie credēdum eſt q̄ tūc
deꝰ ex ſua liberalitate in ſic opante
augeat caritatē. Hec ē ſn̄ia rich· de
media villa ſup· 2°· diſ· 2A· et bibti·
Et dicit mgr̄ bar· carth· q̄ ſm hanc
modificacōnē debeat intelligi dictuꝫ
ſancti thoē in· 22ᵉ· dicētis q̄ non in
q̄libet actu caritatis caritas auget̄·
ꝫ q̄libet actꝰ caritatis diſpoīt ad cari-
tatis augmētū· Ex q̄ ſeq̄tur q̄ꝫ ſit ſa-
lubre q̄ hō feruēt ᷓ diſcrete inſiſtat
opibꝰ bonis ᷓ nō tepide· q̄ talis ali-
q̄n plꝰ meret̄ ī die q̄ꝫ alt̄ in āno· ſm q̄
btūs Jerō· dicit Subitus feruor. lon-
gum vincit teporem ·

De caritate tronica ſiue iudicia ria. Ca. 2m.

Tronica ſiue iuditiaria cari
tas ſic dici pōt: q̄ per eam
mereatur homo qui ipſam
hūerit aſſumi in chorum thronorū
qui eſt ſeptim⁹ in aſcendēdo. et pri
m⁹ tercie ierarchie. Cui corrn̄det p̄
m⁹ gr̄d⁹ caritatis perfecte: iuxta aſſig
nōnem ſup̄ poſitā. Ipſe ē ſeptim⁹ to
ti⁹ nouenarie diſtinctionis: ſ̄m q̄ pla
niſſime dici p̄t. q̄ ſeptim⁹ gr̄d⁹ leuat
ad ſeptimū chorū. ut ſup̄ dcm̄ eſt.
Pro hui⁹ materie introductione eſt
aduertendum. q̄ tam varia exercitia
pfectoꝝ reperiūtur in libris ſanctis
tam quo ad deum q̄m quo ad pri
mū. ut merito dicat̄ p aplm̄. i. cor. 12.
q̄ n̄ ſolū ſit diuiſio grē. ſ; diuiſiōes
grārum: vtrāq; plurali numero de
ſcribens. Ait enim. Diuiſiones gra
tiarū ſunt: idē autem ſpūs. Et diui
ſiōes miniſtrationū ſūt: idē āt dn̄s.
Et diuiſiones opationū ſunt: idem
aūt de⁹ qui opatur ōnia in ōnibus.
Ecce pauca verba. ſ; q̄plura ī hijs
includūtur: put glō. notabilit̄ ibidē
exponit. Et ſubdit apl's quedam in
geneāli que pfectis ꝯueniunt dicēs.
Vnicuiq; autē datur manifeſtatio
ſpūs ad vtilitatem. Alij quidē dat̄
p ſpm̄ ſermo ſapiencie: alij autē ſer
mo ſciencie. ſ̄m eundem ſpm̄. Vbi
dicit glō. Diſtingue inter ſapiēciam
et ſciētiam. Sapīa eſt in ꝯtempla
tiōe eternoꝝ. Et quid in eternis eſt
niſi de⁹ cui⁹ ſoli⁹ immutabilis ē na
tura: Sc̄ia vero eſt in actione tpali
um: vbi mala ſunt in quib⁹ caute ꝛ
prudēter conuiſand' ē. Et hec duo tūc
dicūtur dari p ſpm̄ ad vtilitatē ec
cleſie: quādo ita excellēter dātur: vt
eciā alijs pſint. atq; p ſermonē ipſ̄
eloqui poſſint. Enumerat eciā alia
dicens. Alteri fides in eodem ſpiritu
glō. cōſtācia fidei ideſt tam magna
fides que nullis aduerſis cedit: aut
ſermone copioſo ac prompto ad ſa
tiſfaciendum omni poſcenti. Alij o
peracio virtutum ideſt miraculorū:
que ſunt ſupra naturam. Alij pro
phecia: ideſt predicere futura. Alij
diſcrecō ſpirituū: ut diſcernat quod
audit t. quo ſpiritu bono an malo
dicatur: quia eciam dyabolus bo
na ſeductorie dicit. Alij genera lin
guarū: ideſt loqui diuerſis linguis.
Alij interpretatio ſermonum vel vi
ſionum: que neceſſaria eſt in pro
phetis et euangelijs et alijs ſcrip
turis. Hec autem omnia operatur
vnus atq; idem ſpiritus: diuidens
ſingulis pro vt vult. Hec ſunt ex
ercitia perfectorum et aptiſſime hu
ic gradui conuenire videntur: quia
quicumq; iſta meruit iam inter fa
miliares amicos dei connumeātur
et ſufficiens eſt vt alijs preſideat:
eos doceat. hortetur. diiudicet. ca
teſiſet. et iugiter ad meliora pro
uocet. De hoc ſic dicit beatus Gre
gorius. Sunt nonnulli qui dum
ſibimetipſis vigilanti cura domi
nātur. dum ſe ſollicita intencione
diſcutiunt. diuino timori ſemp inhe
rentes: hoc in munere virtutis ac
cipiunt: quod iudicare recte et ali
os poſſint. Quorum profecto men
tibus dūm diuina contemplacio
preſto eſt. in hijs velut in throno

ſuo dn̄s p̄ſidens· alioꝝ facta exami
nat· ⁊ cūcta mirabilit̄ de ſua ſede di
ſpēſat· Quid ergo iſti niſi throni ſui
ꝯditoris ſūt· vel q̄ niſi ad ſupnaꝝ ſe
diū nūeros aſſcribūtur? Per q̄s dū
ſcā ecc̄ia regit̄· plerūqꝫ de quibuſdā
ſuis infirmis actibꝰ eciā clā iudicā
tur· Hic notādum q̄ btūs greḡ· in
ſupioribꝰ gradibꝰ nullā facit menti
onē de officio paſtoralis cure· q̄ illi
adhuc ſatis hn̄t agē ꝓ ſemetipſ̄· ſed
iſtis velut mgr̄is p̄latiōis onꝰ apte
imponēdum cēſuit· Sūt enī p̄ cōte
platiōem deo ꝯiuncti· vt ab eo audi
ant quid ſubiectis vtilit̄ p̄cipiant·
Sūt eciā p̄ ꝯpaſſionē ꝓximis incli
nati· vt ab eis audiāt quibꝰ potiſſi
mū opꝰ habeāt· Sunt deniqꝫ deo fa
miliares in oracōibꝰ ſuis· vt facile
ꝓ ſubditis impetrēt· qd ipſi adhuc
nequnt· ⁊ ad eum recurrāt fiducia
liter in ōni cā· ne ꝓpter defectū diui
auxilij eciā ipſi ſubditi pereāt q̄bus
prelati ſūt· De hac mgr̄ali caritate
idē gregoꝰ· vir ſcūs quaſi multa ex
pientia doctꝰ· egregium opꝰ edi
dit· quod paſtorale dr̄ ī alijs ſcrip
tis ſuis de eadem multipliciter trac
tat illud ſemp̄ concludēs· q̄ ars ar
tium ⁊ ſcīa ſcienciarū eſt regimen
animarum. Ex quo trahit̄ quare ſci
licet ſcī viri tantope fugiunt prela
cōnes· adeptaſqꝫ reſignare cupiūt·
quia videlicꝫ nimirū aduertunt q̄
magiſterium ſpiritualis vite ardu
iſſimum eſt, et valde timent merito,
qꝫ eis timendum eſt ne indigni ſint
et inſufficientes ad tot animas pro
curandas· qui in ſuis proprijs ne
gocijs ſe multiformiter delinquere

ſciunt· Quis enim niſi omnino pre
ſūptuoſus dicere audeat ſe ad hūc
gradum ſeptimum profeciſſe· cete
roſqꝫ ſupradictos ſufficienter tran
ſcendiſſe· ac per conſequens iaꝫ ad
animarum cuſtodiam valenter ex
creuiſſe· cum iſte primum ad hᵒ dig
nus iudicetur ut alijs velut magi
ſter ac doctor preſideat· qui hūc tā
multiplici experientia et doctrina il
luſtrationeqꝫ diuina adeptus fue
rit? Quis inquā taliter ſibijpſi blā
diri audebit? Merito ergo vniuer
ſis prelatis quantumcumqꝫ valen
tibus valde timendum eſt. Quod ſi
forte aliquis diuinitus per apertū
miraculum vocatus fuerit· vt moy
ſes aut dauid· paulus· vel petrus·
ambroſiꝰ· vel gregorius: adhuc ta
men q̄ ſit formidabile alijs preeſ
ſe· ipſi tam ſpectabiles viri ſuis do
ctrinis et exemplis palam oſtende
runt· An non paulus ipſe quaſi to
tus pauidus ait· Caſtigo corpus
meum ⁊c̄· Et dominꝰ in euangelio·
Quid proficit homo ſi totum mun
dum lucretur· ſeipſum autem per
dat ⁊ detrimētum anime ſue faciat.
Heu quot et quāti eciam irrecuperā
biliter corruerunt· q̄uis in primis
per omnia aptiſſimi extiterunt· Fa
cile ſiquidem eſt hec ardua virtutū
exercitia inchoare· ſed non eque fa
cile ipſa debito fine conſūmare· Si
ergo ſic perfectis viris timendum ē.
quid neophitis? Poſſet hic aliquis
fortiſſime inſtare· ac dicere· Si tā
ta requiritur perfectio in prelatis. ut
debeāt reſpectu ſubditoꝝ eē ſic ma
giſtri r̄ſpcū diſcipuloꝝ ⁊ ī grā di ita

ſublimes ut ipſi ſint deo ita famili
ares reſpcũ ſubditoꝝ ſicut amici re
ſpcũ ſeruoꝝ. et in vita ſic exempla
res ut merito ipſi dicãtur paſtores
⁊ ſubditi greges. ergo videtur ꝙ om
nes pene prelati ſint in periculo ani
marum ſuarum. quod graue eſt di
cere. Quis enĩ de ſe talia exiſtima
re audebit? Reſpondetur ꝙ illa dic
ta ſancti ꝓphete ezechielis. yſaye.
pauli. et beati gregorij. ſolidiſſima
ſunt omnia concordantia cum dic
to ſaluatoris. qui dicit fidelẽ oporte
re eẽ paſtorẽ bonũ et prudentẽ. atq̃
fortẽ. ita ut aĩam ſuã ponat ꝓ oui
bꝰ ſuis. et cetera que canõ narrat.
Qꝫ aũt ex iſto infert̃ q̃ſi ob hoc vni
uerſi p̃lati ſint in ſtatu dãpnacõnis:
nõ habet firmitatẽ. Nõ eſt: qꝛ timoꝛa
ti p̃lati q̃ ſibi bñ cõſcij ſũt ꝙ ad hũc
gradum nõdum ꝑuenerũt. etiã eq̃
bene ſibi conſcij ſunt ꝙ prelaturam
quã habẽt nõ deſiderauerũt: ſꝫ ne
ceſſitatis cauſa ꝓpt̃ bonũ obediẽtie
et vtilitatẽ eccĩe humeros paciẽter
ſuppoſuerũt. ſemꝑ humilitatẽ ſuaꝫ
ꝙ indigni et inſufficiẽtes ſint recog
noſcẽtes. quotidieq̃ ut ab onere tã
te ꝑlacõis ſubleuẽtur petẽtes: qua
tenꝰ ſic in ſecuriori ſtatu cũ ceteris
omibꝰ xp̃i aĩas ſuas ſaluaꝛe poſſint.
Hinc in ſacris religionibꝰ vbi ſolli
cite viuitur mos inoleuit et q̃ſi lex
obtinuit. ut prelati crebro petant ſe
abſolui ab officijs ſuis. quaſi nõ au
deant in eis permanere niſi ex coac
tione obedientie. Qui ſic in prelatu
ris degunt facientes quod in ſe eſt
ſꝫm graciam ſibi datam. q̃uis tamẽ
adhuc ad iſtum integrãlem ſiue ꝑfec
tum gradum nondum ꝑuenerũt. nõ
ſolum excuſãtur: ſꝫ etiã plurimũ me
rẽtur. Qui vero ſe ingerũt aut defẽ
dũt audacter. nolẽtes recognoſcere
impfcm̃ ſuum: in magno ꝑiculo aĩ
marum ſuaꝝ ſunt. Si autẽ idonei
ſint et legittime vocati. tñ nullomo
do ad reſignãdum parati. q̃uis om
nia bñ faciant. nichilominꝰ ex illa ꝑ
te maculã contrahũt ꝙ prelati eſſe
volunt magis q̃ ſubiecti: duriſſimũ
qꝫ eis iudicium erit eo ꝙ ſeipſos tã
ti eſtimarunt ⁊ abſq̃ rõnabili cau
ſa ꝓpriam animam cõſiderer magis
q̃ humilit̃ extulerũt. q̃ſi pre ceteris
vtiliores forẽt. Scimus enĩ exem
pla ſcõrum: q̃ ſemꝑ ad reſignãdum
ꝓmpti ⁊ ad r̃tinẽdũ dignitates dif
ficillimi extiterũt. Igit̃ q̃ eos ſeq̃tur:
ſecuriꝰ gradit̃. Ut aũt clariꝰ eluce
ſcat qꝺ dcm̃ ẽ ponẽꝰ ipſa exẽpla ſcõꝝ
q̃ hãc ꝑfcõnẽ attigerẽt. ꝑꝰ tãgẽdo q̃
ſtolide q̃dã decipiũt̃ q̃ ſe idoneos ad
p̃latuãs ſũ curã aĩaꝝ arbitrãt̃ ꝓeo
ſolũ ꝙ lrãs ꝑ ceteris norũt. ã ſcpta
doctoꝝ catholicoꝝ copioſiꝰ memorie
cõmẽdarũt: quaſi hoc ſolũ ſufficiat
ad ſpũalẽ ꝑfcõnẽ: cõtradicẽte aplo
ꝙ nõ in ſublimitate ſmonis conſi
ſtat regnũ dei: ſꝫ in oſtẽſione ſpũs et
v̾tutis. glo. In ſermone et p̃dicatio
ne mea oſtendi me habere ſpiritum
et virtutem: quia nobis reuelauit
deꝰ per ſpiritũ ſuum qui omnia ſcru
tatur. Non enĩ ſpiritum huiꝰ mũdi
accepimꝰ ſꝫ ſpm̃ qui ex deo eſt: ut ſci
amꝰ que a deo donata ſunt nobis: q̃
et loquimur non in doctis humane
ſapiẽtie verbis: ſed in doctrina ſpũs.
ſpiritualibus ſpũalia comparãtes.

Vbi ſciendū ꝙ ꝑfectō iſta ex duobꝫ
reſultat:ſcꝫ ex longeua expientia·
et ſana doctrina· Q̄ ſi vnū eorū de
ſit:piculum imminet· Facile ſibi no
mē ſanctitatis acq̄rit doctꝰ nouiciꝰ:
tū ꝓpter litteraturā· tū ꝓpter feruo
rem. Verū niſi longeua decoctꝰ fue
rit:expientia ſuſpectū hrī debet q̄c-
quid dixerit· Nō em̄ dicit illud in tē
pe ſuo niſi forte caſualit᷑:velut ſagit
tariꝰ impitus qui nōnūq̄ſ ſagittaꝫ
ex euētu ad punctū ꝓicit· Illi autē
qui ī ſeipꝭ expti ſunt multiformes
nature varietates. miſerias. difficul
tates· inclinacōes· paſſiones· recidi
uacōes· infirmitates· tēptacōes· ce
teraſqꝫ ꝓnitates ad malū et iā iſta
euaſerūt ꝑ cooꝑantem graciā:iſti ī
q̄ꝯ conſulte ꝓcedunt:linū fumigās
non extinguētes· neqꝫ calamū con
quaſſatū cōterētes. Talis fuit olim
btūs bn̄dictus qui ſcē cōgregacōni
ſue exēplo et verbo ꝓfuit· potens in
ope et ſermone:ſciens q̄n conſolari.
q̄n increpare debuerat· Legitur em̄
in vita ſua. ꝙ cū aliquādo nobil' q̄dā
fr̄ ante ſe candelam teneret. et tēp
taret᷑ a ſpiritu ſupbie quaſi hoc nō
deceret:illico vir dei hoc benigne per
ſpm̄ aduertens ait. Signa cor tu-
um fili· Et iuſſit candelam ab eo re
cipi· Ecce quanta gracia quo ad ſe
creta contēplanda:et quāta clemē
cia ⁊ induſtria ad diſcipulum pre-
ſeruandum et corrigendum. Fuit ni
chilominꝰ idem vir beatus non mi
nꝰ exēplaris in exerciciis hūilita-
tis eciam quo ad opera infima:vt
plene ſequacibꝰ ſuis oſtenderet ma
giſterium ſpiritualis vite· Nā cre-

bro ex anīo ante cāminū ſe poſuit
⁊ fratrū calceos pinxit:exēplo il-
liꝰ qui diſcipuloꝝ pedes lauit· Sic
maurus ſic bernhꝰ· ſic frācīſcus · ſic
dn̄icus· ceteriqꝫ patres q̄ꝯ plurimi·
in quibꝰ deꝰ velut in throno ſuo reſi
dens nobis ꝑ huiuſmodi ſigna īno
tuerūt:ꝙ vere in ſpirituali vita per
fecti fuerunt et adhūc gradū perfcē
caritatis excreuerūt. Ita em̄ limpi
de fratrū corda deo illuſtrante cog
nouerāt:vt ſuo mō ipſis illud euan
geliū conueniret:quaſi opꝰ nō ha-
berēt ut quē de occultis ſuis īterro-
garent· Plures inſuper ſecularis
vite homines cōtra ſpem predicen
do ꝙ monachi futuri eſſent attraxe
runt:quoſdaꝫ velut modeſtiores di
mittēdo· quoniā ꝑſeuerātie ſpm̄ ac
cipe nō meruiſſent· Alia quoqꝫ mľ
ta indicia huiꝰ tam arduiſſime gra
cie habuerūt:vt nulli dubiū eē po-
tuerit· quin dn̄s deus menti eorum
preſidebat:et electōrum merita ꝑ eos
diiudicaret· Hos ergo glorioſos vi
ros ad hunc gradū excreuiſſe arbi
tror:qui cū beato paulo veracit᷑ dice
re poterunt· Omnibꝰ ōmia factus ſum:
vt ōnes lucrifacerē· Et iterū· actuū
xx· Mūdꝰ ſum a ſanguine ōmiū:nō
em̄ ſubterfugi q̄ minꝰ ānunciarē vo
bis ōne cōſiliū dei q̄uo vob᷑ nichil ſb
traxerī vtiliū:ſeruiēs dn̄o cū ōmi hu
militate ⁊ manſuetudīe ⁊ lacrimis
et tēptacōibꝰ· Qm̄ die ac nocte non
ceſſaui. cū lacrimis monens vnum
quemqꝫ veſtrū· Argētum et auruꝫ
aut veſtem nullius cōcupiui:q̄m ad
ea que michi opꝰ erāt et hiis q̄ mecuꝫ
ſunt miniſtrauerunt manus iſte·

Omnia oſtēdi vobis. quoniā ſic labo
rantes opꝫ ſuſcipere īfirmos. ac me
miniſſe verbi dñi. quoniā ipſe dixit.
Beati⁹ eſt magis dare ꝙ accipere.
Item quo ad pericula vniuerſa ait.
Nichil horum vereor. nec facio aīam
meam pcioſiorem ꝙ me. dūmodo cō
ſūmē curſum meum ⁊ miniſterium
verbi quod accepi a dño. Item Ego
libenter impendam. et ſuper impen
dar egoipſe pro animabus veſtris
ꝛc̄. Ardua ſunt hec et ita rara. vt
iuxta premiſſa ſi in auctēticis libꝛs
non legerentur. vix aut non omni
no crederētur. Verum ne putet ali
quis hūc gradum ad ſolos plātos
ptinere quaſi nemo eū habere poſſet
niſi eſſꝫ plātus. ideo breuiť hic iterū
replicandum eſt ꝙ iā crebro ſupra
dcm̄ eſt. vicꝫ ꝙ oīa iſta exercitia ſiğ
ſunt pfc̄ōnis non cā. Nam ġcia dei
mētem informans ſiue deiformē fa
ciens eſt cauſa toti⁹ ſanctitatis ſub
ſtācialiter. Et ergo iuxta ſnīaꝫ bea
ti aug⁹. aliqͣs in hēmo ſedens q̇ nū
ꝙ pdicat pt hunc gradum pfcē ob
tinē. et ōnia exteriora exercitia hec
p deuotas orōnes ā cōtemplacōnes
ſupplē. Hinc btā mechtildis dicit. q̇
ad iſtum gradum. ꝙ ei diuinitus re
latum fuit. ꝙ qui ſedule meditacōni
et cōtemplacōni inſeruiunt. cordis
mundiciā et mentis trāquillitatem
amplectēdo quietiſſimā ſe deo exhi
bent habitacōem. thronis in gradu
ſeptimo ſociantur. Iterum non eſt
hic nccīarium repetere. ꝙ ſequētes ğ
dus non ſint apti ad curaꝫ anima
rum. aut ꝙ hij btīſſimi viri de qui
bus nunc exemplificatū eſt vltra

iſtum gradū non pueneriť. ꝙ qua
litercūqꝫ ſe res habeat ad minus in
iſto aliquādo fuerunt anteꝙ ad al
tiora veniſſent. Et ſemp eſt tenend
indubitāter. ꝙ quicqͩ poteſt grad⁹
inferior. hoc poteſt et ſupior et meli
us. Vnde relinquiť. ꝙ ſequētes ſint
aptiores ad lucrandas animas ꝙ
iſte. ꝙꝙ et iſte ſufficiēs ſit. Iſti er
go tres gradus caritatis pfecte qui ad
hoc pncipaliter tendunt ut deo per
contemplacōem inhereant. ſi quan
do ad miniſterium ecc̄ie remittunť.
tunc ſunt velut legati a latere. quos
pontifex ille ſupernus ad colligen
das electorum animas cū plenitu
dine poteſtatis tranſmittit. q̇ vtiqꝫ
quanto ſūt deiformiores ſiue in p
fectione ſublimiores. tanto ſunt ad
hoc opus aptiores. Vnde et ob hoc
a diuino dyoniſio ierarchi vocanť
ideſt ſacri principes. ꝓpter tres act⁹
iherarchicos. ſcꝫ purgare. illumina
re. perficere. qui ipſis tanꝙ vica
rijs xp̄i apte cōueniunt. vnde et ab
officio ſuo ierarchico ierarchi appel
lātur. Hij ſunt de quib⁹ pſal. ait Cō
ſtitues eos principes ſuper ōnē ter
ram. quaſi dicēt. quos ut amicos ⁊
filios hēs. rurſum ad opand velut
pnos cōſtituis ꝓpter alioꝝ ſalutem.
Vbi tn̄ mox ſubiungitur. Memores
erunt nominis tui dñe. Na pm ſen
tēciam btī greğ. ſancti viri cum ſe in
turbine actiue vite huius fatigatos
perſpexerint. ſemp ad arcem cōtem
placōnis recurrunt. quaten⁹ illac
ſubtiliter diſcāt. que erga proximos
vtiliter diſponāt. Hec eſt eciā ſnīa
ſci aug⁹. 19. de ciuita. dei. vbi dicit.

Ocium ſanctū q̄rit caritas veritatis:
negocium iuſtum ſuſcipit neccitas
caritatis. Quā ſarcinam ſi nullus
imponit: percipiende atq; intuende va
candum eſt veritati. Si autez im
ponitur: ſuſcipienda eſt propter ca
ritatis neccitatem. Sed nec ſic om
nino veritatis delectacio deſerēda ē:
ne ſubtrahatur illa ſuauitas ⁊ op
primat iſta neccitas. Q; autem iſti
qui ad huiuſmodi principatū vocā
tur ſuperbire non debeant: pulchre
oſtendit btūs greḡ. dicens. Quia
enim poteſtas regiminis miniſtra
ri non poteſt ſine ſtudio cure tēpora
lis: aliquādo ōnipotēs de9 mira diſ
penſacōe pietatis agit vt tenere ſpi
ritualium mētes a terrēa cura diſ
iūcte ſint: onuſq; regiminis duris
ac laborioſis cordibus iniūgit: vt tā
to illi ab hoc mūdo ſecurius lateāt:
quāto hij exterius ſollicitudinibus
libenter elaborāt. In exhibitiōe ꝗp
pe ſuſcepti oneris: pro ipſis quoq;
vtilitatib9 ſubditorū dure vie tole
rāde ſunt humane ſeruitutis. Et ſe
pe dictum eſt. miſericors de9 quos
tenere diligit: eos ſollicite ab exter
nis actōibus abſcondit. Nā et ple
rūq; paterfamilias ad eum laborem
ſeruos dirigit: a quo ſubtiles filios
ſuſpendit. Et inde filij ſine vexacōe
decori ſunt: vnde ſerui in puluere fe
dantur. Hec greg. Et licet hec direc
te iſtos viros perfectos nō tāgant.
tamē quaſi ex obliquo humiliant:
ꝗ̄ ꝙ̄ hic ſincere dici9 cum beato Au.
guſt. Si ſemp paul9 cum deo mācere
vellet infirmos non leuaret: ſ; deſcē
dit vrgēte caritate: faciens illis ſicut

ſibi fieri voluiſſet ſi in eoꝝ ſtatu fu
iſſet. Recte igitur ſicut ſupra dictum
eſt. huic gradui perfecto. iſte zelus aī
marum congruit: ut ſic quaſi per tri
angulum ad primum gradum ca
ritatis incipientis reſpiciat. Ibi nā
q; dictum eſt: ꝙ nouiter cōuerſi mi
rabili feruore cunctos ad bonam vi
tam trahere cupiunt. Sed quia ad
hoc nōdum ſufficiunt. ideo quaſi laſ
ſati ſtatim deſiſtunt: et proprie ſue
perfectioni inſiſtunt. Iſti autem vi
ri perfecti non minore feruore eun
dem zelum habent: ſed ſcdm ſciēciaz
ſed ſcdm experientiam. conſtanciam.
fortitudinem. ꝑmo ſcdm diuinaz iuſ
ſionem: et ideo nō deficiunt ſed fru
ctum plurimū afferūt. ij. thi. ij. Se
per enim illud verbum apli an̄ ocu
los habent. Omnia ſuſtineo propē
electos: vt ipſi ſalutem ꝯſequantur
Glo. Omnia incōmoda: vt ipſi mecū
ſalutem conſequantur: anime hic et
in futuro gloriam. Et vt veram ſci
enciam perfectorum oſtenderet: ali
bi dicit. Videte ne forte hec licentia
veſtra fiat offendiculum infirmis ⁊
cetera vſq; ibi: et peribit infirmus in
tua ſciencia frater: propter quem cri
ſtus mortu9 eſt. Quaſi dicēt. In cri
ſtum peccatis cuius regnum dimi
nuitis: illum incaute perdendo quē
ipſe tanti eſtimauit: ut pro eo ſan
guinem funderet et mortem ſubirez.
Ecce quanti precij eſt homo. Vbi
ſanctus thōs dicit. ꝙ perfecti viri ad
multa tenentur propter vitanduz
ſcandalum: ad que alias non tene
rentur. Quāta eciaz in vniuerſo fi
ant propter electos oſtēdit glō. ſup

illud roma· viij· Omnis creatura in
gemiſcit et parturit vſq; adhuc· Om
nia inquit elementa cum laboꝛe ſua
explent ſpacia· ſicut ſol et luna non
ſine labore curſum ſuum implent·
quod eſt cauſa noſtri· Unde quieſ
cent nobis aſſumptis ⁊c· Hec conſi
deracio ſi ad alia deriuetur que in cre
aturis ſiunt propter electos· infini
tum pelag⁹ excreſceret· Hijs enim mu
tabilibus angeli non indigent· nec
reprobi digni ſunt· ſed vt numer⁹
electorum compleatur omnia iſta vſ
q; in finem ſic perſeuerant· Sancti
ergo viri qui in ſua contemplatione
hanc veritatem ſibi ſentiunt occur
rere· ineſtimabili foꝛtitudine accen
duntur pro animab⁹ lucrandis. Et
parum putant ſe feciſſe quando fili
um dei vident ita pro ipſis agoniſaſ
ſe ut in nullo ſibi parceret· ſed acer
biſſimam moꝛtem ſubiret ut eos ab
eterna moꝛte liberaret· Videntes q̄
q; quanta in vniuerſo pro ipſis ſi
unt· ſublimiter ſe precingunt· vn
diq; admonicionem oculo contempla
cionis late circumducto ſe colligentes·
quatenus in tanto officio digni co
operatores dei inueniri mereantur.
Teſtes huius ſunt ſepedicti ac bea
tiſſimi viri moyſes· petrus· paul⁹·
cum ceteris apoſtolis et apoſtolicis
viris· dyoniſio· anthonio· pachomio
auguſtino. ambroſio· gregorio. bern
hardo· dominico· francisco ⁊c· qui vni
uerſi quaſi cupiebāt anathema eē
ideſt ſepari a xp̄o propter ſalutem
electorum· Non quidem ſimpliciter
ut quidam expoſitor dicit· ſʒ feruen
tiſſimum affectum quem pro ſaluā

dis habebāt altius demōſtrare non
valebāt· Hij ſunt veri officiales ac
iudiciarij ſiue chronici patres· quos
electis ſuis prepoſuit de⁹· Hij ſunt
quibus paradigma galline illius cle
mētiſſime conuenit· quam domin⁹
ſibiipſi quaſi in exemplū preponere
dignatus eſt dicens· Quociēs vo
lui congregare filios tuos· quēad
modum congregat gallina pullos
ſuos ſub alas ⁊c· Hij ſunt viri mi
ſericoꝛdie quorū pietates nō defece
runt· et gloria illorum nō derelinquet·
et nomē eorum viuet in generatio
nes et generaciones· Sapienciam il
lorū narrāt populi· et laudem illoꝝ
nūciat eccleſia. Et licet plurima ſint
ſcripta de hoc ſeptimo gradu· tamē
notabilit̄ apoſtol⁹ vbi ſupra ſcilicet
p̄· coꝛi· duodecimo· poſtq̄ illa precipu
a exercitia perfectoꝛum enumerat·
illico ſubiunxit ſimilitudinem mē
broꝛum coꝛporis humani dicēs. Si
cut enim corpus vnum eſt et mem
bra habet multa· ōmia autem mem
bra coꝛporis cum ſint multa vnum
coꝛpus ſunt· ita et criſt⁹. Etenim in
vno ſpiritu omnes nos in vnū coꝛ
pus baptiſati ſumus· ſiue iudei. ſi
ue gentiles. ſiue ſerui. ſiue liberi· om
nes vno ſpiritu potati ſumus· Nā
et corpus nō eſt vnum membrum·
ſed multa· Si dixerit pes quoniā
non ſum man⁹ non ſum de coꝛpore·
nō ideo non eſt de coꝛpore· Et ſi dix
erit auris quoniā nō ſum oculus nō
ſum de coꝛpe· nō ideo nō eſt de coꝛpē.
Nō pōt autē oculus dicere manui o
pera tua nō indigeo· aut iterum ca
put pedibus nō eſtis michi neceſſarij·

ſʒ multomagis q̄ videtur mēbra cor
pis infirmiora eē.nĉcariorā ſſ.⁊ que
ignobiliora ſūt et inhōeſta.habū
dāciorez hōeſtatē hn̄t.ut nō ſit ſciſ
ma in corpe:ſʒ inidipſū ꝑ inuicē ſol
licita ſint mēbra.Et ſi q̄d patit̄ vnū
mēbꝝ:ꝯpaciūtur ōnia mēbra.Sū
gloriat̄ vnū membꝝ.ꝯgaudent oīa
mēbra.Vos aūt eſtis corp⁹ xp̄i.et
mēbra de membro.In hijs v̄bis apo
ſtol⁹ fōrm oſ̄dit pfcē dilectionis q̄
ad primū ſm glō.q̄ dicit qꝫ ꝑ inui
cē ſūt membra ſollicita nō min⁹ ſcꝫ
q̄libꝫ ꝑ alijs q̄ꝫ ꝑ ſe.et mutuo ſibi
ꝯpaciūtur quaſi malū alteri⁹ ſuuz
ſit.ita et nos decꝫ ꝯdolere frāb⁹ ſi q̄d
aduerſitatis emerſerit ⁊ letari ſi be
ne ceſſerit.Nota qꝫ hec fōr vniūſis
xp̄ianis ꝯponit̄:ſʒ vix reꝑitur q̄ ad
magiſteriū ipſi⁹ ꝑtingit.Si q̄dem
omnes ſex grad⁹ ſupradcā.ſūt in ea
diſcipuli quibꝫ iuxta menſurā ſu
am:ſʒ iſte ſeptim⁹ magiſterij graciā
ꝓmeruit.Vt autez clari⁹ eluceſcat
ſublimitas ei⁹.aliq̄ hic apponā que
in quodā libello reꝑi qui videbat̄ m̄
quaſi ſcī thome fuiſſe:ſatis ꝯformi
ter loquēs ad dicta btī Aug⁹.ſuper
p̄s.et alijs locis.multis et eciaz ad
glō.ſupradictā.Ait ergo.Voluntas
dei eſt vt diligam⁹ inuicē:ad quod
nos monet ſcriptura noue ⁊ veteris
legis.Et precipue dn̄s ihesus com
mendat eam ſcꝫ dilectionem nobis
in iohe ſub precepto dicēs.Hoc eſt
preceptum meū:ut diligatis inuicē.
Ad hoc eciā monet nos natura mē
brorum carnalium:que inuicē ſig
na dilectionis exhibent.Nam ſi v
num membrū patitur aliquid.ōnia
ꝯpatiuntur:ut dicit apoſtolus.Si
enim man⁹ leditur:cor triſtatur.o
cul⁹ lacrimatur.os conq̄ritur.Itez
ſi gaudet vnū membrū.ōnia ꝯgau
dent.Si enim pes calceo tegit̄.vel
leſus in igne curetur.vel aliud mem
brū:cor letatur.facies exhilaratur.
os regraciatur.Item inuicē ſe defē
dunt.Si enim capiti vel pedi pla
ga imminet:manus defenderet.
brachium ad plagam ſe extende
ret:et eam pro capite vel pede ſuſci
peret.Item inuicem prebent auxi
lium in neceſſitate.Si enim ſpi
na pedem configeret.ſtatim cor de e
reptione cogitaret:oculus illuc cū
compaſſiōe aſpiceret ſi extrahi poſ
ſet:manus blande extraheret.Aut
ſi aliud membrum intrinſecus vel
extrinſecus vt pulmo.epar.latus.
vel dorſum.infirmitatem ſentiret:
cor medicinam appeteret.os conſi
lium requireret.auris diligenter
conſilium audiret.pedes pro conſi
lio ſe mouerent:manus vnctionem
vel aliud auxilium exhiberet.Ymo
vnum membrum combuſtionem vl
inciſuram aut vulnus pro alteri⁹
ſanitate ſuſciperet:aut abſciſionez
pro totius corporis conſeruatione
optaret.ſi neceſſarium eſſet.et ali
ter curari corpus non poſſet.Si de
niqꝫ pes calcaretur.lingua clama
ret.calcas me.q̄ꝫuis linguam nemo
tangeret:⁊ ſic de alijs membris om
nibus:quicquid vni contingit hoc
ſingula ſibi contigiſſe arbitrantur.
Similiter ſi manus peccaret.cor
doleret.oculus fleret.os confiteret
ur.dorſum diſciplinam ſuſciperet:

ut pc̄m manꝰ emundaret· Ite acti
ones inuicē ſibi cōicant· Oculꝰ em̄ ꝓ
omnibꝰ mēbris videt ne ledātur· os
ꝓ omnibꝰ comedit ne deficiāt· pedes
ābulant. manꝰ opantur ut ſuſtēta
cōnē habeant· cor ꝓ omnibꝰ ſollicitū
eſt ut nullis nc̄citatibus careant·
Similiter et exteriora munuſcula
prudēter ac fideliter ſibi mutuo di
uidunt· Sepe em̄ tibie nuditatē et
frigꝰ ſuſtinēt: ut alia mēbra cooperi
antur et caleſiant· Sepe pedes nu
di incedūt et diuerſa incōmoda libē
ter ſuſtinēt· ut ori et ſtomacho ꝓuē
tus ſufficiant· qui ꝓ toto corpe nc̄cta
rio pluribꝰ egent· Cōtra eciam os
a delicato cibo vel ſaltem ſagimine
tēpate abſtinet. aut oleo vel butiro·
ut inde leſe tibie ꝗ vulnerati pedes
perūgantur· aut certe calcet: quibꝰ
aliquādo vel ꝓpter feſtum diē vel iti
neris cuiuſdā aſperitatē ipſi pedes
nc̄citate exigente ſunt veſtiendi· Et
ita de alijs ꝓuiſiōibꝰ tam in puis
ꝗꝫ in maximis ſine numero: ī hac le
ge mēbrorum optimā formam repe
rimꝰ· Qui vero hanc legem vel in ꝑ
uo nō ſectantur. iam nō inter venerā
biles hoīes· ſed inter leccatores et ī
fames cōputātur: eo ꝗꝫ aut gule ꝗ
luxurie aut alijs vicijs inſeruiētes·
nichil pene quod honeſtatis ꝗ hūa
nitatis eſt retinuerunt· Item mem
bra inuicem ſe non iudicant ſi vnū
ledit ab alio. aut vindictā petit. Si
enim dentes linguā lederent: non ꝓ
ter hoc lingua vellet dentes extirpa
ri. Si manꝰ dorſum vel pedes percu
teret· non ꝓpter hoc vellent manus
abſcidi ⁊c̄· Si eciam vnū mēbrum

aliquid putredinis ꝗ deformitatis hē
ret: alia mēbra benigne ad hoc inte
dētur quatenꝰ mēbrū illd̄ a tali ma
lo abſolueret· Os ad hoc cōſuleret·
manꝰ cū cōpaſſiōe abſcideret· oculꝰ
illuc reſpiceret· cor deſiderāret· totū
corpus ꝓ hoc laboraret· Similiter
mēbra lucratiua et fortia non in
dignātur alijs minꝰ lucratiuis aut
debilibus: neqꝫ ob hoc illis ſubtra
hunt nc̄caria aut ſolacioſa: ſꝫ ſunt
eis ōnia cōmunia: et diuidit vnicui
qꝫ et ſingulis ꝓut opꝰ hn̄t· Mēbra
eciā hōeſta nō improꝑant īhōeſtis:
ſꝫ multo magis tegūt ⁊ habūdātiorē
hōrē illis circūdāt: nec alit de ipſorū
erubeſcēcia ꝯfundūtur ꝗ verecūdāt
ꝗꝫ de ꝓpria. Si em̄ caſu aliꝗ nuda
rētur aut quippiam faceret qd̄ loco
aut tpi nō cōueniret: illico facies ru
beſcit· cor triſtat· lingua excuſat: oī
aqꝫ alia mēbra ad emēdacōem ꝗſi
ptꝰ vehemētē verecūdiam ſollicitari
incipiūt· Hec eſt ꝗdam naturalis ⁊
pia lex mēbrorū quā ipſe dn̄s deus
oīm cōditor indidit: eqꝫ cōis apd̄ hoī
nes ſiue gētiles ſiu iudeos atꝫ xp̄ia
nos tā bonos ꝗꝫ malos· Cuiꝰ legis
notiſſime ſimilitudinē atꝫ formā eci
am ipſi hōines int̄ ſe ex dictamine
origīalis iuſticie ac racōis recte hē
re deberent: et precipue xp̄iani ꝗ ſunt
inuicē membra corꝑis xp̄i vlt̄ hāc
naturalē colligacōez ꝑ dona ſupna
turalia diuinitꝰ īfuſa ꝗ ſūt fides ſpes
⁊ caritas ſpūalit̄ cōcorꝑati: ꝑ ꝗ ec̄ vl
tra alios tēdē dn̄t ad ſupnaturalia
et celica bō ipſis ꝓmiſſa. ſi prodeſſe
ſibi volūt tante dignitatis nomen.
Tradita eſt ergo forma leuiſſima

ꝯ nc̄caria: a qua nulli ōino rece
re licet· ſiue puulꝰ ſiue mediocris ſi
ue magnꝰ fuerit· Nulla hic ſubtili
tas. nulla difficultas decernitur: ita vt
inexcuſabilis ſit oīs hō· iuxta apliā
ſentēciā: q2 ſicut pulchritudo vniuer
ſi violēter animū pulſat ad deū glo
rificandū et amandum: ita lex iſta
membrorū eq3 monet ⁊ inſtruit ad
ꝓximū diligendum et iuuandū. Et
hec ſunt duo notabiliſſima puncta
ineſtimabili precio ꝯparanda: q̄ nun
q̄ a corde xp̄iano recedere debent·
In hijs ſiquidem teſte xp̄o qui eſt
via veritas et vita: tota pendet lex
⁊ ꝓphete· Nullum eciā poteſt effica
cius documentū dari ꝑ hac bina di
lectione ſalubriter practicanda: q̄
re non mirū eſt q2 totiens ec̄ dīna
ſcriptura replicat hoc ipſum. Quicū
q3 igitur fideliter in corpore xp̄i vi
uere cupit: hanc formā indefeſſe imi
tari ſtudeat· Primū ut quicquid in
creaturis videt: ſtatim ad deū refe
rat· Secūdo vt quicqd inter ipſum
et ꝓximū ſuum contigerit: ſemꝑ eū
quaſi ſuū ꝯmēbrum in xp̄o tractet.
Quācumq3 igitur aliquis corꝑaliter
aut ſpūaliter affligitur: ōnes alij cō
pati debent quaſi commembro ſuo·
Hanc ꝯpaſſionē habuit btūs pau
lꝰ cum dixit· Quis infirmat̄ ſc3 in fi
de vel aliqua virtute et ego nō infir
mor: ideſt doleo de eo ſicut de meipſo.
Quis ſcandaliſatur aliqua tribu
lacōe vel moleſtia. dicit glo: et ego nō
vror igne compaſſionis. Sicut ⁊ cri
ſtus plꝰ doluit de ſuſpendio iude q̄
de ꝓpria morte: ut dicit btūs Ieronimꝰ
Item vnuſquiſq3 gaudere debet de

profectu alterius in virtutibꝰ in re
ligione in predicacōne et ut diligat̄
laudetur honoretur ab alijs. Sic
moyſes dixit. Vtinam ōnes prophe
tarent· Et paulus in actibus. Op
to apud deum in modico et in mag
no ōnes hodie tales fieri qual̄ ego
ſum: exceptis vinculis hijs. Hec duo
eciā monet alibi: gaudere cum gau
dentibus flere cum flentibꝰ· Et ſūt
ſigna veriſſima fraterne caritatis·
Hanc non habuerūt caym. eſau. frēs
ioſeph. ſaul. ⁊c̄· Sed quid eſt. diligi
te ſicut dilexi vos· Hoc eſt gratis· ꝯ
tinue· fortiter· veracit̄· Non gratis
diligimꝰ: cū amicos et qui bn̄faciūt
nobis et qui ōne bonum noſtrū deſi
derāt et ꝓmouent amamꝰ· Dilige
re enī amantē nature eſt vt dr̄ cri
ſoſt: q̄d eciam ethnici faciūt· Natu
ra vero nichil gratis facit: ſ3 ſemꝑ
cōmodum ſuum q̄rit. Unde talis a
mor emptꝰ eſt: et tunc vis amoris
non eſt ī nobis ſ3 ī illis quos diligi
mꝰ: q2 q̄ nichilominꝰ illos plꝰ tenea
mur diligere q̄ aduerſarios. ſic ig
nis plꝰ calefacit ꝓpinquiorē q̄ remo
tiorē: ſ3 in hoc non apparet adhuc ꝑ
fecta caritas· Gratis vero diligimꝰ:
cum diſtortos in moribꝰ et inimicos
et detrahentes nobis et machinan
tes omne malum noſtrū· ꝓpter deū
pure et ad deum diligimꝰ. Diligere
quippe non amantē gracie eſt ait
criſ: et tunc vis amoris in nobis ē
non ī illis quos diligimꝰ: ſicut dn̄s
ih̄s licet bonorū noſtrorū nō indi
geret nec vnq̄ aliquod ꝯmodū ſe a
nobis reportare ꝯgnoſceret. ad eter
nā tn̄ btītudinē nos diligē n̄ ceſſauit.

Hinc btūs bernħ· dicit· Caritas mē
tem quā affecerit: ſui iuris eſſe non
ſinit· Item. fortiter diligere debem⁹:
ut dilectio noſtra ſit fortis ſic̄ mors
que ōnia vincit· Heu q̄ facile amor
noſter deſeritur et tepeſcit: q̄ modi-
co verbulo vel iniuria noſter amor
ad proximum penitus extinguitur
vel tepeſcit: ſed emulacō xp̄i ad nos
dura fuit ſicut infernus: qui nunq̄
deſerit quicq̄d comprehēdit· Natu-
rā enim ōnium diligit deus: licet in
peccatoribus viciū deteſtetur· Hinc
btūs greḡ· dicit· Caritas neſcit offē-
di· Item cōtinue diligere debem⁹: id
eſt non tm̄ tpe pſperitatis ſed eciā
tēpore aduerſitatis et paupertatis: ſi-
cut ihs in finem dilexit ſuos· Itē ve-
raciter diligere debem⁹ ideſt ſine ſi-
mulacōe: ſcʒ non verbo neqʒ lingua·
ſʒ ope et veritate· Multi em̄ applau-
ſu verborum· vultu blando videntur
ſigna dilectionis oſt̄dere: ſed vere nō
aliter faciūt q̄ ſcorpio qui facie blā-
ditur et cauda pungit· Ideo ſuadet
ieremias· Vnuſquiſqʒ a primo ſuo
ſe cuſtodiat: et in ōni fratre ſuo non
habeat fiduciam: quia ōnis frater
ſupplantans ſupplantabit· Alij ve-
ro ſibimet applaudunt quaſi frat̄-
nam caritatem habeant: cum tamē
veriſſima ſigna odij in ſeipſis inueni-
ant· Non enim pn̄t ſemel primum
oculo benigno reſpicere nec ei loqui
benigne nec ſedere apud ipſum nec
vnq̄ loqui bene vel bonū de eo: ſʒ cum ꝑui-
tate cordis cogitant de ipſo· nec ſi-
ne dolore audiūt bonam famam de
ipſo: nec pn̄t eſſe familiares illis q̄
diligunt eum vel memoriam ſui i bo-
no faciunt: Et propter paucos defe-
ctus totalit̄ deſpiciunt: aut ſi graui-
ter cadat non minuūt ſed efferunt:
nullam habentes compaſſionē ſed
indignacōem· Ve ve illis: quia non
habūdat ipſorum iuſticia pl⁹ q̄ ſcri-
barum et phariſeorū· Itē albertus·
Miſerabile eſt q̄ vnq̄ aliquis ſibi
de fraterna caritate applaudit: qui
ſigna odij gerit in corde· Multis au-
tem videtur ſufficere ſi cupiant pri-
mis de ſalute eterna q̄ nec daē nec
auferre pn̄t· quā bene optarent iu-
deis et paganis: nec memores eē vo-
lunt q̄ cum dn̄s animā ſuam poſue-
rit p inimicis: q̄ nos eciā tenemur
nō tm̄ res verum eciam animā pone-
re tēpore neccitatis p fratribus xp̄i-
anis· Maxime tamē prelati ad hoc
tenētur: qui nedum vicia hec habē̄
debent· ſed velut magiſtri ſpūales
ope et verbo alios precedere: ut dic-
tum eſt· Cōſideret igitur quilibet ſe
ipſū diligēter· Felix eſt qui hec ōnia
vere caritatis inſignia in ſe habʒ: cer-
tus eē debʒ q̄ ipſe eſt mēbrum cor-
pis ihu xp̄i ſcʒ ecclie· Si vero care-
at ōnibus hijs vel aliquo iſtorū tīen-
dum eſt ne ipſe de ecclia ſit abſciſus:
quia cōmunem legem mēbrorum
xp̄i nō ſeruat· Qui vero ita ſublimi-
ter pfecerit ut ad magiſteriū ei⁹ per-
uenerit. et precipue ad illam apli-
cam paciēciam que op⁹ pfcm̄ habʒ.
ut ſm ſnīam criſ· exēplo btī pauli
oēm iniuriā ſic benigne a q̄uīqʒ con-
tumelioſo ac pſecutoē recipiat velut
clemētiſſim⁹ pr̄ q̄libet verbera a furi-
oſo aut veſano puero. ſic eciam famili-
ariter cum deo cōuerſetur ut queat

voluerit fiducialiť ab eo impetret.
Hic nimirum in hac via eccłiaſtico ho
nore et prelatura dignus ac ydone
us eſt: et in futuro cū celeſtib9 thro
nis eterna gloria pocietur. ꝓ eo ꝙ
dum hic viueret hoc meruerit ut de
us in eo velut in throno ſuo pacacíſ
ſime reſideret: et ad ōnia que volue
rit ipſo vteretur.

¶ De caritate cherubica ſiu ſciētifi
ca. ¶ Ca. 3m.

Cherubica caritas aut ſciētifi
ca ſic dici poteſt. ꝙ per eā mēa
tur homo qui ipſam habuerit aſſuī
in chorum cherubyn. qui eſt octau9
in aſcendēdo. et ſecundus tercie ie
rarchie. Cui correſpondet terci9 grā
d9 caritatis perfecte. iuxta aſſigna
cōem ſupra poſitam. Ipſe eſt octa
u9 toti9 nouenarie diſtinctionis. ſcđm
ꝙ planiſſime dici poteſt: ꝙ octauus
grad9 leuat ad octauū chorum. vt
ſuprā dictum eſt. Pro huius mate
rie introductione eſt aduertendum:
ꝙ pfectio quorūdam ſanctoꝝ ſic ~~ex~~
excellenť in hac vita emicuit ut iam
non homines ſꝫ angeli vocarentur:
ſcđm illud malachie. iij. Ecce ego mit
to angelum meū ante faciē tuam.
Quod exponitur de ſancto iohanne
baptiſta. vt dicitur Math. xi. et mar
ci. 3. Et tamē veriſſime ſcđm naturaꝫ
iohēs fuit homo mortalis ſicut alij: ſꝫ
ꝓpter habundantiſſimā graciā an
gelus dictus eſt. Jam eciam ſupra
dictum ē. ꝙ iſte grad9 octau9 ange
los reſpicit. quia ſancti viri qui ad
hanc graciam ꝑuenerunt tediū ha
bent in omnib9 iſtis inferioribus. et
ſūmo deſiderio ſurſum tendunt: vt

quantum poſſibile eſt vacent ab oī
bus que infra ſunt: ac cum beatis
ſpiritibus per contemplacōem conti
nue deo inhereant. Siquidem hoc
idem ꝑm9 grad9 deſiderabat: ſꝫ non
dū accipe ꝓmeruit. ita cōtinue et li
pide ſicut iſte ſecūd9. Sūt deniqꝫ plu
ra ſigna ꝑ q̄ veriſimiliť deꝑhēdūtur
ſancti: qui vicꝫ ad hunc angelicū grā
dum ꝑuenerunt. Primū colligiť ex
ſcripturis aptis que de quibuſdam
teſtimoniū perhibent: ſicuti iam de
ſancto iohanne dictum eſt. Et eciā
eqꝫ aperte de ſancto iohāne euange
liſta legiť. apoč. 19. ꝙ angel9 ꝓhi
buerit eum ne ſe adoraret. Vbi dicit
quedaꝫ glō: ꝙ hoc fecerit propť exi
miam ſanctitatē iohīs. Et ſanctus
thōs. in. 22e. q. 103. dicit: ꝙ hoc ange
l9 fecit vt oſtēderet ipſi iohānis dig
nitatē qua ꝑ xp̄m erat angelis ade
quat9. Scđm ſignum ſumiť ex fa
miliaritate ipſorū angelorū ad q̄ſ
dam ſanctos: ſicut legim9 de quib9
dā magnis pat̄archis et ꝓphis: qbus
ſcī āgeli tāꝗ cohēdib9 regni celeſtis
familiaiſſimi extiterūt. Terciū adhuc
excellēti9 ſumiť ex mīſterio hōre quē
āgeli qbuſdam ſcīs exhibuerūt: ſic
legiť de btā maria magdalena quā
quotidie cū magna reuerencia in
aera leuabant. Et eciam de ſancto
anthonio. Quartū ſumiť ex dictis
qruīdā ſcōꝝ pīm q̄ hūiliť de ſe ꝓteſta
ti fuerūt. ꝙ crebro angelicis choris
ꝑ raptū interfuerūt. ſic btūs iero9. de
ſe teſtať in regula ad euſtochium.
Quintū ſumitur ex mirabili ꝑcta
te vict9 et ſompni. et alioꝝ exercitiorū
ſublimitate in virtutibus perfectis:

ſicut pꝫ ī moyſe·helya·paulo ſim
plice·machario·pachomio·et alijs
multis: qui potiꝰ angelicā vitam in
terris duxerunt ꝙ̄ humanā· Hos
ōnes deo dignos ac ſanctiſſiōs vi-
ros ad hāc āgelicam caritatē ꝑfeciſ
ſe credendū eſt: quoꝝ ꝯpacōe infe
riores ſancti licꝫ ꝑſū hōines ſpūales
fuerūt·nōdum āgeli· Verū ne pute
mꝰ hāc ꝑfectionem in hijs ſignis ꝯſi
ſtere: ideo btūs greg̃· plane docet ꝙ
nō aliunde ꝙ̄ in ſepedcā caritate ſb
ſtāciabiter exiſtat dicēs· Sunt nō
nulli q̄ tanta dei ac ꝓximi dilectiōe
pleni ſunt: ut cherubyn iure nomi-
nētur· Quia em̄ cherubyn plenitu-
do ſcīe dicitur·et paulo dicēte didici
mꝰ ꝙ plenitudo legis eſt caritas: om
nes qui dei et ꝓximi caritate ceteris
ampliꝰ pleni ſunt: meritorū ſuoꝝ
ſorte int̄ cherubyn numeros ꝑcepe
rūt· Qꝛ autē hec ita ſint. ſatis patet
ꝑ quorūdam ꝑfectiſſimorū vitā qui
pene vſqꝫ ad mortem nullā meru-
erūt āgelicam viſitacōem aut aliā
cōſimilē conſolacōem: ſicut legitur ī
vitaſpatꝝ de quodam ꝓbatiſſimo
ſene qui ꝑ·xl·ānos in aſpernā here
mo ſedit eciā ꝑſūs ꝑtībꝰ illiꝰ tpis in
habitabili: nec tn̄ quicꝙ̄ gracie ſpi-
ritalis conſolacōnis habuit: niſi hoc
ſolum ꝙ in ipō quadrageſiō anno
certificatus fuerit de ſuoꝝ pc̄torum
quos in ſeculo commiſit remiſſione.
Qualis tn̄ aut quātus hic fuerit: vi
ta eiꝰ teſtabatur· De hijs eciam ſa-
tis ſupra dcm̄ eſt· Sed qꝛ nunc re
gulariter loquimur: oportet ꝙ ad ſoli
ta ſigna ꝑfectorū redeamꝰ· ſecreta
deo relinqn̄do: ꝙuis nō paꝝ huiuſ-

modi exēpla aridis ⁊ boē volūtatis
hoībꝰ ſint ꝯſolatoria. Quis em̄ no-
uit ꝯſiliū dn̄i q̄ abiſſum iudicioꝝ eiꝰ:
cū certiſſimū ſit ꝙ vnicuiqꝫ id largi
atur quod ei magis expedit· Dicit
proinde btā mechtild· ꝙ ſibi diuini
tus reuelatū fuit· ꝙ qui ſcīa et cog
nicōne ceteris eminent·ac ſingula
ri beatitudine deum facie ad faciem
mēte illuſtrata conſpiciunt. ⁊ ex ea
q̄ue ab ipſo fonte ſapientiam hau-
riunt per doctrinam et illuminacō
nem aliorum in ipſum refundunt: ī
octauo gradu cum cherubyn loca-
buntur· Circa quod notandum. ꝙ
cōmuniter ſancti patres huic gra-
dui ꝑfcē contemplacōnis graciā at
tribuunt. que merito plenitudo ſcīe
nominat̄. Non ꝙ ſup̄ dictus gradꝰ
ea careat ſꝫ non ita perfcē habeat.
Neqꝫ ſeqn̄s ſimiliter ea careat. ſed
qꝛ aliq̄d ſup̄ adiciat: vicꝫ ardorem
ſūmum. a quo eciā denominatiōem
accipit ut infra dicet̄. Iſte aūt a ple
nitudine ſcīe denominet̄: quaſi hic
notetur ꝑfecta illuminacō intellec
tus: illic ꝑfcā inflāmacō affcūs: qui
bꝰ cōſūmatis nichil iam reſtat am
pliꝰ ꝑficiēdum ī anima rōnali· Pla
cet ergo hic aliquid ſpēaliter āno-
tare de ipſa contēplacōe ex diuerſis
libris hincinde ꝓlectis. non ex ꝓpria
experiencia voluntarie me deriſioni
exponens ſicut et hucuſqꝫ feci: quia
reuera res longe ſupra vires me-
as pertractandas aut pocius coa-
ceruandas ſuſcepi: quod vt verum
fatear in ipſa inchoacōne operis nō
preuidebam· Sed ſtilum auten-
tem continuare ob ſupradicti ſcīe

fr̄is deſideriū cōpellor: nō neccitate q̄
de ꝫ qđ magis ē caritate: ne tā mul
tis que de ipſa iam egoipſe cōſcripſi
videar contraire. In dei igr̄ hōre m̄
ac meis ꝯſulēs. cū doctorib9 nil ꝯfer
re poſſim. hoc p̄cipuū ſtudiū meū e
rit. ut tarditati mee ſuffragium ali
qđ conferaꝫ. planiſſime colligēdo ea
q̄ ad rem tā ſublimē ꝑtinere vident̄:
ꝙ ut iterū qđ verū eſt fatear. puto
ſaltē ruditati mee non obeſſe: quod
de hijs ſtudioſi9 aliquāto tp̄e cogi
tabā. Scriptur9 ergo de ipſa. tā mł
tiplices p̄mū occurrūt ſcōꝝ patruꝫ
recōmendacōes. vt quā ceteris pre
ferrem neſcirē: niſi me dīna auctoi
tas certificaret in euāgelio luce. x.
caᵒ. dicēs. Maria optimā p̄tē elegit:
que nō auferetur ab ea. Que vtiqꝫ
ſola ſufficit ad corroborādū ſtudiū
meū: qui ꝑ hac p̄te adipiſcēda. cūcta
que ſcli ſūt dereliq̄m9. Huic alludit
greḡ. 6. mora. dicēs. Magna ſunt
actiue vite merita: ꝫ ꝯtēplatiue poti
ora. Hinc thō. in. 22ᵉ. q. 182. dicit: ꝙ
multo expꝛ̄ſſi9 ſignum ē dīne dilectō
nis. ꝙ aliq̄s pretermiſſis oīb9 que
ad hanc vitā ꝑtinēt ſoli dīne contē
placōni vacare delectet̄: q̄ꝫ ꝙ labori
bus actiue vite inſiſtat: ⁊ ꝑ ꝯñs eſt
magis meritoriū ⁊ ſimpliciter meli
us. Roem cui9 aſſignans dicit: quia
radix merēdi eſt caritas que in di
lectione dei ⁊ ꝓximi cōſiſtit: ꝫ diligē
deum ſcd̄m ſe eſt magis meritoriuꝫ
q̄ꝫ diligere proximum: qui non ē di
ligibilis niſi in ordine ad deum. Et
ideo illud quod recti9 pertinet ad di
lectionez dei. magis eſt meritoriū ex
ſuo genere: q̄ꝫ id quod directe ꝑtiet
ad dilectionem ꝓximi ꝓpter deum.
Vita autem contemplatiua directe
et immediate pertinet ad dilectōeꝫ
dei: vita vero actiua ad dilectionem
proximi. Itē tanto vita iſta eſt per
fectior quāto future vite fuerit con
formior: ſed in futura vita contem
platio erit tota merces. quando vi
debim9 deum facie ad faciem: ergo
contemplatio huius vie ex quo ma
gis appropinquat ad illam. quaſi
quedam inchoatio illi9 eſt pre om
bus alijs exercicijs magis merito
ria et deo magis grata: et ꝑ conſe
quēs nobis magis appetenda. regu
lariter loquendo. Dicitur notanter
regulariꝰ. aut ſcd̄m ſe. vel ī genere
ſuo: ꝙ poteſt cōtingere ꝙ in aliq̄ ca
ſu puta obediētie. neceſſitatis. aut
euidentis vtilitatis. in operibus vi
te actiue aliquis pl9 mereatur q̄ꝫ a
lius in operibus vite contēplatiue.
Et precipue ſi ꝓpter habundanciā
dīni amoris vt eius voluntas īplea
tur. quis propter ipſius gloriaꝫ in
terdum ſuſtinet a dulcedine contē
placōnis ad tempus ſeparari. Sicut
apoſtol9 dicebat. Optabam ego ip
ſe anathema eſſe a xp̄o: ꝓ fratrib9
meis. Quod exponens criſoſt̄ dicit.
Ita totā mentem eius demerſerat
amor criſti: vt in hoc quod ei pre ce
teris omnibus amabilius erat eſſe
cum criſto. rurſus idipſum quia ita
placet criſto contempneret. Et quā
q̄ꝫ hec omnia ita ſint. tamen vt ideꝫ
doctor ſcūs thō. alibi dt̄. plures hac
occaſiōe decepti ſūt: q̄ ſcꝫ ñ ob zelum
aīarū ſed poti9 ob tediū contēplacō
nis. ab incepta vacacōne non ſolum

libenter.ſed eciam gaudenter abſceſ
ſerunt. Hijs omnibus mentita eſt
iniquitas ſubdola: quā nonnunꝙ
humana fragilitas aut ſibi liben
ter pro iuſticia fingit aut acceptat.
Qꝫ autem iſta vera ſint.ex hoc ſolo
ſatis patet: quod pauciſſimi ſunt q̄
ad tantam contemplacionis dulce
dinem pertingunt: ut eis omnia de
lectabilia huius vite amareſcant.
Quomodo ergo poſſunt dicere qui
dam veraciter ꝙ doloroſe a contem
platiua vita recedant.et exteriori
bus occupationibus ſe ob fraternā
caritatem cum tedio graui donent.
quādo illam nunꝙ amauerunt. qꝛ
nunꝙ nouerunt: hanc autem toto
corde concupiſcant.licet hoc oretenꝰ
profiteri erubeſcant: Hoc eſt quod
beatus bernhardꝰ clare loquitur in
hec verba Vera maria non conque
ritur de martha: licet vera martha
conqueratur de maria. Falſa autē
maria ſemper de martha conqueri
tur: ꝙ ſcilicet ſibi onus externaruꝫ
curarum ſoli imponitur.et ipſa va
care cogitur: de quo gaudere debue
rat. Et falſa martha de maria non
conqueritur: quia timet ne ab inq̄e
tudine externa in qua delectatur re
moueatur. Iſte ſunt decepcōnes hu
mani generis magne: quas beatus
auguſtinꝰ ſuper illud pſalmiſte.ī ca
thedra peſtilencie non ſedit. vocat
morbum generalem: quia vix repe
ritur qui ex nulla parte hijs blan
dicijs non titilletur. Relinquitur er
go ſecure.ꝙ optima et ſanctiſſima
vita eſt illa que dimiſſis ſollicitudi
nibus externis contemplacōni ſum

me veritatis vacat: nec vnꝙ hoc in
dubiū vertebatur inter ſanctos niſi
ſcḋm diſtinctionem iam dictam: quin
ſemper cōtemplatiua preferebatur
actiue regulariter. Debet ergo qui
libet adhuc imperfectus ōino ſuſ
pectum habere: quicquid euꝫ ab hac
parte ſecuriori diuellere conatur. Pꝛ
fectꝰ quoqꝫ ſi ad actiuam legittime
ſeceſſerit: tribulacōem ſolitam cum
laboribus et periculis innumerabi
libus inueniet. Hinc idem beatꝰ pa
ter bernhardꝰ dicit. Sacer cōuen
tus ille eſt: in quo martha cōqueriť
de maria. Hinc iterum beatꝰ greg̃ꝰ
dicit Cōtemplatiua vita merito ma
maior eſt ꝙ actiua: quia hec in vſu
p̄ſentis operis laborat: illa vero ſa
pore intimo venturam requiem degu
ſtat. Hinc richardꝰ ait. Abſqꝫ du
bio michil ſic cor ab omni mundano
amore emundat. michil ſic animum
ad celeſtium amorem inflāmat: ut
per aſſiduam veritatis contempla
tionem fiat mundus per contemp
tū mundi: et ſanctꝰ per dilectōem dei.
Hinc iterum gregorius dicit. Con
templatiua vita eſt.caritatem dei
ꝛ proximi tota mente retinere ꝛ ab
exteriori actione quieſcere: ſoli deſi
derio conditoris inherere: ut nil iā
habere libeat. ſed calcatis curis om
nibus ad videndam faciem ſui cre
atoris animus inardeſcat. Quibꝰ
tā ꝙ euidicis teſtimonijs p̄miſſis: iā
ad rem ꝓpiꝰ accedere placeat. Sb
diſtinctiōe igitur quadrifaria quod
viſum fuerit ānobinnus Primo q̄d
ſit ipſa ꝯtemplatio in re: ſcḋo q̄ ſint
illa plura accñtia ipſiꝰ de q̄bꝰ tam

multiplex ſermo apud ſanctos pa
tres repitur: Tercio an indifferent
vniuerſi fideles ſint applicandi ad
exercitia eiꝰ. Quarto quo ſtudio p̄
ctice ad ipſam ꝑtingat. ¶ Circa p̄
mū eſt aduertendū ꝙ in ſacra ſcrip
tura repiuntur aliqui termini qui
ex p̄ma ſua impoſicōne ſic ꝑmanſe
runt q̄ſi ſemꝑ aliquid magni repre
ſentātes: ſicut ſunt deꝰ. dn̄s. creator.
ōnipotens ⁊c̄. Similit̄ repiunt̄ eci
am aliq̄ termini famoſi qui ex ſua
p̄ma impoſicōe michil magni repn̄
tant: ſꝫ quaſi denuo baptiſati ꝓpter
freq̄ntem vſum ſacrorū doctoꝝ ip̄a
ſui p̄ma nominacōe animū audien
tis ad ardua ſuſtollunt: ſicuti ſunt
miſſa. oracō. cōtēplatio. fides ⁊c̄. Ex
quo iā redditur racō q̄re iſte termi
nꝰ contēplacō ꝯmunit̄ apud vniuer
ſos tractatores ſacraꝝ ſcripturarū
tantā obtinuerit reuerēciam: vt q̄ci
ens nominet̄. audiētes aut ingeiſ
cent q̄ſi multū ſit ad eos: aut ꝯgra
tulētur quaſi bn̄ ſit eis cū ipſa. Vt
autē hec lucidius clareſcāt: queren
da eſt in p̄ma origo ipſiꝰ. Dicit̄ er
go ꝯtemplatio quaſi ſimul viſio. ab
antiq̄ verbo templor inuſitato: a q̄
compoſitū cōſuetudinarie apud lati
nos vertitur ꝯtēplor: quod idem ſōt
quod ſimul videre vel conuidere. vn̄
contemplacio quaſi conuiſio. Mirū
fortaſſe videbit̄ qd̄ loquor: nō dedig
natur btūs Augꝰ. aſſerere: ꝙ eſti
mat dīna ordinacōe actū vt q̄rūdā
t̄minorū ordo. g̃maticē. ſolitā legē
excedat. Pari racōe quis negarē au
debit hoc ſpūſancto auctorē decretū
qui in ſanctis prībꝰ locutus ē. vt in

hijs terminis cōtemplacō ⁊ ꝯuiſio.
tātū eclipſim gramatica ꝑpeſſa ſit.
Ecce auruſpice ſcꝫ templor. q̄ſi ꝓſcrip
tꝰ apud nos comparē nō audet: ſed
neptis ipſiꝰ ſcꝫ cōtēplacō nedū famili
aris nob̄ eſt: quinimo in maxima
reuerētia apud nos hētur. Et regi
one. video ⁊ viſio grata nobis ſūt. et
ad queciq̄ꝫ eciā populaia facilē ap
plicabilia: ſed ꝓles ipſaꝝ vtiq̄ꝫ legi
time apud omnes g̃maticos vicꝫ cō
uideo ⁊ ꝯuiſio ita barbare ſonantī
auribꝰ noſtris: vt potiꝰ deriſionē q̄
honorem reportet. Ibi ꝑntes q̄ſi exter
ni. ſꝫ ꝓles honorate: Hic econtra. Quor
ſum iſta tendūt. niſi ꝗ magna res
eſt viſio ſpūalis: ꝙ idcirco eciaꝫ ha
beat honorificum terminū alias igno
bilē aut ignotū quo res tanta ſigni
ficetur. Valeāt hec tātum quātū va
lent: hoc tn̄ ꝓ certo tenendū videt̄:
ꝙ iſte terminꝰ contēplatio in tā g̃n
di honore nequaq̄ eſſet. niſi ſcōꝝ prīn
ꝯſuetudinaria locucio ipſū ad hoc ꝓ
mouiſſet. Dimiſſa igit̄ gn̄ali eiꝰ ſig
nificacōe qua eciā ethnici ⁊ phī vtū
tur. nunc de ipſa loquēdum xpiano
more reſtat: eo ſcꝫ modo q̄ ꝓfās vi
tis ꝯuenit: ꝗ ſic freq̄ntiꝰ eam in ſa
cris libris poſitā repimꝰ. ¶ Occurrit
ergo prima difficultas: quare dica
tur potiꝰ contemplatio id eſt ſimul
viſio q̄ꝫ templacō ſola. i. viſio. Quid
ſibi vult iſta cōbinatio: cū vtiq̄ꝫ qui
libet perfectꝰ ſit vnꝰ ſolꝰ ⁊ ſeorſū ſe
dens ⁊ tunc maxime ſolitudinē ap
petat. qn̄ ꝯtēplacōni vacare cōtēdit.
nec ſocium cū quo videat admittat.
Rn̄ſio, dicēdū ꝙ ſm̄ ſctm̄ thō. in. 22e.
q. 180. arti. 1. Hoc in contemplacōe

ꝑfcā requiritur. ꝙ non ſolū diuina veri
tas videat̄ ſʒ eciaʒ ametur. ꝓ ut ḡg̃ꝰ
dicit ezech.: cum quis ipſū quē amat
viderit in amore ipſiꝰ ampliꝰ ignef
cit. Ex quo ſequitur ꝙ quedā ſocie
tas in cōteplacōne eſt nc̄cāria: nō
quidē extra hominē ſʒ in hōīe ipſo:
q̄ viʒ ſocietas attēditur reſpectu vi
riū aīe pcīpaliū que ſūt affectꝰ
⁊ intellectꝰ. Vn̄ q̄diu iſti duo nō fu
erint ꝯformit̄ reformati ꝑ virtutes
appetitiuas et cognoſcitiuas ſaltē
ſm ꝯmunē graciā ītā diu homo non
eſt aptꝰ ad ꝯtemplacōem. Plures
namqʒ valde feruidi in affectuali de
uocōne. ſed in eruditione intellectu
ali minus edocti cum ſe ad contem
placōem cōuerterunt. decepti fuerūt
per demoniū nocturnum id eſt ꝑ vm
broſam et falſam doctrinam hoſtis
antiqui. Alij in ſacra ſcriptura val
de imbuti. ſed in affectu minꝰ refor
mati. decepti fuerunt ꝑ demonium
meridianū. i. per vanam gloriam:
ſcd̄m illud apoſtoli. ſcientia inflat.
Qn̄ ergo iſta ſimul currunt per di
uinā grām adiutricē. tunc rite perficit̄
miſteriū cōteplacōis perfecte. Que
ritur deinde. qn̄ dicat̄ contemplacō ꝑ
fcā vel completa: ⁊ q̄ ſint ad hoc ne
ceſſaria iam affcū ⁊ intellcū ſm cō
muneʒ grām reformatis. Dicēdum
ſm ſcm̄ thō. 22e. q. 180. arti. 3. ꝙ con
templatio habʒ vnum actum fina
lem in quo perficitur. qui eſt intueri
veritatē diuinā. Hʒ eciā multos actꝰ
ꝑuios q̄bꝰ ꝑuenit ad hūc actum fina
lē: qui ſūt lectio. orō. meditatio. ꝯſi
deratio. ſpeculatio. Oīa iſta ꝑrequi
runt̄ ad iuuādū intellcm̄ ad quē eſ
ſencialit̄ ipſa cōtemplacio ꝑtinet: de
q̄bus infra dicetur. Vn̄ eſt quedaʒ
diffinicō bt̄i augꝰ: ꝙ ꝯtemplatio ſit
mentis in deum ſuſpēſe quedaʒ ele
uacō: eterne dulcedīs gaudia degu
ſtās. Hec diffinitio loquit̄ de ꝯtēpla
cōne ꝑfecta et cōpleta in qua tāgun
tur ambe vires: qr̄ eleuatio mētis ꝑ
tinet ad intellcm̄ qḋ ē pncipale ī cō
templacōe: et deguſtās gaudia qḋ
ꝑtinet ad affectū. Dicit enim ſcūs
thōs. ꝙ ꝯtemplacō diuinoꝝ q̄ habetur
in via ⁊ ſi ſit imꝑfcā. hʒ tn̄ ānexam
q̄ſi ſcd̄ario tātā delcācōeʒ vt delecta
bilior ſit oī alia ꝯtēplacōe q̄ntūcūqʒ
ꝑfcā ꝓpter excellētiā rei ꝯtēplate: li
cet ꝯtēplās pncipaliter illā delcātio
nē nō intēdat: ſʒ ex amore auide cu
pit videre quē ſūme diligit: ſm illḋ
math. 6: vbi eſt theſaurꝰ tuꝰ ibi eſt
et cor tuū. Inardeſcit ergo ex dilcō
ne ad videndum eiꝰ pulchritudinē
quē diligit et cum viderit ſūme delcā
tur: quia vnuſquiſqʒ cū adeptꝰ fue
rit id qḋ amat delcātur: et ex delcā
cione in amoē ampliꝰ accēditur. Ex
q̊ ſeq̄tur ſm eundem doctorē ſanctū.
ꝙ vis affectiua ē cauſa motiua con
templacōnis. in q̄ntum mouet intel
lectum ad exercēdam opacōnem cō
tēplatiōis et eciā contēplatio t̄miat̄
ad delcātioneʒ affectiuā: q̄ tāta ē ut
oēm hūanā delcātionē excedat: ſic
eciā ipſe amor quo ex caritate deus
diligit̄ oēm amorem excedit. ſic Au
guſtinꝰ dicit: ꝙ minima caritas plꝰ
diligit deum. quā ſumma cupiditas
aurum totius mundi. Hinc greg̃ꝰ
dicit. Contemplatiūa vita amabilis
valde dulcedo ē que ſuꝑ ſemetipſā

animā rapit᷑·celeſtia aperit·ſpiri-
tualia mentis oculis patefacit᷑·cor-
poralia abſcōdit·Hinc aug⁹·x·con
feſ·loquens ad dn̄m.ait·Tu es lux
pmanens.quā de ōmibus cōſulebaz
an eēnt·quid eēnt·et quātipēdēda
eēnt·Hoc me delectat·ꝛ ab actioni-
b⁹ neceſſitatis quātū relaxari poſſum.
ad iſtam voluptatē refugio·Neqȝ ī
hijs ōmib⁹ que pcurro cōſulens te.in-
uenio tutū locū anime mee niſi in te:
quo colligātur ſparſa mea.nec a te
quicq̄ recedat ex me·Et aliqn̄ ītro
mittis me in affectū multum inuſi-
tatū introrſus.ad neſcio quā dulce
dinē.que ſi pficiatur in me.neſcio q̄d
erit:ſcio q̄ vita iſta non erit·Vn̄ pa
tet ex hijs ꝛ alijs multis ſimilibus.
q̄ hec pfcā et cōpleta cōtēplacō non
eſt in ptāte hoīs.q2 excedit hūanaȝ
facultatē·Et ideo natura indigȝ iu-
uari p bn̄ficiū grē.ut mēs eleuetur
ſupra facultatē naturalē·neqȝ ad
hoc ſufficit cōmūis grā ḡtūfaciens:
ſȝ grā gratis data ſupaddita ei.Eci-
am reſpcū rei cōtēplate q̄ de⁹ eſt ne
ceſſario optet q̄ ipſemet cōtēplatio
nē pficiat᷑·grīoſe oñdendo ſe mēti cō-
tēplantis vltra debitū.alioqn̄ miſ-
teriū cōtēplacōnis manebit impfe-
ctū·Hoc eſt qd̄ dr̄ iob·38·Ex q̄ ab-
ſcōderit vultū ſuū.q̄s eſt q̄ cōtēplet᷑
eū:Quaſi dicat.nemo·Ecce tū rōe
modi ɔtēplādi q̄ rōne rei ɔtēplate·
negociū pfcē ɔtēplacōnis excedit ne-
dū facultatē nature·ſȝ eciā cōis grē.
Merito igit᷑ dictū eſt q̄ magna res
eſt ymo ps opcīa:que vix datur eci-
am pfc̄is in xp̄iana vita·Que autē
hec ita ſint.ptȝ p hoc qd̄ dr̄·p̄uer·12·

Vbi int᷑ grās ḡtis datas enūerāt᷑
ꝓphia et ſermo ſapīe.q̄ ſm glō·ni-
chil aliud ſūt q̄ cōtemplacō eterno-
rū.et paucis dātur·Dicit eciā btūs
greg⁹·ſup ezech·q̄ ſepe volum⁹ ōni
potētis dei naturā inuiſibilē ɔſidera
re et nequaq̄ valem⁹.atȝ ipſ diffi-
cultatib⁹ fatigata aīa a ſemetipā r᷑-
cedit.ꝛc̄·Et iterū·Quid difficiti⁹ q̄
hoī in terra edito·terrēa et fragilia
mēbra geſtāti·celorū alta ɔſcēdere:
ſupnorū ſpūum archana penetrare:
Et ſubdit in ſinā·Qd̄ natura ñ pt
grā ſupplet·ita tn̄ vt faciat qd̄ ī ſe
ē·Exēplū hui⁹ familiare hēm⁹ ī aliq̄
ſedēte in turri pfunda ꝛ vmbroſa:q̄
tn̄ mō vnā puā feneſtrā habeat ver
ſus aqlonē in ſupiori pte·Hic niſi
leuet᷑ ī tenebris manet:leuat⁹ autē
nil pret᷑ illūmatū aerē ɔſpicere pōt
ꝛ h⁹ modice·radij vero ſolares neq̄q̄
ad ipſū ptingunt quātūqȝ ec̄ curioſe
et acute circūſpiciat:niſi q̄s aliaȝ fe-
neſtrā ſibi ꝑparet verſus meridieȝ.
p quā radij in ſuo pleno fulgore ad
ipſū intrēt·Sic ſuo mō de q̄libet vi-
atore ē ymaginādum·Oēs in tene
bris ſedem⁹:vix paȝ intelligentie
de illūmatis viris haurire ſufficim⁹.
Et ſi multū pficim⁹ nos diſponēdo
ad dīnos radios ſupluceutes pcipi-
endos·nō tn̄ eos videre poterim⁹:ni-
ſi dn̄s de⁹ eos gratuito nobis oñde-
re dignet᷑·Vt em̄ ſcūs thō·dicit ī ſū-
ma de veritate·q·xi·ar·2·Finis cō-
tēplatiue vite eſt inſpectio veritatis
non qualiſcūqȝ ſȝ increate ſm mod᷑
poſſibileȝ cōtemplanti:q̄ q̄dem ī hac
vita impfcē inſpicit᷑·in futura aūt
videbit᷑ pfcē·Hinc iob·36·dicit᷑·In

manibus abſcondit lucē.et p̄cipit ei
vt rurſus adueīat· Annūciat de eo
amico ſuo ꝙ poſſeſſio eius ſit.et ad
eā poſſit aſcēdere· Et ğğ·dt.ꝙ contē
placiā vita h̄ incipit̄ vt in celeſti pa
tria perficiat̄· Hec et ſiſia oīa ſic in-
telligēda ſūt ſic̄ ſcīs thōs dt p9 au-
guſtinū ⁊ alios:ꝙ tā rōe modi cōtē
plādi ꝙ̄ rōe rei ɔtēplate lōge diſtat
int̄ ɔtēplacōez vie et patrie· Quia q̄
ad modū ɔſtat ꝙ illi q̄ ſūt in pr̄ia p
lumē glorie ſimplici et claro intuitu.
q̄ in via p lumē grē nō abſqȝ fantaſ
matibus ɔtēplāt̄:licet ī illis n̄ ſiſtāt.
Quo ad rē ɔtēplatā ſilit̄ ɔſtat:ꝙ in
pr̄ia videt̄ dīna eēncia.ī via n̄.Unde
dt dioniſi9.Si aliq̄s vidēs deū.intel
lexit qd vidit:nō ip̄m vidit.ſ aliq̄d e
oꝝ q̄ ſūt eius.Et ğğ·ſup eze·dicit.ꝙ
neqȝ omnipotēs deus tāꝙ̄ in ſua cla
ritate ɔſpicit̄:ſ q̄ddā ſub illa ſpecu
lat̄ aīa vnde rcā pficiat:et p9 ad vi
ſioīs eius gloriā p̄tigat· Hoc āt diū
ſimode noīatur:ſciȝ fulgor·radius·
claritas inceſſabilis·tonitruū·cali
go·⁊c̄:q̄ omnia nichil aliud ſunt ꝙ̄
quoddā temperamētū humane fra
gilitati ſufferibile.Nā vt auguſtin9
dicit ſup geñ·Nemo vidēs deū viuit
iſta vita:qua mōꝛtaliter viuit̄·in iſtis
ſenſibus corporis· Et gregori9.Q̄ȝ di
u in hac mortali carne viuitur.null9
ita in cōtēplatione v̄tutis pficit:vt ī
ipſo incircūſcripti luminis radio mē
tis oculos infigat· Illud autē quod
beatus auguſtin9 ad paulinā dicit.
ſciȝ ꝙ ipſa dei ſubſtancia a q̄buſdā
videri potuit in hac vita poſitis.ſicut
a moyſe et paulo:ītelligendū eſt ſ̄m
quandā ſingularē diſpēſationē di-

uinā nō ſ̄m cōmunē regulā: vnde il
li duo medio modo ſe habuerunt in
ter ſtatum preſentis vite et future·
Et hoc neceſſariū fuit.xp̄i firmita-
tem fidei electis predicandam:tam ī
circumciſione ꝙ̄ in prepucio· Nam
moyſes fuit p̄mus doctor iudeoꝝ:et
paulus primus doctor gentium· Cō
ſtat autem.ꝙ teſtis ydoneus magis
recipitur de viſis.quā de auditis· Et
principale negotium tocius fidei de-
pendet de certitudine eſſentie vnius
veri dei· contra pluralitatem falſorū
deorum:quibus totum humanū ge-
nus inſeruiebat·et ab eoꝝ cultu re-
cedere noluit niſi omnino certifica-
retur de veritate vnius dei: ergo iſ-
tos duos tamꝙ̄ patresfamilias to
cius mundi neceſſaium fuit aliquid
plus habere vltra alios predicato-
res fidei· Sed de cōmuni lege viato
rum cōtēplatio ſe non extēdit vſqȝ
ad hunc ſupremū gradū:ſed in limi
tibus ſuis ſiſtit iux̄ predcā:domino
qui ē ſūma lux dāte vnicuiqȝ ſ̄m ca
pacitatē ſuā· A quo eciā ſcd̄m natu
rales velut a p̄ma cauſa omnibus
datur eſſe et viuere:et vt aliq̄d ad
damus.eciā cōtēplari:his quidē clai
us.his vero obſcurius. Inuenitur et̄
quedā diffinicio richardi de ſcō vic·
dicentis:ꝙ contēplacō eſt perſpicax
et liber animi contuitus in res per-
ſpiciendas.Ex qua eciam patet ſ̄m
ſanctum thomam.ꝙ contemplacō p
tinet ad ipſum ſimplicem intuitum
veritatis· Et vt idem richardus ig-
notum per notum oſtenderet:dicit·
ꝙ eſt quedam ſimilitudo quo ad co-
gitationem et contemplacōem· Nā ī

cogitacōe eſt q̄dam volat9ſine labo͛e
et ſine fructu de vno in aliud:quem
heu cotidie doloroſe expimur eciaz
inuiti. In cōtemplacōe vero ē cū ītel
ligentia mira quedaz agilitas ſine
labore cū fructu. Qū ergo ſic facilit̄
et libere volam9 q̄ ad vtilia.ſic diſt̄e
himur hincinde q̄ ad nociua:tūc ali
quē ī cōtemplacōe gradū incepim9
ſaltē diſpoſicīe.vt infra dicet̄. Quo
ad ſcd̄m ē adūtendū ſcꝫ de ḡdib9cō
t̄eplacōnis ⁊ alijs q̄ circa hanc ma
teriā ſāa tractant:ꝙ ſc̄m ſcm̄ thōm ī
22e.q.181.arti.2. Ipſa mens huma
na diuīt9 rapit̄ ad ꝯt̄eplandam veri
tatem diuīā triplicit̄. Vno mō ut cō
templet̄ eā ꝑ ſimilitudines quaſdā
ymaginarias:⁊ talis fuit exceſſus
mētis q̄ accidit ſup̄ petꝝ:de q̄ dicitur
actu.x. Alio mō vt ꝯtempletur veri
tatem diuīnam ꝑ intelligibiles effc̄us:
ſic fuit exceſſus dauid dicētis:ego
dixi in exceſſu meo oīs hō mendax.
Tercio mō vt ꝯtemplet̄ eā in ſua eēn
cia:et talis fuit raptus pauli ⁊ mo
yſi. Ad hos tres modos p̄nt reduci
ōnes alij q̄ in ſcripturis ſacris legū
tur:hoc ſemꝑ attento.ꝙ ſubtilior ve
ritas ꝯſpicitur ſc̄m illuſtracōem al
tioris luminis. Et ideo ſcd̄s modus
eſt dignior q̄ꝫ p̄m9:et terti9 q̄ꝫ ſecun
d9. De hijs ſunt multe ſubtilitates
apud ſcōs doctores:ſ.dyoniſiū.au
guſtinū.gregoriū.thōm ⁊c̄. Qui vult
querat ⁊ legat:⁊ laborē nō puū inue
niet. Sufficit paupertati nr̄e hec pau
cula tetigiſſe:vt iam qualitēūqz ac
ceſſum hēam9 de hijs q̄ ſolide dicta
ſunt et fundamētaliter poſita ſc̄m
verū intellcm̄ magnoꝝ p̄rm̄.ad ea

que in deuotis et affectuoſis libris
ſcripta repim9 multū valētia ad p̄
xim ipſaz:quā ſpecialit̄ nos religi
oſi q̄rere debem9. Inuenim9 ꝑinde
plura in diuerſ tractatib9 ſup cāti
ca cāticoꝝ ⁊ in libris dyoniſij ⁊ com
mētis ei9 ⁊ in alijs de ꝯtemplacōne
ſcribentibꝫ:q̄ reſpectū hn̄t ad ipſam
cōt̄eplacōem:ſꝫ q̄ vocabulo generali
ter ipſa exp̄mere debeā nōdū inueni.
Vident̄ aūt michi non inconueniēt̄
poſſe dici q̄dam reliquie contēplacō
nis:q̄ diem feſtū agunt cū ipſi con
templāti q̄ꝫ alijs aſſidētib9. Vel for
te dici p̄nt quidā effc̄us ꝯn̄tes ipſaz.
ſuſcitati in vi affectiua:et ex natu
rali colligacōe deſcendētes in ipſam
ꝑtem ſenſitiuam ꝑ redūdanciā quā
dam. Sicut apte videm9.ꝙ triſtante
aīa interi9.eciā corp9 tabeſcit exteri
us:⁊ exhilarato ſpū intꝰius.totū cor
p9 foris exhilareſcit:et admirāte
vel fortit̄ ymagināte aīa intꝰius.cor
p9 ſtupeſcit aut attonitū cernit̄ ex
tꝰius.⁊c̄. Ita ſuſpicor de ꝯt̄eplatiōe:
q̄ iuxta ſupius dicta ꝑfici nō p̄t niſi
cū alienatiōe ſenſuū exterioꝝ. Vnde
q̄ꝛ cū inſolita violētia fit nature:nō
eſt mirꝫ ſi aliq̄ mot9 inſoliti ſiāt ī ip
ſa vi ſenſitiua que maxīe paſſibilis
eſt et mobilis.ad vires ſupiores.
Videm9 em̄ ad extr̄ q̄ſi in groſſo ex
emplo quāte ſiāt immutatiōes coti
die ī corꝑib9 hūanis ex cotidiano vi
ctu:eciā vbi nulla concurrit violen
tia. Vbi grā. Si aliq̄b9 ſicientib9 vi
nū ꝓpinatur:iuxta fortitudinez ſuā
ī diuerſis diuerſos habꝫ effc̄us. Vn9
letificatur.ali9 ꝯtriſtatur:vn9 for
tificatur.ali9 debilitat̄:vn9 acutior

efficitur. alius eletior redditᷣ: vnꝰ ſa
natᷣ· alius īfirmatᷣ ⁊c̄· Poſſūt ec̄ iſti
effectꝰ ī vno hoīe pro q̄libet tp̄e repe
riri: ſc̄m diuerſos ſtatus ⁊ alteracōes
naturaliū ſuoꝝ. Poteſt eciā aliq̄s tā
tū de forti vino bibere: vt p̄citus alie
netur a ſenſibus ⁊c̄. Multo fortius
ergo cōtigere habent inſoliti effectꝰ
ex cauſis ſpūalibꝰ: q̄ actiuiores ſūt
carnalibus ⁊ vehemētiꝰ mouēt potē
tias īferiores· Vt autē hec clariꝰ vi
deamus: numerāda ſūt illa de qui
bus intēdimus· Sūt namq̄ ī viris
cōtemplatiuis varia deſideria intus. ⁊
varij geſtus foris: omnes inſoliti ō
nes admiracōe digni· Deſcribūtur
eciā ſuis noībus q̄ntū ſatis eſt: qui
bus affectꝰ et geſtus iſti cōgrue noti
ficētur· Primo igitᷣ occurrit deuotio.
hilaritas· taciturnitas· maturitas· hu
militas· Hec ſiquidē q̄ſi p̄uio more
antecedūt cōtēplationem· Hijs iūgū
tur lacrime: ex quibus ſequitur ſa
turitas· ſecuritas· ſtrēnuitas· pietas
benignitas· largitas· Deinde appro
pinquat dulcedo: ex q̄ oritur īflāma
tio· vnctio· ſpeculatio· raptus· guſ
tus· quies· gloriatio· Sequitur pꝰ
hec incēdium. iubilus· liq̄factio· aſcē
ſio· ſuauitas· auiditas· libertas· mor
tificatio· languor· De his omnibus
eſt pulchra correſpondētia in ſacris
ſcripturis: plures ſūt libri cōſcripti a
diuſis· Eligat ſibi quod q̄libet volu
erit· Deuotꝰ eciā doctor euſtachius
q̄ et bona ventura. ſex ponit gradus
q̄drati aſcendētes: q̄ ſūt vigilātia. cō
fidētia· cōcupiſcētia· excedētia· cōpla
cētia· leticia: ⁊ in ſeptio adherētiam
collocat: in q̄ eſt oſculū dilectiſſimi

et āplexus amātiſſimi· In hunc mo
dum poſſunt varia noīa adhuc mul
to plura his applicari: de quibus cer
ta regula nō poteſt dari· ꝓpter varie
tatem affectus: qui ſemꝑ noua fabri
cat· et in īfinitum ꝓcedit· et hinc inde
diſcurrit· neq̄ quietari poteſt niſi in
ſūmo bono· Quo adepto ſūme delec
tatur· et varias conſolacōes ſocio ſu
o hoc eſt corpori tranſmittit: iuſtum
per omnia arbitrās: q̄ ſicut ꝑticeps
laborū multoꝝ fuit· ſic eciā ſit ⁊ pre
miorū: nō ſolūm futura reſurrectiōe
iuſtoꝝ· ſ; eciam quantū licet in hac
mortalitate: vbi nichilominꝰ pluibꝰ
deformitatibus et penalitatibus g̃
uatur tāq̄ꝫ morti deſtinatum· Exē
plum habemus familiare de iubilo:
qui dicitur gaudiū cordi infuſū ex
cōtemplacōe cauſatū: quod tantum ē
vt neq̄ꝫ referri intus poſſit. ſ; q̄ſi vi
olēter foris erūpat: et totū corpꝰ ipē
tu ſuo cōmouet· et delectabilitᷣ cruciat.
Hinc ſecūtᷣ ec̄ in viris magne ꝑfecti
oīs nōnūq̄ꝫ ad multos dies geſtꝰ q̄
ſi pueriles et ipſis eciā nouicijs ſcā
daloſi: viz riſus· clāores· plauſꝰ ma
nuū· iactacōes brachioꝝ· cātus· ſal
tus· et ſilia: q̄ valde īuētes q̄ talia n̄
ſūt experti ſcādaliſant· donec meliꝰ in
formentᷣ. Pariformitᷣ de alijs huiuſ
cemōi ſignis exterioribꝰ ſiue p̄cedētia
ſiue ſubſeq̄ntia ſint ipſam cōtēplati
onē· exemplificari poſſet: niſi tedium
prohiberet· Sufficit pro nūc anno
tare: q̄ diſpoſitio complexionū mul
tum ad iſta confert Qui enim natu
raliter iocundus eſt. faciliter ad iu
bilum concitatur: Qui naturaliter
conſideratiuꝰ. ad admirationē: Qui

naturalit̃ amorosus ad extasim: q̃
pauidꝰ ad lãguorẽ: ⁊ sic de alijs. Ex
q̃ seq̃tur clare. ꝙ penes ista sig̃ non
p̄t sumi certũ iudiciũ de ꝑfc̃one ali
cuiꝰ: ꝙuis ꝑfc̃i aliqñ ista h̃eant. Et
in hoc est magna plurimorũ simpli
ciũ deceptio: q̃ studiosi ꝰ ãhelant ad
istos effc̃us vel sig̃ ꝙ ad causã: citi
us volũt in raptum vel extasim vel
iubilũ duci. ꝙ in ꝯtemplacõez dĩno
rũ. Vñ qꝛ non debito ordine ꝓcedũt.
ideo crebrime fallũtur: ⁊ in stulticiã
labuntur. Et quãtũ datur intelligi
ob hoc nõ modice lesa est tãta grã ⁊
quasi in ridiculũ deuenit. Reuera ite
rũ dicẽdum videt̃: qḋ iã sepiꝰ dcm̃ ẽ.
Magna res est ꝯtemplacõ: nec pu
sillis ⁊ in vita spũali adhuc neophi
tis ꝯmittenda. Vix ꝑfc̃i in ea se suf
ficiẽter ꝯseruare ⁊ circũspicere va
lent. Magni laquei. magneq̃ carib
des inexꝑtis hic occultantur. Neq̃
sic putandũ est: quasi hm̃oi signa so
lũmodo sint in hoc statu ꝑfc̃e carita
tis ⁊ in alijs nõ. Quinimo q̃libet g̃
dꝰ ⁊ statꝰ signa sua habz eciã foris
qñq̃ erũpencia. Verbi grã. Peccor a
via sua mala ꝯuersus ad dñm. pri
mũ grauem intꝰ ꝯcipit displicẽciaz
peccõrũ suorũ: deinde compũctionem:
postea ꝯtritionez. Que si creuit no
tabilit̃. tãtam vim doloris parit in
corde. ut nequaꝙ se continere vale
at ad intra: quin potiꝰ mox q̃si vio
lent̃ se foris ꝓdit. nunc ꝑ gemitus.
nunc ꝑ lacrimas. nũc ꝑ vlulatꝰ. fle
tus. tũsiones pectoris. ꝓstratiões.
p̃clamatiões. disciplinas. verbera.
et alia eciã sibi naturalit̃ contraria:
ita ut vehemẽter post ipsemet mire

tur q̃uo ad talia faciẽda deuenerit.
Eq̃ faciliter de scẽdo statu carita
tis q̃ respicit ꝓficientes. pmo de ex
ercicijs cuiuslibz v̄tutis exemplifi
cari p̄t: pmo adhuc de artibꝰ mecha
nicis ꝓpter dominiũ volũtatis super
alias vires. Cũ em̃ ut apte videmꝰ
hõ inclinatur ad opꝰ aliqḋ faciendũ:
statĩ voluntas p̃cipit intellectui vt
media inq̃rat. precipit sensibꝰ ut ex
equãtur qḋ decretũ ẽ: sequũtur sta
tim diũse ymaginacões ad intra. ⁊
oꝑacões ad extra. donec ꝑficiatur
id qḋ p̃mo intentũ fuit. Hec qꝛ coti
diana sũt: ꝓpter sui assiduitatez vi
luerũt. Quia vero in ꝯtemplatiõe q̃
rara est similia ꝯtingũt: idcirco tã
ꝙ in re magna oĩa ista grãdi sollẽp
nitate ꝓsequũtur. Simile in subli
mibꝰ ꝑsonis attendẽ solemꝰ. Si rex
aut dux vel aliꝰ homo potẽs aliq̃d
dicit vel facit: mirantur vniũsi. Si
pauꝑ talia diceret vel faceret: ꝗ pa
rũ aut nichil attẽderet̃. Ita in viris
ꝑfc̃is q̃cquid agunt q̃ dicũt reuerẽt̃
suscipim̃ꝰ. maxime qñ cũ deo famili
ariꝰ ꝯũsati sunt: qꝛ frequẽter miste
riũ in talibꝰ latet. Si vero penitens
q̃ aliquis aliꝰ simplex bonevolũta
tis hõ eadẽ attemptarẽt: aut contẽp
neretur. q̃ non aduterẽt: qꝛ ꝑ tales
nichil magnũ q̃ rarũ solet dñs deꝰ
in eccl̃ia sua oꝑari. Quo ad terci
um scz an indifferẽter vniũsi fideles
sint applicãdi ad exercitia ꝯtempla
cõnis: Ad hoc rñdetur ꝫm btm̃ grego
et scm̃ thõ: ꝙ sunt quidã magis ap
ti ad vitam actiuã ꝙ ad vitã cõtẽ
platiuã: Illi scz q̃ ꝓni sunt ad passi
ones ꝓpter eorũ impetũ ad agendũ:

et eciã ꝓpter inq̃etudinẽ ſpũs· Vñ in
6· mora· dicit gg꞉ ꝙ nõnulli ita inq̃
eti ſũt. ut ſi vacacõem laboris habue
rint grauiꝰ laborẽt꞉ qꝛ tãto deterio-
res cordis tumultꝰ tolerãt꞉ q̃nto eis
licẽtiꝰ ad cogitacões vacat. Sepe eĩ
q̃ occupati hũanis vſibꝰ viuerent꞉
gladio ſue q̃etis extincti ſũt· Et ut
hugo dicit. piꝰ et miſericors deꝰ deſide
riũ hoĩm deuotoꝝ ꝓuocat et irritat.
ut augeat· Qd̃ nichilominus dure
mẽtes q̃ nõ oĩno q̃ impacient̃ tole-
rãt· Vñ accidit ut inde ille decreſcãt
in dei amore꞉ vnde alij ꝑfectum ſũp
ſerãt. Iſtis ergo ſc̃m yſid· vtiliꝰ eſt ꝑ
ſimplicẽ actionez ire ad vitã etnam꞉
q̃ ꝑ cõtẽplacõis errorẽ mitti in ie-
hennã· Loth in ꝑuerſa ciuitate iuſ-
tus fuit꞉ et in monte peccauit· Ob hº
tñ hoĩes bone voluntatis non debẽt
puſillo aĩo fieri vel irremediabiliter
dolẽ꞉ qꝛ vt idẽ greg꞉ dicit vbi ſupra꞉
Sine contemplatiua vita intrare
pñt ad celeſtem pãaz qui bona que
pñt opari non negligũt꞉ // que poſſũt·
Eciã nõnunq̃ delicatis cõtemplati
uis difficilia multa videnẗ꞉ que acti
uis ꝑ ſui cõſuetudine facilima ſunt·
Eciã btũs bernh̃ ſup cãtica dicit No
li nimis inſiſtere oſculis cõtempla
cõnis꞉ qꝛ meliora ſunt vbera p̄dica
cõnis· Nam et ſi rachel formoſior꞉
lya tamen fecũdior eſt· Hinc quidã
deuotꝰ pr̃ dicit꞉ ꝙ illud exercitiũ eſt.
hoĩ ſimpliciter meliꝰ qd̃ ſc̃m diuinã vo
lũtatem ſibi largitũ eſt꞉ non ſc̃m ꝓ
priã electionem aut poſtulacõnem·
Quare nemo debet aliq̃d de hijs ſim
pliciter a deo petere niſi ſub condicõ
ne꞉ inquãtum ſcꝫ ſibi placet· et ꝓ ve



nouerit expedire· Vinũ nãqꝫ quod
ſenez cõfortat infantem necat. Sũt
alij qui naturaliter habent animi
puritatem et quietem꞉ ꝑ quã ad cõtẽ
placõnem ſunt apti· Qui ſi totali-
ter actionibus deputentur꞉ detrimẽ
tum ſuſtinebunt· Unde greg꞉ dicit·
vbi ſupra꞉ ꝙ quorũdam hominum
ita ocĩoſe mentes ſunt꞉ vt ſi eos la-
bor occupacõnis excipiat. in ipſa o-
peris inchoacõne ſuccumbant· Qñ-
tum eciam quies in contemplacõne
ſit neceſſaria꞉ oſtendit· v· mora꞉ di-
cens· Nunq̃ cõmocõi contemplacõ
iungitur꞉ nec preualet mens ꝑtur-
bata conſpicere ad quod vix tran
quilla valet inhiare꞉ qꝛ nec ſolis ra
dius cernitur꞉ cum cõmote nubes ce
li faciem obducunt· Nec turbatus
fons reſpicientis ymaginem red-
dit· quã tranquillus proprie oſten
dit꞉ qꝛ quo eius vnda palpitat. eo
in ſe ſpeciem ſimilitudinis obſcurat.
Tanta ergo quies contemplare vo
lenti neceſſaria eſt. ut non ſolũ ali-
os perturbare formidet aut ab ap
tis ſe preſeruet litibus꞉ ymo adhuc
illas occultas immiſſiones et cord
tumultuacões꞉ neceſſe eſt ut abici-
at. quas vel leſa olim natura remi
niſcitur. vel quas non leſa quaſi de
nouo fabricat꞉ vel quas antiquꝰ ho
ſtis ſaluti noſtre inſidians crebro
dum contemplacõni intendere cupi
mꝰ añ cordis oculos reportat· Hec
qꝛ impfẽcẽs rara ſũt꞉ plane cõſtat qꝛ
ꝑfectoꝝ aĩmꝰ vix ad cõteplacõis cul
mẽ ſufficiat. Pro maiori intellcũ hu
ius materie ne nimis cõtriſtẽtur ipſã.
eſt ſciendũ ſc̃m ſcm̃ thõ· vbi ſup꞉ ꝙ

ad vitā contēplatiuā ꝑtinet aliq̄d
dupliciť: Uno mō p̄ncipaliť: Alio°
diſpoſitiue vel ſecūdario. Pn̄cipaliť
ad vitā cōtemplatiuā q̄dem ꝑtinꝫ cō
tēplacō diuine veritatis: q̄ ē finis toti⁹
hūane vite. Vn̄ aug⁹. dicit p̄mo de
trini: ꝙ ꝯtēplacō dei pmittiť nob ac
tionū oīm finis. atqꝫ eterna pfectio
gaudiorꝝ. Que quidē in futura vita
erit pfcā: qn̄ videbim⁹ facie ad faciē:
vn̄ et pfcē beatos faciet. Nūc autez
contēplacō diuine veritatis cōpetit no-
bis impfcē vicꝫ p ſpeculū ꝛ in enig
mate: vn̄ p eā fit nobis q̄dā inchoa
tio btitudinis: q̄ hic incipit ut in fu-
turo termietur. Et q̄uis iſta cōtem
platio impfcā ſit reſpcū ꝯtēplacio-
nis prīe: tn̄ excedit ōnem ꝯtēplatio
nē naturalē ſiue naturaliť acq̄ſibi-
lem oīm phorꝝ: q̄ nichilominꝰ poſue
rūt vltimā felicitatē hoīs in ꝯtēpla-
tione optimi intelligibilis. Excedit
eciā ꝯtemplacōem aliorꝝ viatorū: tū
racōe modi ꝯtēplādi: tū racōe rei cō
template: tū racōe delectacōis ſubſe
q̄ntis. Et iſta cōtemplatio paucis
datť: ꝛ valde pauci repiūnť q̄ ad eā
digni et apti hn̄tur ꝓpter cauſas ſu
p̄dictas. Secūdo mō aliq̄d ꝑtinet
ad contēplacionē diſpoſitiue q̄ ꝓpara
tiue: qn̄ ſcꝫ q̄s hūano ſtudio cū com
muni grā diſponit ſe iuxta ꝯſilium
ſapientū: ad hoc vt apt⁹ efficiať ad
pfectā ꝯtemplacōem. Et hoc mō qui
libet hō bone volūtatis pt⁹ ꝑactā pei
tenciā ſaltē communiter dici p̄t ꝯtem
platiu⁹: ſi ſe ad iteriora dederit pau
latim ſe ꝓparādo ad eā. Unde quāto
ꝓpius acceſſerit: tāto veri⁹ hoc titulo
corā deo ꝛ āgelis ei⁹ ꝛ cunctis bonis

hoīb⁹ decorari merebiť. Neqꝫ hoc vi
le eſtimādū eſt: qꝛ aliquādo hm̄oi
conat⁹ ad contēplatiōem eſt magis
meritori⁹ q̄ ipſa contēplatio: ſicut gnā
liter exēplificatur de fide: qꝛ nōnun
q̄ velle credere ſit magis meritoriū
q̄ credere. Hinc rich. dicit in lib. de
trini: Magni meriti eē putam⁹ i hu
ius exerciciō multū ſtudioſos fore ꝛ
ſi nō detur inidipſū qd intendim⁹ ꝑ
voto pficere. Cū quali queſo ſtudio
quāto deſiderio deberem⁹ illi inanibere
negotio. illi inhiare ſpectaculo: de q̄
pendet ſaluatorꝝ oīm ſūma btitudo:
Scūs eciā thō. vbi ſup̄ dicit in ſūa:
ꝙ qui ōmia q̄ facit refert ad quietez
contēplationis. iam ad ꝯtēplatiōez
ꝑtinet ratione finis ſue intentionis:
q̄ intentio ſu finis dat ſpeciez actui
morali. ſic phs dicit in. x°. ethi: Et
exēplificat ibidē de mecho ꝛ fure: vi
delicꝫ ꝙ ille qui mechať ut furetur.
magis dr fur q̄ mech⁹. Sic q̄ virtu
tes morales ordinat ad quietē con
templatiōis: magis dicēd⁹ eſt con
tēplatiu⁹ q̄ activ⁹. Et ſm hūc mod
contemplatio p̄t eſſe diuturna. ſic ꝛ
orō. Vn̄ ſm ſūmā bonaventure. Oracio
nō mereť dici pfcā niſi hūerit rn̄ſuz:
qꝛ oratio ē nunci⁹ inť deū ꝛ hoīem.
Nunci⁹ aūt nō debet redire abſqꝫ re
ſponſo. Pōt ergo oratio nō ſolum
ꝯtinuari p multas horas aut dies:
ymo p multas ebdomadas q̄ men-
ſes vel ānos: donec longanimiť ex-
pectādo mereať exaudiri. Sic con-
tēplacō iſta ꝓparatoria pſiformiť du
rare quidē p̄t vſqꝫ ad finem vite: ſp
anhelādo. ſemp deſiderādo. ſemp ſe
diſponendo. ſemp qd i ſe eſt faciēdo

ſuo tpe et mō ſm ꝙ poſſibile ē hūa
ne infirmitati. et tñ ꝑuenīedi nūꝙ̄
quibuſdā datur facultas ad illā ſb
limē viſionē dīne veritatis in q̄ ꝑfec
tio ei9 ꝯſiſtit. donec intrēt ꝑ felicē mor
tē in gaudiū dñi ſui. Hinc btūs bern
hard9 dicit. Sūt multi qui tō vita
tendunt ad ꝑfectionez ſʒ tamē nūꝙ̄
perueniūt. quib9 ſi pie ꝑſeuerauerīt:
ſtatim cū de corpe exeūt. reddit̄ qd
in hac vita diſpenſatorie ē negatū.
Si quidē īdefeſſum ſtudiū et iugis
conat9 ꝑſcō iudicat̄. Sūt ꝑtea mlt
te cauſe: q̄re domin9 de9 aliqñ nō ſe
oſtēdit q̄buſdā ꝯtēplatīs iux̄ deſide
riū ipſoꝝ. Pⁱᵃ. ut ap̄li9 deſiderium
ipſū dilatione creſcat. qꝛ ſm gg̃. de
ſideria ſcā dilacōe creſcūt. Scdā. ut
alijs ꝓſint adhuc ipſās. qꝛ ꝑ actōez
aliq̄ pl9 ſūt ꝓ aiab9 lucrādis vtiles
in eccīa ꝙ̄ ꝑ ꝯtēplacōem. q̄ ſi ad ma
num ſꝑ grām inter̄ne dulcedīs hērēt.
tediosi efficerētur ad exterioꝝ. Ter
cia ut ip̄ſi eciā ꝯtēplatiuis ꝯſulatur:
ne in ſupbiā corruāt ⁊ alios deſpici
ant. Sic ei btūs paul9 ap̄ls dixit ſi
bi datū ſtimulū carnis ne magnitu
do reuelacōnū ipſū extollerēt. q̄s mo
do ſecur9 erit: Quis nouit abiſſum
iudicioꝝ dei: Ex quib9 ptʒ ꝙ non eſt
ſimile de ꝯtēplacōe ſicut de caritate:
qꝛ caritas ē grā gratūfaciens. cōtē
placō vero grā gratis data. Cōſtat
namqʒ ꝙ qñ hō facit qd in ſe ē ꝓ cari
tate. tūc abſqʒ ōni dubietate dñs in
fundit eā gratis. eciā ſine magno co
natu hōis tm̄mō ꝓ bō voluntate. nō
autē ita ē de ꝯtēplacōe cū ſepius per
maximos labores homo faciēdo qd
i ſe ē. ꝑparet ſe ad eā. nec tñ ꝓ libitu

obtineat qd tā ſtudioſe q̄ſiuit. Robu
ius ē. qꝛ grā gratificās ē de neccīta
te ſalutis. grā autē gratis data nō.
Patʒ eciā ꝙ hic claudicat illa ſimi
litudo de oculo corꝑali ad lumē ſo
lis et de oculo mētis ad lumē dīnuʒ:
quaſi ideo ſꝑ poſſet mēs nrā ꝯtēpla
ri deū q̄n velle. eo ꝙ ip̄e ꝑſentior ſit
mentali oculo ꝙ̄ ſolis radius oculo
corꝑali. qd tñ quo ad ꝑfectam cōtē
placōez non ꝯtingit. eo ꝙ nō ſit ⁊ ſꝑ
in ptāte ꝯtēplatiui poſſe ad placitū
frui radijs ſupnaturālib9 maxīe di
uinis. Cui9 rō aſſignāt. qꝛ dñs de9 eſt
obiectū volūtariū cōtēplacōis. vñ qñ
vult ſe oñdit vltra cōez grāʒ ⁊ qñ ñ
vult tūc ecōſe ñ oñdit. Nō ē āt ſic de
ſole. vtʒ apte ⁊ c̄. Reſtat g°. ētiſſiē di
cēd. ꝙ licʒ cōtēplacō illa ꝑfcā nō poſ
ſit diu durar̄ i ſūmo actu ſuo q̄ ē at
tingē ad vniformitatē dīne cōtēpla
cōis. tamē q̄ntū ad ālios act9 pōt diu
durare. Vnde btūs greg̃. dicit. ꝙ in
ſuauitate cōtēplacōis intime nō diu
mens figit̄: qꝛ ad ſemetipſaʒ ip̄a im
menſitate luminis reuerberata reuo
catur. Qui autē ſint act9 illi in qui
b9 diuturna pōt eſſe cōtēplacio. eſt
ſciend. ꝙ ſunt act9 intellect9 q̄ ſūt in
nrā ptāte ⁊ nobis cōnaturales: ⁊ di
ſpoſitiui ad ꝑfectam cōtemplacōem
ut dcm̄ eſt. Et vt hoc planius intel
ligatur. dicit ſanct9 thōs vbi ſupra:
ꝙ dupliciter attingim9 ad cognitio
nem veritatis. Vno° ꝑ eā que ab ālijs
accipim9. Et ſic quantū ad ea que a
deo accipim9 nccāria eſt oracō. quā
tum vero ad ea que ab hōie accipi
m9 nccāria ē locutio et audit9. vnde
maria que optimam partem elegit

ſedit et audiuit dn̄m loqn̄tem. Quã
tū ad ea q̄ p ſcripturã accipim9 ne-
ceſſaria eſt lectio. Alio mō peruenim9
ad cognicōem veritatis p ꝓpriū ſtu
diū: et quo ad hoc reqrit meditatio
cōſideratio ſpeculacō. Hec practicã
do ſic ꝓcedim9. Primo oram9 dn̄m
ut nos adiuuare dignet in hijs ad
que nrã naturalis induſtria nō ſuf
ficit: vt ſcz efficacit nos ꝓparem9 ad
ſupna ↄteplanda. Accipim9 deinde
ↄſiderãda aliqua ad hoc apta. vicz
effcūs dīnos q̄ ad oēm creaturã. ſm
illd rō. p. inuiſibilia dei p ea que fa
cta ſūt intellcã ↄſpiciūtur. Vel alti
tudinē ↄſiliorū dei ſup ſalutez hūa
ni generis: de qua aug9. dicit in lib
confeſſ. Vel pfunditatē dīnoꝝ iudi
cioꝝ vel bn̄ficioꝝ vel retribucōez pec
catoꝝ vel p̄mia iuſtoꝝ: aut alia q̄
cūqz de quib9 ſcriptura nos certifi
cauit. Deinde occurrit in hijs difficlt
tas et tunc cōuertim9 nos ad viros
doctos: ut informēt nos ne a via veri
tatis aberrem9. Tandē per ꝓprium
ſtudiū aſſuefaci9 nos. hec cotidie me
ditãdo. cōſiderãdo. ſpeculando: do
nec apti fiam9 ad ſublimia iſta ī di
uino lumine conteplãda. Ecce hoc
modo conteplacō iſta ꝓparatoria pt
eē diuturna: ſic in multis ſcīs gloio
ſa hēm9 exempla. Sūt deniqz alia
que indirecte iuuãt ad cōteplacōem:
ſcz virtutes morales q̄ impediūt ve
hemētiã paſſionū. et ſedãt exterioꝝū
occupationū tumult9. et reddūt ani
mū quietū. pacē et mūdiciã cauſan
do in ipſa aīa. Et hoc pcipue faciūt
caſtitas et mititas. Vñ et hec ī de
uoto illo ympno btē virginis ponun

tur. Aue maris ſtella ⁊c̄. Virgo ſin
gularis int ōnes mitis: nos culpis
ſolutos. mites fac et caſtos. Q̄ſi di
cerem9. Singularit hijs indigem9:
ſi ihm videre cupim9. Luxuria enim
racōem depmit ⁊ ira pturbat: vnde
cū talib9 non pt aliq̄ ſubtilis ſpecu
lacō veritatis ſtare. Alie etiã paſſio
nes ſuo mō ↄtemplationē impediūt:
ſꝫ non tãtū quãtū iſte. Et ſic ptz q̄li
ter virtutes morales q̄ eēncialiter
ptinent ad vitã actiuaz. diſpoſitiue
eciã ptinent ad vitã ↄtemplatiuam.
Hoc eſt q͛ yſido. dicit in li. de ſūmo
bono: q͛ ſcz in actiua vita pri9 per
exercitiū boni operis cūcta exhauri
enda ſūt vicia. ut in conteplatiua iã
pura mentis acie ad contemplãdū
deū quiſqz ptrãſeat. ¶ Sunt deniqz
hic auiſandi noui lectores de dupli
ci vita actiua: ne turbent in ſancto
rū ptrm̄ dictis: q̄ aliqn̄ eaz ſuadēt ſū
mo ſtudio ãplectendã. aliqn̄ fugien
dã. Vno mō dr illa vita actiua q̄ n̄
ſine labore corpaliū viriū ſe agit et
agitat: vt paſſiōes ⁊ inclinationes
malas edomet: ⁊ ad virtutes pfcãs
conſcendat. Hoc fit ieiunãdo. vigilã
do. laborãdo. elemoſiãs tribuendo.
pcīs reſiſtēdo: infirmis ſeruiendo.
triſtib9 cōſolatiōem impēdēdo. igna
ros docēdo: graues et diſtortos in
morib9 clement portãdo. cū ſimilib9
Et ad iſtã vitã tota ſimul nos ſcrip
tura ſacra hortat. Allegat p h° cōi
ter. q͛ eciaz btã virgo maria dum ī
ſūma ↄteplatione fuerit. ſ. in ↄcepti
one filij dei: nichilominu9 ſtatī ſe ad
hmōi actiuaz vitã hūiliter depoſuit:
viſitãdo elizabeth et ei obſeqoſiſſie

miniſtrauit. Ex quo trahit̃ ꝙ nedū
impfā ſ; eciā pfecti hmōi exercicijs
intēdere debēt qn̄ hoc caritas requi
rit. eciā cōtemplacōne intermiſſa. Hꝰ
figura pceſſit in ſcala iacob. ſm gg̃.
et alios. in qua āgeli deſcēdebāt per
qd̓ ſigtur vita actiua: et eciā aſcēde
bāt. p quod ſignat̃ vita cōtēplatiua.
Alio mō dicit̃ actiua vita q̄ cōſiſtit
in cura tpalium cui cōmunit̃ ſecula
ris honor ē annexꝰ. Et talis vita ſua
detur a ſanctis fugiēda eo ꝙ ſit in-
ſecura et piculoſa. maxime ſi hȝ an
nexā curam aīarum. Vn̄ augꝰ. vo-
cat eā ſarcinā grauē. greg̃. lippam.
dn̄s in euāgelio turbulētam. yſid̓.
ſeruā. ricħ. inq̄etam et laborioſam.
Et ꝙ tn̄ eſt nccaria in eccīa dei q̄-
uis difficilime ꝑcticabilis ſit. iō nō
eſt ſimplicit̃ abiciēda ſi legittime ī-
ponat̃: ut augꝰ. dicit. Eciaȝ eſt illis
tm̄modo imponenda qui iaȝ nō hn̄t
vſum pfectum actiue vite. et eciam
vſum diuturne cōtēplacōis. ita ut n̄
faciliter poſſint impediri in ea p ob
latos hōies qui affectum maculaē
ſolent. et p curam rei familiaīs que
ꝓpter ſui multiformitatem intellec
tum obſcuāre vel excecaē dr̓: ſm pa
bolam ſaluatoris de ſemināte inter
ſpinas. Tāta ſiquidē ſm greg̃. ē dif
ficultas in cura domeſtica: ut vix ſi
ne culpa vel ab ipſis agitur. qui cul
pam qualiter declinare debeāt ſciūt.
Que eciam pꝰ mortē grauat: ſi ad
huc in vita poſitis minime fuerit in
morte relaxata. Hec igit̃ vita plus
impedit cōtēplacōem q̄ ꝓmouet: q̄-
uis bene adminiſtrata nōnunq̄ merea
tur alio reſpectu magnū eiꝰ pfcīn.

Ex predictis iam ſatis patet. ſic eci
am teſtatur ſanctꝰ thōs. 22e. q. 180:
ꝙ ordine quodaȝ quatuor ad vitaȝ
cōtemplatiuā ptinent. Primo q̄deȝ
virtutes morales: Scd̓o āt alij ac
tꝰ pter cōtēplacōeȝ: Tercō cōtēplacō
diuoꝝ effectuū: Qr̄to ipa ꝯtēplatio
diue veritatis. ¶ Quo ad q̄rtū viȝ
q̄ ſtudio ꝑctice ad ipſaȝ ꝯtēplacōnē
ptigat̃ ē breuit̃ aduͤtendū: ꝙ ſicut in
actionibꝰ exterius videmus. plꝰ va
let vſus expꝰs artis q̄ ars que ſui
vſum nō hēt. ut ait cicero: ſic ī ſpiri
tualibꝰ ſimilit̃ ymaginādū eſt. Et
ſicut plꝰ in vna ſeptimana pficit q̄s
qui manū ad opꝰ ponit q̄ſi p inte-
grū annū de aliqua arte relacōnes
audiret vel faceret: ſic ōmia que dic
ta ſunt de cōtemplacōne citiꝰ et vti
liꝰ nobis ꝓuenīunt. ſi ſanctorum pa
trum imitatores efficaciter eē ſtu-
deamus. Auiſarunt enim nos co-
pioſe ſua doctrina et exemplo: ꝙ ne
mo ad graciam contemplacōnis et
cordis puritatem peruenit per ſolā
lectionem aut nudam ſcientiam: ſ;
oportȝ ꝙ more ruſticorum anteq̄ ſe
men verbi diuini mittatur. glebam
anime nr̄e ſcindamꝰ vomere euāge
lico. i. cruce dominica: ipſamq; pur
gemꝰ. ſimemus. irrigemꝰ. et quoti
die excolamus per ſacram oracōnē.
compunctionē. lacrimarū effuſionē.
gemituoſam deploracōem tante im
pfectionis nr̄e: ꝙ neqȝ ad vnū neqȝ
ad aliud valuimꝰ et valemꝰ. Hijs
quoqȝ adiungēda ſūt opa bona: ite
rūq; q̄ntum licet et humana fragi
litas permittit. recurrēdum ad in-
teriora: donec dulceſcere incipiat

verbū ipſū et fructū ferre ſpiritaleꝫ.
Huiꝰ eciā exemplū btā maria mag
dalena ꝑbuit· que ꝑmū cōpuncta
de pc̄tis acrit̄ doluit· deinde publice
penitēdo lacrimas fudit· poſtea ope
ra bō exercuit· et in breui ſic ꝓfecit.
ꝙ audire meruit maria optimā p
tem elegit· Cōſtat namqꝫ ꝙ ꝑ tunc
ad nullū gradū ꝑfectōnis attigerāt
qn̄ eciam n̄ longe poſtꝰ in fide vacilla
uerat· ſꝫ ꝙ ſe efficacit̄ ad ſuauitatē
diui eloquij ꝑparauit et applicauit
alijs poſtpoſitis· ido dn̄s dixit ꝙ op
timā ꝑtem elegiſſꝫ· Similit̄ nos
deo iuuante ſiꝯ ſolumꝰ facere poſſu
mꝰ· quando tot pc̄ores ſꝫ conūſos
id potuiſſe nō in ſe ſed in domino cer
nimꝰ· Nullū ergo pc̄orū multitudo.
nullū ſuiipiꝰ tāta impſſio· nullum
leārum īpitia ab hac optima pte re
tardet· Accedat hūilis recognitio· ac
cedat pia fiducia· ⁊ dominꝰ ipe erit
ōibꝰ ingredientibꝰ eū. Ipē clemēs ad i
dulgendū· ipē bonꝰ ad ſuſcipiendū· ipē
potens ad iuuandū· ipē ſapiēs ad il
luminandū· ipē parꝰ ad inflamman
dū· Et ꝙꝙ multa ſint exercitia in
vtriuſqꝫ teſtamēti ſerie ꝯſcripta· ta
mē poſtꝰ dominicā oracōēꝫ ⁊ alia que
dominꝰmet euāgeliſare dignatus eſt
que ſꝑ ꝑmatū tenēt· ipſi pſalmi da
uid· videtur apti eē valde ad ꝓpoſi
tū diuine ꝯtemplatiōis paulatī obti
nendū· Idcirco in eiſdem dcm̄ ē· Sa
crificiū laudis hōrificabit me· ⁊ illic
iter q̄ oſtendā illi ſalutare dei· Qd
exponens btūs greg̃· dicit· Qn̄ pſal
mos deuota mente decātamꝰ· tunc
dn̄o iter ad cor nr̄m ꝑparamꝰ· Verū
qm̄ aliqua difficilia nouiē ꝯuerſi in

eis ꝯtinentē· ido ſcī pr̄es quaſi plani
orem viam oſtendē volentes alios
libros facilimos ꝯpoſuerūt· quibus
tenera infantia adhuc alat̄. donec
ad ſolidiorē cibū pleniꝰ ꝯualeſcat·
Inuenit̄ em̄ deuotꝰ btī augꝰ· liber qui
dr̄ ꝯfeſſionū· in duodecī libros ꝑcia
les diuiſus· in quibꝰ clare oſ̄dit q̄
ordine in ſpū ꝓfecerat· Itē liber ſo
liloqorū ipſiꝰ qui incipit Agnoſcam
te dn̄e ſuꝑ mel dulcis· Itē libellꝰ ad
ihm̄: qui incipit. verbū eſt michi· to
nus celicꝰ et ignitꝰ· Et alij plures.
Similit̄ btī anſelmi· et bernḣ· tra
ctatꝰ et oracōēs plurime· multū ad
ꝯtemplacōem ꝓficue· ſpēalit̄ plan
ctꝰ btī bernḣ· q̄ incipit· Aue meū ſa
lutare· Et iubilꝰ eiuſdē· qui incipit·
Dulcis ihū memoria· Itē bōuētura
arborē crucifixi edidit· et itinerariū
mentis in deū cū alijs duobꝰ· quorū
vnꝰ dr̄ ꝑuū bonum· aliꝰ breuiloqui
um· Et aliorū prm̄ opa deuota plu
ra hn̄tur· ad hoc idem deſeruientia.
In quibꝰ ōibꝫ hoc ꝑcipue eſt obſer
uādum qd iam dictū eſt· ꝙ nō ſuffi
cit lectio ſine vnctiōe· noticia ſn̄ ex
ercicō· neqꝫ inchoacō ſine ꝯſūmatio
ne· Hec pauca de ipſa ꝯtemplacōe
hic ānotaſſe ſufficiat. tāqꝫ huic ſepe
dicte caritati cherubice accōmodatī
qua plenitudo ſāe ꝯphenditur· Qui
pleniꝰ de hac informari cupit· legat ori
ginalia ſupiꝰ allegata· ⁊ q̄ minꝰ de
bite hic iuenerit extrēcta. corrigē dig
netur· qm̄ ut āte ꝓteſtatꝰ ſū. ōino
de ignotis loqr· ⁊ idcirco emēdatore
opꝰ hēo· Redeūdo igit̄ ad ꝑncipale
ꝓpoſitū iterū dico· ꝙ nō ī ꝯteplacioē
gradꝰ iſte octauus ā cherubica iſta

caritas conſiſtat eſſencialiter· Ali
oquin.nemo ipſam habere poſſet ſi
ne gracia contemplationis:quod nõ
eſt dicendum· Sed conſiſtit in ma
iori dilectione dei et proximi ꝓporci-
onabiliter loquendo vltra ſupra-
dictos ſeptem gradus.et infra no-
num immediate ſequentem:vt etiã
ſupra dictum eſt·

¶ De caritate ſeraphica ¶ Cap·

Seraphica caritas ſic dici põt:ꝙ
per eã mereat̃ homo q̃ ipſam
habuerit aſſũi in choꝝ ſeraphyn:q̃ ẽ
nonus in aſcẽdẽdo atqȝ ſupꝛmus· et
terci⁹ tercie ierarchie· Cui corñit ter
ci⁹ g̃dus caritatis pfecte.iux̃ aſſigñti
onẽ ſup̃ poſitã· Ipſe ẽ nonus et vlti
mus toci⁹ nouenarie diſtinctiõis: ſm
ꝙ plaiſſime dici põt· ꝙ nonus g̃dus
leuat ad nonũ choꝝ idest ſupremũ.
vltra quẽ nõ ẽ aliqu⁹ viatoris ſub
limioꝛ ꝯſcenſus:ſola v̓gine glo[r]ioſa
dei genitrice maria excepta.q̃ ẽ ſup̃ õ
nes choros eleuata· De hoc g̃du ſic
dicit btũs g̃g̃· Sũt nõnulli q̃ ſuper
ne cõtẽplacõis facibus accenſi:in ſo
lo cõditoris ſui deſiderio anhelãt· Nil
iã in hoc mũdo cupiũt:ſolo eternitatis
amore paſcuntur· Terrena q̃qȝ abiciũt:
cũcta tpalia mẽte trãſcendũt· Amãt
et ardẽt:atqȝ in ip̃o ſuo ardore requieſ
cũt· Amãdo ardẽt:loq̃ndo ⁊ alios ac
cẽdunt· Et quos v̓bo tangũt:ardẽ
ꝓtinus in dei amorem faciũt· Quid
ergo iſtos nĩ ſeraphyn dixerĩ: quoꝝ
coꝛ in ignẽ cõũſũ lucet et vrit: Quia
et mentiũ oculos ad ſupna illumi-
nãt:et ꝯpungẽdo in fletibus vicioꝝ
rubiginẽ purgãt· Qui ergo ad amo
rẽ ſui ꝯditoris ita inflãmati ſũt· q̃ nĩ
inter ſeraphyn numeꝝ· ſue ſorte vo
cacõis acceperũt: Et btã mechtildis
dicit ſibi diuinitus reuelatũ· ꝙ qui
deũ toto corde ac mente diligũt·et ig
ni eterno qui deus eſt ſe totos im-
mittunt.eiqȝ ſimilifacti nõ iam ſuo
ſꝫ diuino amore vt dilecti ſunt dili-
gunt·omnia in deum et ꝓpter deum
diligunt·īimicos vt amicos intuen
tur·quos ab amore dei nichil valet
ſeparaẽ.ymo nec ĩpediẽ.ꝙ quoplus
ĩimici in eos inſurgũt eo ĩãore vali
dius conualeſcunt·feliciter in ſeip-
ſis ardentes et alios accendentes·
ita vt ſi poſſent omnes homines in
dei facerent amore perfectos·alioꝝ
vicia et peccata·vt ꝓpria deflentes
quia ſolius dei gloriam et non ſuã
omnino diligunt et requirunt: Iſti
in nono gradu.cum ſeraphyn inter
quos et deum nulli ſũt alij ſpiritus.
domino appropinquabunt· Hic no
tandum ꝙ beatus auguſtinus· in
viij libro confeſſionum volens hanc
ſublimiſſimã gratiam contemplan
do inquirere.ſcalam quandam eri-
git·paulatim aſcendendo: et tãdem
concludit dicens· Sileat carnis tu
multus.ſileant fantaſie terre aqua
rum aeris·ſileant poli: et ipſa ſibi a
nima ſileat·et tranſeat ſe non cogi
tando ſe:ſileant ſompnia et imagi-
narie reuelationes.omnis lingua ⁊
omne ſignum ⁊ quicquid tranſeun
do fit Hijs dictis ſi iam taceãt quo
niam erexerunt aurem in eum· qui
fecit ea:et loquatur ipſe ſolus non
per ea ſꝫ per ſeipſum: vt audiamus
verbũ eius nĩ per linguã carnis·nec
ꝑ vocẽ ãgeli· neqȝ per ſonitũ nubis

neqꝫ ꝑ enigma ſimilitudīs:ſʒ ipſum
ī hijs quē amam⁹.ipſū ſine hijs au
diam⁹ ſicut nunc extēdim⁹ nos ⁊ ra
pida cogitacōe attingim⁹ eternam
ſapientiā ſup ōīa manētē:ſi ꝯtinu
etur hoc ⁊ ſubtrahātur alie viſiōes
longe imparis generis ⁊ hec vna ra
piat ⁊ abſorbeat et recōdat in inte
ora gaudia ſpectatorē ſuū:vt tal'
ſit eterna vita quale fuit hoc mom
tū intelligētie cui ſuſpirauim⁹:non
ne hoc eſt intra in gaudiū dñi tui?
Ex q̄ ſequit͛.ꝙ ſicut ſup dcm̄ eſt.gra
d⁹ iſte reſpcm̄ habʒ ad deū nude et
ſinceriſſime:cui iā nichil ſatis ē do
nec attigat ad vniformitatē dīne
cōtēplacōis:qd eſt ſūmū in cōtēplati
one.ſicut dyo⁹.dicit.Et hoc fit ꝑ thō
q̄n appetit⁹ intellectiu⁹ totalit͛ ī diui
na tendit.ꝑtermiſſis hijs in q̄ incli
nat appetit⁹ ſenſitiu⁹.vbi ſūma eſt
ſupferuidaqꝫ dilectio.ac indicibilis
delcātio.Vñ btūs paul⁹ apl's dixit
ſe raptū nō ſolum ad terciū celū qd
ꝑtinet ad ꝯtemplacōem intellcūs:ſʒ
eciā in ꝑadiſū qd ꝑtinet ad affcm̄ ⁊
delcātionē ꝯñtem.Et qꝛ pl⁹ eſt deū
diligē ꝙ ſcire:ideo hec ſeraphica ca
ritas denominacōē accepit poti⁹ a
feruore ꝙ a fulgore:Hoc ē poti⁹ ab
amore feruido ꝙ ab intelligētia per
ſpicua:ꝙuis tn̄ nō min⁹ ymo plus
et lympidius videat ⁊ intelligat ꝙ
cherubica q̄ a plenitudine ſcīe nom
accepit.Et breuit͛ ſi ꝑfcōnē huius
gdus ſcire volumus.oēs gdus ſup
dictos attēdamus:qꝛ quicqd ē in il
lis diſperſum.hoc ī iſto eſt collectiē.
et lōge ſublim⁹ q̄ ad ōnem modū:⁊
adhuc ād apli⁹ qd ꝑ digni⁹ eſt oībꝫ

illis:ſicut moneta valens decē nū
mos vſuales cū ſit vna:melior tamē
eſt nouē nummis vſualib⁹.⁊ digni
or ꝓpter vnitatē.Et notādū ſicut ſe
raphyn quāto vicini⁹ claritatē dei
aſpiciunt tāto manifeſti⁹ que ī cre
atuā ſūt penetrabilit͛ vidēt:ſic eciā
iſte grad⁹.ā iſti viri ſeraphici qui ī
hoc gradu ſunt ꝯſtituti.quāto incir
cūſcriptū lumē clari⁹ intuent͛:tanto
eciā limpidi⁹ vidēt et valent ōīa q̄
in inferiorib⁹ gradib⁹ continent͛.Ne
aūt ſupflua videātur alicui hec om
nia q̄ ſancti diſtincti loquūtur.per
hos nouē grad⁹ caritatis in quibus
ſemp eadē replicātur.vicꝫ ꝙ maior
dilectio dei ⁊ primi ſcꝫm debitā ꝓpor
cōem augeat et ꝯſtituat gradū ſup
gdum vſqꝫ ad nonū:ideo ponend eſt
familiare exemplū in reb⁹ ad extra:
ꝑ qd clare hoc intelligi poſſit.Pona
m⁹ ergo ante oculos nrōs talentū
auri:deinde venientib⁹ nouē viris vo
lentib⁹ illd ꝯparare.Prim⁹ pars vult
dare aut laborare ꝑ illo:Scd's pl⁹
Terci⁹ āpli⁹:Quartus adhuc ma
gis.⁊ ſic de alijs vſqꝫ ad nonū:et ta
mē aurꝫ iſtud in cētuplum pl⁹ valꝫ:
ꝙ ōnes ſimul dare voluerūt.Certe de
hijs ōibꝫ veracit͛ dicere poſſum⁹:ꝙ
diſſimilē noticiā de auro hūerunt ⁊
ꝑ ꝯñs eciā diſſimilē amorē.Illos
quoqꝫ prudētiores ⁊ racōnabiliōes
dicere nō dubitam⁹.q̄ āplius dare vo
luerūt:et vltimū ōibꝫ anferimus.
Hic de ſūmo bono ⁊ infinito qd de⁹
eſt.ymaginari nō ē difficile:qd vti
qꝫ nobis tanꝙ adquiſibile ꝓponit͛:
ꝓ quo qui pl⁹ fecerit vel dederit.dici
mus ꝙ ille pl⁹ diligit et ſapiencior

alijs exiſtit. Pariformit̃ de gradi-
b⁹ cõtẽplacõis loq̃mur. Ecce hãc ma
ximã phicaz. Oĩs cauſa ē potioꝛ ef (ſuo)
fectu. diſſimilit̃ intelligũt. iuuenis
ſcolaris. cõpetẽs baccalari⁹ et perit⁹
mgr̃. Et p ꝯñs diſſimilit̃ ea vtũtur:
et tam̃ vna veritas ē. Hic de q̃uꝫ
veritate fidei. Ponitur em̃ omnib⁹
xp̃ianis q̄ de⁹ ſit vn⁹ in eẽncia: ⁊ tri
n⁹ in pſonis. Et ut aug⁹. dicit nichil
aliud beatis ſpiritib⁹ ĩ celo oſtendit̃
p eſſentiali gaudio ſuo: ſ; nobis in
enigmate: illis reuelata facie. Unde
q̃ hic ampli⁹ pficit ⁊ accedit ad illã
claram viſionez illũ dicim⁹ ſanctio-
rem: licet eam ad plenũ non apph̃ẽ
dat ſicut illi: q̄ hoc non ē viatoꝝ. Cũ
ergo iſti ſeraphici viri xpi⁹ accedãt
omnib⁹ alijs: non dubiũ quin cun-
ctos ĩ ſcitate p̃cellant. Non tñ raci
one viſionis ſ; amoris. Alioqñ. apo
ſtol⁹ apte dicit. p̃ʳ. coꝛĩ. 13. Si linguis
hoĩm loquar ⁊ ãgeloꝝ. ſi habuero p
pheciã. et noueri miſteia omnia: cari
tatẽ autẽ non habueo: nichil ſũ. Con
templacio ergo q̃ntumcumq; ſubli-
mis. et ſi ſignum ſit altioꝛis g̃d⁹ non
tñ eſt cauſa: ut ſepi⁹ dcm̃ eſt. Tam̃
q̄ cõmuniter ſancti patres cõiectũa
liter p ut eciã nunc loq̃mur. ſũpſerũt
ſigna ſpiritualis pfect⁹ penes men
ſuram ſublimioꝛis cõtemplacõnis:
ideo cõmuniter cõtemplatiui dicunt̃
pfecti ⁊c̃. Si vero domin⁹ alijs mo
dis occultis electos ſuos vult perfi
cere: hoc non cadit ſub cõmuni regu
la. Maioꝛ ergo in cõtemplacõe: con
iecturaliter et regulariter loq̃ndo. ē
maioꝛ in caritate. Ratio eſt: q̄ talis
eſt conformioꝛ ſpiritib⁹ beatis ⁊ aĩ

mabus ſanctis deũ in pñia iugiter
contemplantibus. Et regula ē: q̄
quanto exẽplatum appropinquat
ad ſimilitudinem ſui exemplaꝛis tã
to eſt pfecti⁹. ſm illud math. x: pfec
t⁹ eſt oĩs diſcipul⁹ ſi fuerit ſicut ma
giſter ei⁹. Nullum ergo ſignum cui
dẽti⁹ eẽ poterit maioꝛis perfectionis
ipſa cõtemplacõe ſm grad⁹ ſuos: cũ
btũs aug⁹. dicat. q̄ tota merces vi
ſio ē: que hic inchoatur ut illic cũ ip
ſa caritate perficiatur. De hac ſup
feruida caritate et de hijs que ad eã
ptinẽt. qualiaq; inter deum et ſcãz
aĩam ſecreta miſteria tractẽtur. me
li⁹ reoꝛ tacẽdum q̄ ampli⁹ aliqd lo
q̃ndum: quoniãquidẽ null⁹ ea cape
re preualet niſi qui expitur: ut ſan
cti dicũt. Quicq̃d igitur de illis au-
dim⁹ aut loq̃mur. totũ inſipidũ erit:
donec vnctio doceat nos. Hinc ſm
btm̃ bernh. ſi querat aliq̃s quõ hec
fiant: talis interroget grãm nõ doc
trinam. deſideriũ non intellectũ. gei
tum oracõnis. non ſtudiũ lectionis:
ſponſum nõ magiſtrũ. deum nõ hoĩ
nem. caliginẽ non claritatem: nõ lu
cem. ſ; ignem totaliter inflãmantẽ:
et in deum exceſſiuis ardoribus ac
vnionibus. et ardentiſſimis affec-
tibus trãſſerentem. Hoc enim miſ-
terium eſt ſecretiſſimum: et nẽo no
uit niſi q̃ accipit. nec accipit ñ q̃ de-
ſiderat: nec deſiderat niſi quẽ ignis
ſpũſſancti medullitus inflammat.
Hic igitur nichil poteſt natura. mo
dicũ valet induſtria: paꝝ dãdum ē
inquiſicõni et multum vnctioni: pa
rum dandum eſt lingue ⁊ plurimũ
interne leticie: parum dandum eſt

vbo et ſcripto ſ; totũ dei dono· hoc ē
ſpũiſancto· paꝝ q̇ michil dādum eſt
creaturē· ſ; totũ creatrici eſſencie pr̃i
et filio ⁊ ſpũiſcō· An aũt aliq̃ de vi
atoribꝫ ſcīs ad hũc ſeraphicũ g̃dum
ꝑfecerũt: diũſe ſiñe et reuelacões ſcō
rum inueniũtur· Dicũt eñ quidam
ſcm̃ iohem baptiſtã locũ tenē lucife
ri ꝓpt̄ illḋ ſaluatoris teſtimoniũ: In
ter natos mulierũ nō ſurrexit ma
ior iohe baptiſta· Inuenit̄ eciã q̃dã
viſio bt̄i augꝰ: in q̃ certificatus fu
it btm̃ ieronimũ p oĩa parē eē iohi
baptiſte· Sũt alij q̇ choꝝ pr̃iarcha
rũ ⁊ ꝓphaꝝ ac reuerēdũ ſenatũ apo
ſtoloꝝ ſeraphicis ſpiritibꝰ inſeruert.
De ipſis q̄ꝫ venerabilibꝫ pr̃ibꝫ hēmi
tis olim in egypto et alijs locis cre
dũtur ad hãc ſupmã pfectiōez q̃daꝫ
ꝑueniſſe· ſilīc de q̇buſdã epīs· abba
tibꝫ· monachis· fr̄is: ꝓpt̄ aliq̃ ſigna
diuinitus oñſa· Que oĩa q: ſine picu
lo neſciũtur: deo relinqũda ſũt. Hoc
nrm̃ eſt. ut ad pcc̄a plãgenda redea
mꝰ: ac ſũmis ſũma diſcutienda reli
q̃mus· Vñ eſt oĩbꝫ illis q̇ aulã ſup
ne glorie intrauerũt: q̃ãq; eciã gra
du ꝯſiſtant. Demũ ne q̇s putet ſcōs
viros fragili carne adhuc veſtitos
in hac arce ſpũalis theorie ſemper
poſſe ꝯſiſtere: ideo btūs greg̃· x· mō·
dicit. queadmodũ ſe habeãt altnati
ꝓcedēdo: nũc agendo nũc ꝯtēplando.
Ait ergo· Nōnulla bō ſũt. ad q̄ inde
feſſi pſiſtimꝰ: et rurſũ nōnulla ſunt
a quibꝫ cotidie deficientes labimur:
atq; ad hec magnis conatibꝰ p int
ualla tpm reformur· In actiua ete
nim vita ſñ defectu mens figit̄: a cō
tēplatiua aũt infirmitatis ſue pōdē

vita laſſat̄· Vadũt ergo ⁊ redeunt
ſci· q: aliqñ oblatã grãm actiue vi
te vias deſerũt: ac p ꝯtēplacōis aciē
ad ſupna ſe ſuſpendũt· Sꝫ q: diu
pſiſtē in ꝯtemplacōe minime ſuffici
unt· iterũ ſe ad opacōem fundunt·
vt in hijs q̄ ſibi iuxta ſũt ſe exercē
do refoueãt: et ſup ſe ſurgē iterũ cō
tēplando ꝯualeſcũt· Sꝫ dũ hec ea
dē ꝯtēplatio more debito pt̄ꝰ tpm in
terualla repetit̄· indeſinent ꝑaildu
biom eiꝰ ſoliditate pſiſtit̄: q: ⁊ ſi iſir
mitatis ſue pōdere ſupata mens de
ficit· hãc tñ iterũ cōtinuis conatibꝰ
repata ꝯprehendit: nec ſtabilitatē
ſuã in ea pdidiſſe dicēda eſt· a q̄ et
ſi ſemp deficit hanc et cũ pdiderit ſp
inq̇rit· Hinc btūs bernh̄· ſup cãti
ca dicit· Ex bonis opibꝰ recipit cōſo
lacōez mens aſſueta quietis: q̃ciens
ſibi lux vt aſſolet cōtemplacōis ſub
trahit̄· Quis eñ non dico cōtinue ſ;
vel diu dum in hoc corpe manet lũi
ne ꝯtēplacōnis fruat̄: At q̃ciens cor
ruit a vita ꝯtemplatiua totiens ĩ ac
tiuã ſe recipit: inde nimirũ tãq̃ e vi
cino familiaris reditura in idipſũ: q̇
niã ſũt inuicē cōtubernales· et cohi
tant hee due pit̄er· Eſt quippe ſoror
marie martha· Neq; eñ ⁊ ſi a ꝯtē
placōis lũine cadit· patit̄ tam̃ nul
latenꝰ ſe incidē tēbras pcc̄i ſeu igna
uiã ocij: ſane in lũine bone opacōis
ſe retinēs· Nulla ergo vnq̃ ſeruũ
dei inueniat nō dico dies· ſ; nec hoã
niſi vel in exercicij labore vel pficiē
di ſtudio: vel in expientie dulcedīe·
vel fruēdi gaudio· Dē tempꝰ tēpus
habꝫ: vel in vno vel in alio: ⁊ multa
ſũt merēdi gr̃a ⁊c̄· Interũ quantum

dñs dederit cū beato augꝰ. de verbis
dñi. ad ipſū ꝗhelemꝰ clamemꝰ ſuſpiē
mꝰ oremꝰ: et dicamꝰ. O dñe tu ꝓmi
ſiſti michi oīa bō ſi amē te. da te ſo
lū et ſufficit m̄. q̄es indeficiēs. exul
tacō. torrēs voluptatis. flūme leticie
flumē: acq̄ri potes. eſtiari nō potes.
Tu es celeſtis feſtiuitas: gaudiuz
ſine fine. eternitas ſī labe: ſerenitas
ſī nube. O pulchra et decora ciuitas:
q̄ pulchriorē habes cōditorē. Homo
itaqꝫ in illa ciuitate celeſti ih'rlm ſine
vllo defectu fruet̄ deo: ex q̄ bono eit
bonꝰ. viuet ſine vlla egeſtate. Ita ſē
ꝑ viuet: ꝙ nec mori valeat. Cibꝰ ip
ſe erit ne eſuriat: potꝰ ne ſiciat. vita
ne illū ſenectꝰ diſſoluat. nullꝰ intrī
ſecꝰ morbꝰ nullꝰ metꝰ erit extrīſecꝰ.
Sūma in carne ſanitas: in aīa tō
trāq̄llitas. Nichil oīo triſte. nl erit ī
amic letū: gaudiū verū ꝑpetuabit ex
deo. Ibi ꝑfcē flagrabit caritas. ex bo
no corde et ꝯſcīa pura. Nulla cōſur
get ibi malicia. nulla carnis miſe
ria: nulla iā peccādi volūtas. nec de
linquēdi ptās: ſꝫ totū in leticia totū
in exultacōe poſſidebūt hoies āgelis
ſociati: vbi certa leticia. req̄es ſecurā.
pax vera. iocūditas infinita. In qua
gloria qd ſemel adipiſcit̄ ſꝑ tenetur:
nichil glorioſiꝰ. nl veriꝰ. nl illa habun
dancia copioſiꝰ. O tāte pulchritudi
nis viſio: q̄ xp̄s eſt et tāto amoē di
gniſſima. Quicq̄d vis cogita. q̄cq̄d
vis exopta. q̄cq̄d vis deſidera: ſi eſ
ſet ꝯprehēſibile deſinēt eē laudabile.
Tm̄ deſidera. tm̄ conare: cupiditatez
tuā extēde. ſinū dilata: totū qd pote
ris fac ꝙ totū implebit̄. Felix cuius
deſideriū cordis in ꝯſpcū dñi eſt ſem
ꝑ: q̄ interiꝰ delectacōnē dextre dñi ſe
dula cogitacōe reuoluit. Qd enim
illi cordi graue poterit videri: q̄ ſem
ꝑ mente tractat. ꝙ nō ſunt cōdigne
paſſiones huiꝰ tēpis ad futurā glo
riam: Qd ꝯcupiſcē poterit in hoc ſecu
lo nequā. cuiꝰ oculꝰ ſemꝑ videt bona
dñi in terra viuēcium. ſemꝑ vidꝫ et
na ꝑmia: Reuera illd verū et ſolum
ē gaudiū qd non de creatura ſed de
creatore ꝯcipit̄. cui ꝯpata ōmis alia
iocūditas meror eſt: ōmis alia ſua
uitas dolor ē. Oē dulce amarū: Oīs
decor fedꝰ: oē poſtremo qdcūqꝫ alid
qd delectāri poſſit moleſtū eſt. Felix
cor qd deum et gloriā ſcōꝝ freq̄nter
videre ſtudet: ſꝫ quidē feliciꝰ ſi inten
dat deſiderātiꝰ in ipſum ſolū deum et
quē miſit ihm xp̄m. Hoc purioris
acie mentis opꝰ eſt: et vehemētiori in
tētione ac potioribus meritis ſcita
tis. Tunc ſiquidē cōſiderare poterit
quid ſit deꝰ in mūdo: quid in infer
no. quid in hoībꝰ. quid in āgelis: et tā
dē quid in ſemetipō. Eſt em̄ mundi
rector et dñs et in ōmibꝰ creaturis
ſuis mirabilis: eſt inferni ſuccēſor
et ōmibus reprobis terribilis et in
tolerabilis: eſt hoīm liberator et ad
iutor et electis ſuis totus amabilis:
eſt angeloꝝ ſapor et decor ac ꝑpetu
us glorificator: eſt ſuiꝑſiꝰ plenꝰ cō
prehenſor ac ꝑfectus amator: al
pha et o ꝑīcipiū et finis ōmiū que
ſunt fuerunt et que poſt futura ſūt:
creator et conſeruator. adminiſtrā
tor et retributor: omnibꝰ incomꝑhē
ſibilis. ineſtimabilis. ineffabilis. in
finitus. omnipotens. omniſciēs. incō
mutabilis. inuariabilis. increatus

immēſus: indeuiabilis· infallibilis·
circūſcriptibilis· īterminabilis· īdemō
ſtrabilis· indiffinibilis· inopinabi-
lis· inueſtigabilis· Sz cunctis ſe di
ligētibus totus amabilis· totus de
ſiderabilis· tot⁹ āplexabilis· totus
ꝓmpt⁹: deliciosus. obſeqoſus. beni-
uol⁹. clemens. pius. miſericors· lōga
nimis· fidelis· ſuauis: ſecurus· trā-
quillus· beneficus· ſincerus· magni
ficus· exorabilis. amicabilis· Sup
omnia bonus· largus· iuſtus· me-
tuendus· colendus· extollēd⁹· bn̄di
cend⁹. ꝑdicandus. adorand⁹. veneran
d⁹. ſanctificand⁹. laudand⁹ et gloifi
cand⁹. nunc et ſemp et in omnia ſe-
cula ſeculoꝝ. Amen·

Impreſſus eſt hic liber q̄ dicitur ꝑa
diſus cōſciencie· Colonie agrippine
ſicut ab autore ſuo quodam deuoto
carthuſienſi· Colonie editus eſt ac
ſcdm primū exemplar quod ipe ve-
neābilis auctor ꝓprijs ꝯſcripſit ma
nibus ad finē vſqz deduct⁹ per me
arnoldū therhuernē ſub anno dn̄i
m· cccc· lxx v· De quo ſit de⁹ bn̄dict⁹
in ſecula· Amen·



KÖNIGL. LANDES-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

